

BIBLIOT. UNIW. W POZNANIU
Os 7705
INKUNABUŁY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 163 4°
INKUNABUŁY
J. 12.


mentis
A 1 β 183
2.80



K.D. 1932.980

C*6071

Vergilius cum quinq; cōmentis

Liber Monasterij Coronomen

A. I. β. 183.

3520

Os 7705
4°

BIBLJOTEKA
VNIWERSYTECKA
W POZNANIV

Dar Kurat. Okr. Szk. Pozn.
Bibl. Gimn. Klas. Bydgoskr
1932

Z Biblioteki Nauczycielskiego
Państwowego Gimnazjum Klasycznego
w Bydgoszczy
5. VII. 1932 r.



K.D. 1932.980

C*6071

Vergilius cum quinq; cōmentis

Liber Monasterij Coronomen

A. I. β. 183.

3520

Os 7705
4°

Pomponius lætus lectori.

Lumine Pompeius ualuit. nec luscio uultum
Offendit. spirat Cymnama rara Pedo.
Sergius abstersit nunq̃ pudibunda. canoro
Anseris insonuit dulcius ore nihil:
Rectius incedit Varus: gressuq; decenti
Actius: & sano pectore brutus erat.
Sic Mancinellus linguę cerebriq; manusq;
Exponit quotiens dexteritate ualet.
Quare igitur titulos non admirabere Lector
Ipsa tibi faciet Lectio tota fidem.

Hieronymus Maserius Foroliuiensis.

Si pastor quicunq; greges armentaq; pascit
Si solidam qui quis uersat arator humũ:
Si bacchum flauęq; colit qui dona mineruę
Mellaq; mantoi carmine uatis eget.
Si quęcunq; licet latius didicisse camenis
His tribuit magnam musa Maronis opem
Qui leget intentus noua Cõmentaria dicet
Nunc demum est lecto lęta marone seges
Voluit aristarchum magni studiosus Homeri
Quem relegas & tu cui Maro gratus habes

ANTONIVS MANCINELLVS VELITERNVS VRSO VRSINO HEROI CLARISSIMO PONtifici Thean: ac Gymnasii almæ Vrbis Rectori.



Vergilii poetarum summi & Bucolica & Georgica in Romano Gymnasio cuius tu Rector & princeps q̄optimus Vrse Heroum decus eo pacto ab hinc triēnio publice profitebar ut posteris quoque imprīendum censerem: eoq; studiosius & accuratius enitebar. quūq; tempus admonuit Impressoribus quicquid euigilaueram tradidi. Diceres autem Nonne & Seruius iam pluribus annis Vergilii summus habetur interpres: & āno ab hinc secundo Landinus uir profecto eruditissimus: qd igitur tua eruditione opus? Cum ēt fieri non possit: aut non facile fiat: ut ea uerbis mūtentur ac extruantur: quæ impressa sunt mentibus: & iamdiu retenta. Itaq; Seruii potius alteriusue sententiam omnes pene quā tuam probauerint: sicq; frustra quodammodo elaboraueris. Ea quidem oīa ita fore nō dubito Præsul dignissime apud eos præsertim: qui sæpe numero aliud quā recte senserint: iniquo aīo approbant & extollunt: probādaq; arguunt & inuertunt. Nec ego eo consilio Commētarios edidi: ut hoīes eruditos redarguam: quanquā aliud alii uidetur. Sed uti Vergilii Carmen & facilius & apertius habeatur. eo. n. studio. ea opera. uigilia. diligentia. cura sum usus: tum corrigendis textibus: tum illis interpretandis: ut mea cū præcedētibus cōferentes: necessaria potius quā superuacanea fuisse aiaduertant. Amabunt inde. nam ea quæ facta sunt cum labore. ut ille inquit. magis diligunt omnes. Et quoniam explodenda eorum sunt uerba. qui nihil auctoritate doctorum corroborant: illius autem recipienda sententia. qui nihil loquitur. nisi quod apud exquisitissimos legitur auctores. Visum est. cunctis oībus & locis atq; sententiis. priscorum testimonia reddere. Ibiq; maxime ubi aliorum interpretationibus. qd sæpe accidit. minime sum assensus. non quidem ab re ut patebit. Præteriiq; nihil fere necessario exponendum. quod si forte non usq; rite expositum fuerit. danda uenia est. Quis. n. tanto ingenio. tanta doctrina. tantaq; sapiētia præditus ēsse potest. ut nunquā cespitet. Neq; n. est ulla disciplina. aut ars. quæ singulari consumata sit ingenio. Nec ullus oīa potest scire. & ubiq; diligentia satis uti. Hinc Plato philosophorum summus Architæ respondens ait: Quæ apud me sunt Cōmentaria. de quibus scripsisti. nondū satis lucubrata sunt neq; unquā satis erunt. ea tamen misi. Subitusq; me deniq; plurimoq; iudicia & doctorū & contra quod longe pessimū. haud dubito. Tua tamen Obseruator. Speculator. Explorator dignissime. id. n. Eps iterpretaē. auctoritate potestate. dignitateq; fretus. audētius meas lucubrationes emitto. tibiq; dedico. Cui. n. potius. Tibi siqdē mea omnia debeo. tibi labores omnis & uitā ipsam. Quis nanq; me nūero paucoq; ascripsit. Tua nēpe ingēs & maxima charitas. Tua quidē liberalitas & clæmentia sūma. Tui magnitudo cōsilii. Tui animi sapiētia. Vt āt possint labores mei alibi quoq; opē sufficere. Vo cū rerūq; indicē scd'm litterarū seriē in fronte apposui. Edā posī hæc in Iuuenalē in odas. in carmen Epodon Horatii Venusini. paratos iā Cōmentarios. Vbi quid senserim ultra aliorū sentētias. quid addiderim. quidue elaborauerim plāe uidebit. Vale decus. pcerū & præsidiū meū. Vale & Salue. Romæ tertio Idus Octobris. M. cccc. xc.

Ex quibus Auctoribus

M. Catone. Varrone. Columella. Plinio. Palladio. Theophrasto. Macrobio. Nonio Marc. Diomede Festo Pōpeio. Donato. Capro. Phoca. Prisciano. Acrone. Porphyriōe. Aulo Gellio. Probo. Vegetio Modesto. Vibio sequestri. Lactātio. Hōero. Hesiodo Theocrito. Horo Ouidio. Māilio. Proprio. Plauto. Lucāo. Lucretio. Ciceroē. Sallustio. Eusebio. Apuleio. Tito Liuio. Suetonio. Seneca. Lucio floro. Iustino. Herodoto. Diodoro. Laertio. Plutarcho. Alcinoo. Appiano. Cornelio Tacito. Strabone. Quintiliano. Solino. Dionysio. Ptolomæo. Hygino. Alexādro aphrodiseo. Aristotele. Augustino. Cornelio celso. Galeno. Serapione. Vitruuio. Ioāne uero Carmelitano in græcis dictionibus. Horum omnium suo loco testimonia patent.

ANT. MANCINELLI. Veliterni commentarius in Bucolica Maronis.

d

Icendi genera & in carmine: & in soluta oratione. probabilia sunt tria: Huber. Gracile. Mediocre. Huberi dignitas atq; amplitudo est. Gracili uenustas & subtilitas. Mediocre in confinio est utriusq; modi particeps. Vera āt & propria huiuscemodi formarū exempla in latina lingua Marcus Varro esse dicit. Hubertatis Pacuuium. Gracilitatis Lucilium. Mediocritatis Terētiū. Sed ea ipsa genera dicēdi iā antiquitus tradita ab Homero sunt tria tribus. Magnificum in Vlysse & huber est. Subtile in Menelao & cohibitū. Mixtum moderatūq; in Nestore. De quibus oībus Gellium li. vii. legito. Eusebius uero apud Macrobium li. v. inquit Dicendi genera esse quattuor Copiosum in quo Cicero dominatur. Breue in quo Sallustius regnat. Siccū quod Frontoni ascribit. Pingue & Floridū in quo Plinius secundus luxuriatur. Sed apud unū Maronem hæc quattuor genera reperies: uariis quidē locis. illa ēt tria. Nam gracili in Bucolicis utitur. Hubere in æneide. Mediocri in Georgicis. quod sane latius Commentario suo narrabimus. Cæterum quia teste Philosopho li. iiii. met. primum principium in aliqua scientia debet esse notissimū in ea. Ab ipsius Tituli nomine auspicemur. Bucolica. ut Diomedes inquit. dicuntur poemata carmine pastorali cōposita. Bucolicon āt armentū boum. Bucoleo pasco boues. Bucolos uero bubulcus dicitur. Bubulcus autem qui bubus arat siue qui boues fundi aratorios pascit. ut Paulus iureconsultus ait. Bucolicusq; a nostris armentarius appellatur. ut scribit Donatus. Aegloga dici potest Aegon. i. caprarū Logos i. sermo. Theocritus quē Maro imitatus est. ut passim docebimus plures composuit æglogas. Maro decē. Bucolicū carmen. Diodoro teste uolūine. v. in Sicilia Daphnis Mercurii filius & nymphæ. qui ēt educatus a nymphis boum permulta possedit armenta. a quorū cura Bucolos dictus est. cum esset ingenio acri. studiumq; plurimū gubernandis bobus impenderet. adinuenit. Tradunt insuper illum in Dianæ gratiam uenandi studio impēdisse operā. eamq; fistula & cantu bucolico apprime oblectasse. Bucolici præterea uersus sūt quotiens in quarta regione Dactylus finiens partem orationis inuenitur. ut Probus & Diomedes scribunt. Illud

Inc. 163



unum adiiciam. ꝙ Vergilius ex affectu quem ad linguam græcam habebat: & declinationibus græcis delectabatur. ut etiam Macrobius Saturnaliũ quinto ait. Et omnia carmina sua græce maluit inscribere. quæ sunt Bucolica Georgica. Aeneis. Fabius itẽm Quintilianus uolumine. xii. sic. Itaq; tanto est sermo græcus latino iucundior. ut nostri poetæ quotiens dulce carmen esse uoluerint. illorum id nominibus exornent. Opus ipsum triennio perfecisse legitur. Annos natus ut Probus asserit. xxviii.

Argumentum Tityri.

Tityre tu patulæ. Post Cassii Brutiq; necem Philippensi clade acceptam. M Antonius in Asiam. C. Cæsar Veteranis agros & urbes distributurus in Italiam concessit. ut Liuius li. cxxv. & Appianus li. v. bellorum ciuilium scribunt. Probus autem illis non conuenit. scribit enim agros diuisos Veteranis ab Augusto post bellum Actiacum. Ego tamen prioribus crediderim. Multi igitur & Cremonensium & propinquorum ꝑ priis agris cultores expulsi sunt. Quorum quidem ad Lucii Antonium. M. Antonii fratrem plures auxilii gratia cõfugerunt. Vergilius tamen nam & ipse agrum cum Mantua Cremonæ uicina esset. eodem pacto amiserat ab Asinio Pollione Alpheno Varo & Cornelio Gallo quibus in Buc. adulatur. C. Cæsari commendatus illum recepit. Hinc gratias agens Aug. ꝙ recepisset agrum. fingit hac prima ægloga Tityrum. per quem ipsum poetam nunc intelligimus. sub fago magno cum ocio canere. Meliboeumq; a patria & propriis agris cum capellis suis fugientem. illud mirari. Cum ubiq; turbatio esset. & solus ipse indemnis cantaret. Id totum huiuscæ æglogæ Argumentum. Reliquarum. ciusdemq; iterum argumenta carminibus patent.



Christophori landini florentini in. P. Vergilii interpretationes proœmium ad Petrum medicum magni Laurenti filium.

AGNAS Immortalesq; Petre medices priscis illis uiris gratias habẽdas censeo. qui bonis artibus atq; disciplinis excogitatis atq; repertis uitam nostram ita excoluerũt. ut recte commodeq; degere possemus. atque intra naturæ humanæ terminos consistentes in fermos cultus moresq; non laberemur. Maiores tamen ac potius maximas illis habendas haud dubitauerim. quia ea inuenerunt. quibus animi nostri ueluti quibusdam aliis suffulti. et humanam conditionem transcẽderent. & his q̃ terrena caduca que sunt pro nihilo habitis ad diuinarum rerum cognitionẽ euolarent. Ex quibus quidem omnibus ego poeticam primas sibi uendicare modo æquos sortiatur iudices facile me conuicturum existimo. Verum nos huiuscemodi disputationi & conuenientiorem & qui illam non solũ postulet. uerum potius efflagitet. locum addiximus. interim autem cum eum nobis poetam interpretandũ assumpserimus. qui uel ex omnibus terrarum regionibus quarum habitatores historia cognoscantur. uel ex omnibus sæculis. quorum memoria ad nostra usque tempora scriptorum beneficio puenerint'. si non primus omnino. primo modo tamẽ par pene æqualisque sit opere nostræ præcium haud medio cre futurum existimo. si paucis tamen nec pluribus quam necessitas exigat ostendero ex omni quæ in numera pene est scriptorum copia illum præter cæteros et ad grauiter ornateque loquẽdum. & ad bene beateque uiuendum plurimum nobis cõferre. Nam cum et intelligentia qua omnes disciplinas studio industria quæ adhibita assequi possumus et oratione qua quæ didicerimus alios doceamus. homo a cæteris animalibus differat. nonne in utraque re ita princeps est. P. Maro ut cũ ab eo discesseris uix nisi longo interuallo relicto secundum repereant latini. Namq; immortalis deus. splendorem quam dignitatẽ orationi affert. Quid obsecro aut in maximis rebus sublimius. aut in mediocribus temperatius aut in humilioribus pressius excogitari hoc poeta potest. Quis in singulis uerbis eius elegãtiam. Quis in orationis structura compositionem. Quis in luminibus uerborum ac sententiarum dignitatẽ Maronis adequabit. Quod uero iure omnes stupescant ita dicendi genus uariat. ut rebus. tẽporibus. personisque inseruiens modo abundans copiosiusque fluat. modo breuis concisusque cuncta perstringat. Decet illum nonnum q̃ siccitas. Decet nescio quid pingue floridumq; sæpe autem suauissimo quodam cõtemperamento ita huiusmodi in unum omnia confundit atq; commiscet: ut mirabili uoluptate audientium aures demulceat atq; delectat. Nam quis dicendi ornatus excellentior esse potest: quã is in quo nec præcipitata breuitas: nec infinita copia: nec ieiuna siccitas: nec postremo nimium luxurians lætitia appareat. Hoc quidem dicendi genus apud quem alium inuenias non facile reperio. ego certe apud neminem adhuc cognoscere potui. Si igitur tãquam magnum uirum: & omni laude dignum eum admiramur. quihorum uno utatur egregie. si ueluti eloquentiæ deum illum ueneramur qui hos omnes sed i diuersis locis adimplet: quibus laudibus obsecro: quibus tandẽ laudibus hunc prosequemur? qui unum i locum unam in rem hæc simul omnia inaudita suauitate coniiciat. Adde ad hæc q̃ cum duo sint dicendi genera: quorum alterum a quieto & nulla perturbatione concitato animo mature grauiterq; proferatur. Alterũ uero in quo quia nihil ratione: sed omnia summa perturbatione aguntur: ardens infensum torrẽsq; nominarunt: nõne utrũq; ita distribuit. P. Maro: ut seruato hominum ingenio ac natura unicuiq; suum attribuat: quid. n. grauius maturiusq; Aenea latinoq; & siduos horum similes iducit. quid contra ardẽtius erectius infensiusq; Pyrrho: Turno. Drance: sed in patris ipsa iunone troianis semper infensa fingere potuit. Sed ut ad ea membra in qua totum dictionis corpus diuidimus: quandoq; deueniam: ita proponunt. atq; inuocãt poetæ. ut his ea omnia quibus prohœmium proficitur summo artificio absoluant quapropter quo artificio. quo diuini ingenii consilio tantus uates & a magnitudine utilitatis ac nouitate rerum attentum. & ab erũnis inuicto animo platis & ab iustis crudelissimæ iunonis odiis fauorẽ cõciliat. quã perspicue docilem aperte absoluteq; re proposita reddit. Iam uero narrationibus suis nec dilucidius quicquã. nec ueri similius inuenies. In partitionibus autem qd quo minus clare atq; absolutæ sint deesse perturbabimus. nam similitudines: amplificationes. exempla. digressiones. signa rerum: argumẽtationes. cæteraq; huiusmodi. quæ quidem tum ad probandum. tum ad refutandum plurimũ ualẽt tam multa tã uaria tam uehementia sunt. neq; copiosiora. neq; efficatiora. aliũde exempla sũmi possint. Prætereo eius epilogos: prætereo diuersis in generibus uariis refertam affectibus orationem. Neq; in eo erro occupatus. ut ostendã quã uehemens ad indignationẽ insurgat. quã mitis e cuiusuis pectore misericordiam eliciat. Hoc tamen silentio non ꝑmittam. nã in aliis imitandis siue græci illi fuerint siue latini tã diligentẽ rationem adhibuit tanto consilio. ut illa suis quadrarent. curauit. ut non aliunde accepisse. sed ipse peperisse. ac a se parta aliis mutuasse uideatur. Hesiodum in geor. græco etiam iudice lõge superauit Nam in Teocrito si inde doricam illã locutionis proprietatẽ: quod græci nũcupant amoueas. qd & moribus & uerbis pastoralibus uehementer quadrat: quod præterea inuenies in quo latinus poeta a siculo uinci putetur. Hoc tamen in Ver. admiror. quod in Teocrito & si absit non desidero. Nam pastoriæ illius ruditatis ita naturam exprimit. ut ne Rosius quid est bucolicam personam expressius agat quã ille ingeniã moresq; refert. quod quidẽ cum præstiterit. ac per omnes numeros ita absoluerit. ut ei quem sibi imitandum proposuerat. nusquã cedat. tamẽ quod poetarum est eodem figmento maiora q̃dam con

tegit.ut quãuis a persona pastorali non discedat.tamen alium sensum longe excellẽtiorem sub illo uul
gari abscondit.ut opus duplici argumento ornatũ.& illi qui in promptu est inseruiat & illũ qui latet p
ficiat.Q uam rẽ si qui sunt qui uitio illi uertant ii quid propriũ poetarum sit ignorare conuincentur.Et
profecto ad maxima quæq; ac diuina natus hic poeta.ita ĩ humilioribus a prĩa ætate se exercuit.ut iam
tũ maiora illa & mente concepit.& ut res ferebant aliqua ex parte ita edere inceperit.ut intra bucolicos
tamen fines honorate constiterit.Verũ maius certamen cũ Homero restat.cui cũ græcorum scriptorũ
ingens numerus in huiuscemodi pugna adhæreat.ac pertinacius instet uictoria difficillima redditur.ue
rum cũ laboriosum magis quã periculosum sit collatis signis in actẽ prodire.non faciet tamen Honora
ti Seruii opinio.ut in eam locũ deseram quãuis affirmet Maronẽ longo interuallo Homerũ secutum es
se.Magisq; me mouet & Afri Domitii & Quintiliani auctoritas.qui illũ ita secundũ ponunt.ut pene il
lum primo æqualẽ reddant.At dices ii latini sunt.& qui auctoritate potius quã argumentis pugnent.
Nã cum quid sentiant explicauerint.non multũ laborant quare ita senserint rationibus cõfirmare.Itaq;
longe pluris facio Macrobii iudiciũ.qui tum eloquentia excellens uerũ facile deprehendere potest tum
quia a græcorũ factione est seuerius quã forte par est iudicium in eum exercet.Sed tamen uide quid sen
tiat.Is.n.innumeris pene locis ex utroq; poeta in mediũ adductis decernit Maronem nostrũ uariis in lo
cis modo uici ab Homero.modo uictor est ex eo prælio discedere.Itaque quod ab homine aduersæ fac
tionis datur accipiendum puto.& cũ nullam in partẽ inclinata uictoria receptui apud illũ canant egre
gie nobiscũ actum putauimus.Nã qui modo uincitur modo uincit.hunc ego non secundũ sed partẽ iu/
dico.Verũ quid plura præsertim cũ de poetarum ui nulli potius quã poetæ & ei quidẽ egregio creden/
dum omnes actioris ingenii uiros iudicaturos non ambigã.Q uid ergo aquinas luue.iudicet eius e car
mine facile est cognscere.Ait enim conditor iliados cantabitur atque Maronis Altisoni dubiã facientia
carmina palmã.atque hæc de Ho.Nam Nicandrũ Apollonium.Pisandrũ.Euphorionem.Eurypidem
Pindarũ cæterosque multos ita imitatus est.ut nusquã illis cædat.multis autẽ in locis superet.Verum
ut paucis tantũ rem perficiam.ego Macrobii sententiã uehementer quoniã uerissima est.approbo.Nam
tantus philosophus & Platonis in quo summa eloquentia summæ sapientiæ cõiuncta est.optimus imi
tator.P.Ver.eloquentiã naturæ omnium rerũ optime parenti similẽ esse docet.Nã ut terra hic frugibus
arboribusque lætã dicemus.Ibi pratis floribusque omnia ridere.Aliã regionem fontibus irrigari.Aliã
omnino arescere.Esse & loca quæ in campos porrigantur.Esse & alia quæ in montes rupesque consur/
gant eosdemque alibi horrendis siluis uestiri.alibi nudo saxo inhorrescere.Sic.P.Ver.stilum suum ad
omnes uitæ mores integrũ traducit:ut nunc breuis nunc copiosus sit.nunc siccum.nunc floridum sese o
stendat.Est præterea ubi leui fluat agmine.Est & cum ueluti per confragosa torrens rapidusq; præcipi
tetur.Atque hæc indicendo.Q uod autem ad bene beateque uiuendum pertinet quis nõ uideat omnia
quibus uita humana recte instituatur præcepta ab hoc poeta ueluti ex adorandis philosophiæ sacrariis
promi facile ac percipi posse.Nam ut Cyri uitam Xenophõ itaa præmiis incunabilis producit.ut eius
regis exemplo optimus princeps informari possit.Sic Maronis poema omne humanæ uitæ genus ex/
primit.ut nullus hominum ordo nulla ætas.nullus sexus sit nulla denique conditio.quæ ab eo suæ of
ficia non integre adiscat.Qua obsecro ille acrimonia.quo uerborum fulmine.moetũ.ignauiam luxuri
am:incontinentiam:impietatem:perfidiam:ac omnia in iusticiæ genera reliquaq; uitia infectatur:ue/
xatq; quibus contra laudibus.quibus præmiis inuictam animi magnitudinem:& pro patria:pro paren
tibus:pro cognatis amicisque consideratam periculorum susceptionem:religionem in deum pietatem
in maiores:charitatem in omnes prosequitur.Nam cum hoc in patris sibi proposuisset.P.Ver.ut gene
ri humano q̃ plurimũ prodeesset:eũm potissimum consilio in uno ænea absolutũ oĩo:atq; ex omni par
te perfectum uirum finxit:atq; expressit ut omnes illum nobis tãquam unicum exemplar ad uitam degẽ
dam proponeremus.Ac nescio an melius multo apud hũc quã apud philosophos huiuscemodi omnia
assequaris.Illi enim quæ uitam beatam præstent subtiliter docent:potius quã ad illa trahant.Hic p̃stan
tium uirorum præclarissima gesta recensendo:nos quia omnes exemplo facile mouemur ad illos imitã
dos uehementer inflãmat.Q uapropter quæ illic auribus percipimus hic tãquam nitidissimo in specu
lo nescio quo pacto nobis intueri:& dum geruntur adesse uidemur.Quamobrem tanto nos hæc quã il
la magis mouebunt:quanto oculorum quã aurium sensus acriores esse cognoscimus.Nam quis unquã
remp.melioribus legibus temperauit.In quo unquã duce aut audistis:aut legistis tantã inesse rei milita/
ris disciplinam:quanta in uno ænea describitur.At dices non omnes in rep.principes esse:aut exercitibus
præpõi possumus:longeq; plures priuati.quã cum potestate uiuimus.Quod quidem ut uerum est ita ĩ
genue fatebor.Sed non ne & priuatis hominibus quo pacto secum.quo cum suis quo cum ciuibus quo
cum peregrinis agendum sit:frequenter admonet.Sed uideo dum singulis insistere cupio longius mul/
to quã procœmii angustiæ patiuntur progredi ac rerum copia ita urgeri.ut dum nihil indictum relinque
re nitor nihil satis pro dignitate explicem.Verum ut paucis infinita expediam ita locum concludam.ut
uniuersam huius scriptoris poesim laudem esse uirtutis.atq; omnia ad illam referri sine dubitatione afir
mem.Q uæ uero ad summum bonum quod in diuinis rebus contemplandis cognoscendisq; consiste/
re scimus.pertinet quam oĩo diuinæ:xii.æneidos libris mirifico figmento intexuerit satis pro nostri ĩge
nii uiribus in eo libro expræssimus in quo parẽs tuus laurẽtius hæc inuestigans inducitur.Adde ad hæc

quam multa quæ natura ipſa penitus in obſcuro condidit atq; abſtruſit il leſingulis ſæpe uerſiculis. & breuiſſimis quod poetarum eſt. uerbis perſtringit quã docte uentorum uim ac naturam explicat quã ſignate tum tempeſtates tum multorum ſyderum ortus obituſq; exprimit quã eleganter errores lunæ ſoliſq; labores refert. Quam uere unde pluuiæ. unde ſerenitates. unde cæli aut clementia aut inclementia ſit oſtendit. De animorum autem noſtrorum ui naturaq; deq; rerum principiis nõ ne ita ſcrutatur. ut omnes omnium philoſophorum ſectas ac familias noſſe illum manifeſtum ſit. Adde ad hæc cognitionem hiſtoriarum. Adde quã diligentiſſimus antiquitatis & non modo noſtrarum rerum. ſed & græcarum & omnium nationum inueſtigator extiterit. Prætereo ius ciuile. Omitto ius pontificum priſcorum. Prætermitto id quod augurum eſt quæ quidem omnia ſi ab eo ieiune ſi aride ſi inculte ſcripta eſſẽt. eſſent tamen propter eorum uarium multiplicem ac maximum uſum omni ſtudio cognoſcenda. Nunc autem tã incredibili uerborum copia atq; elegantia inſignita. Tam admirabili ſententiarum grauitate illuſtrata Tot ſalibus reſpſa. Tanta ſtili uarietate grauiter ac iucunde compoſita cum ſint quis nõ uel noctes integras ſi opus fuerit ad diurnas huius poetæ lectiones addat cum ſummæ utilitati ſumma ſit adiuncta uoluptas. Hoc ego & ſi omnibus diligenter faciundum cenſeam neſcio tamen an tibi optime & mihi cariſſime petre præ cæteris præſtãdum ſit ac apprime deceat uerum etiam neceſſarium exiſtat. Neminem enim latet quãtam de te expectationem ob primos ad huiuſcemodi ſtudia ingreſſus & ingenium tuum ad omnia facillime aſſequenda ſingulare parenti tuo. Quantam agnatis atq; amicis. Quantam denicq; ciuibus omnibus excitaueris. Cui ſi tantum poetam recte tenueris. ita pro compto te reſponſurum habeo ut uel huius ſolius cognitio ſi ad reliqua quæ præclara inte ſunt integra accedat inter præclaros uiros oĩo enumerandus ſis eſtiãdiu Petre medices princeps in rep. ueſtra domus tua quæ non fortunæ ſolum munere ſed multo magis uirtute ipſa ita primum locũ ſibi in ciuitate uendicauit. ut ex cæteris omnibus nulla ciuibus fuerit niſi longo interiecto interuallo ſibi ſecunda. Incredibilis fuit in Coſmo proauo tuo ſapientia & ueluti in eo quem uariis fluxibus uariiſq; refluxibus fortuna diutius exercuerat tã ſagax in omni temperandarum rerum genere prudentia appuit tam promptum & cum res ita flagitaret quaſi extemporaneum: neq; tamen ob id minus graue conſilium. ut quæc unq; ille diceret ea nõ ab humano ore perfecta: ſed a diuino oraculo decantata uiderentur. Erat enim in eo utro id præcipue quod Vlyxi ueluti in rebus humanis omnium maximum Home. attribuit. Nam more s hominum multorũ uidit & urbes. Hoc igitur auctore & magnas res in rep. geſtas: & grauiſſima & ualidiſſimis hoſtibus illata bella propulſata uidimus. Sola denicq; huius uiri ſapientia inſubrum ualidum impium: quod Venetorum potentia iam pene uorauerat e mediis: ut ita loquar faucibus ereptum. & Franciſco Sfortiæ. qui diutius noſtris exercitibus imperitauerat porrectum eſt: quod quidem unicum eo tempore Italiæ remedium fuerat ne uniuerſa uentorum ditionem deueniret. Omitto pluria alia ac maxime quibus ille nõ ſolum per uniuerſam etruriam ac totam italiam celeber illuſtriſq; & hactenus fuit: & in futurum erit: ſed deinde ingens eius nomen Gallias hiſpanias omnemq; Germaniam: cunctaſq; Britannici oceani inſulas repleuit. Succeſſi illi petrus filius cuius tu nomen refers: qui & antequam aduerſa ualitudine impediretur plurimis ac maximis de rebus legationibus functus populo florentino decũs gloriamque immortalem peperit. Ac deinde cum illi per ualitudinem in ſenatum uenire nõ liceret domi tamen ſedens ac cũ ſuis ciuibus ſingulis de rebus diſceptans rem noſtram publicam ita adminiſtrauit: ut ſummam in eo prudentiam ſummæ innocentiæ coniunctam omnes cognoſcerent. Multæ elucebant in eo uirtutes. Sed nõ eſt noſtri inſtituti: ut familiæ tuæ hoc tempore laudes proſequar. Nouiſſime autem ſucceſſit defuncto patri Laurentius parens tuus nondum plene adoleſcens: ſed quem natura acerrimo ingenio ſtudium uero ateneris unguiculis aſſiduum multis iam litteris ornauerat. Verum uix rem attigerat publicam cum fortuna illum ex tranquilliſſimo portu in turbulentiſſimam tempeſtatem pepulit: ſed utraq; fortuna illum illuſtrum reddidit. Nam neq; in ſecundis inſolentior factus omnia maxima ac grauiſſima tenera illa ætate ſeſe ferre poſſe indicauit. In diuerſis autem quæ uel fortiſſimorum uirorum animos ſæpe defatigant ac poſtremo contundunt minorem animum nũquam geſſit. Nam horrendis periculis inuicto robore obuiam eundo amota omni pœnitus temeritatis ſuſpitione grauiſſimas difficultates ſuperauit. Exorta eſt ſubita & a nemine expectata uolateranorum defectio: eratq; apud oẽs fere ciues pœnitus inſita mentibus opinio illos & ſitu urbis & murorum propugnaculorum robore expugnati: niſi diutur/na obſidione non poſſe. Accerſiter igitur ſenatus: rogantur ſinguli ſententiam. Quo quidem tempore cenſebant pene omnes illorum obſtinatiſſime paruicacitati ac inſolentiæ cedendum: illeſq; modo in finem redire uellent quibuſcunq; cum ditionibus recipiendos potiuſquam armis cogendos eſſe. At laurẽtius qui hominum ex ea re inſolentiam cognoſceret: quique illorum mentes oĩo alienas a florẽtino nomine intelligeret iam enim & a principibus nonnullis & rebus publicis auxilia per legationes implorarent & ſocietatem polliciti fuerant. Qui denicq; animaduerteret illos impũitate modo ea daretur pro uictoria contra nos uſuros neq; unquã ad ſanam mentem redituros duxit & ad reip. maieſtatem tuendam & ad manifeſtiſſima noũorum per Italiam tumultuum ſeia ante eaquam coaleſcerent quãprimum extinguenda uehementer pertinere. ut illi & uiolati fœderis & proditæ fidei pœnas penderent. Itaq; ut eſt

Alecto
tysiphone
Megera

homo ingenio perſpicaciſſimo: & ad omnia uel etiam momentanea celeritate uerſatili cunctaſq; utriq; ſeſe rationes efferent in unum adduxit: ac poſtremo & rei difficultatem & periculorum magnitudinem cum maieſtatis publicæ iactura componens: & quod niſi contra iretur dāni ignominiæq; quid rurſus ſi iretur diſcriminis ſubeundum eſſe: diu penſitans tandem in eam ſententiam deuenit: ut uinceret ni uiro magnanimo: & ad ſuæ reipu. decus nato id quod in omnibus fortibus inſitum ſemper ac fixum eſt uin ceret inquam amor patriæ: cuius caritatem omnis ſapiens cæteris rebus ſemper præpoſuit. Q uaprop/ ter in ſententiam cū ſuam ciues hactenus repugnantes tandem traduxiſſet multa circūſpectione rem ag/ greſſus. Inuicto animo proſecutus: ac poſtremo contra q̄ multi putarent aſſecutus expugnata urbe po/ pulum qui olim municipali iure fuerat in deditionem uenire coegit: atq; uectigalem populo florentino eſſe iuſſit. Neq; apparebat unde turbulentior motus poſt hac exoriri poſſet: cum paulopoſt ſubita & p̄/ ter omnium opinionem ex in prouiſo exorta procella te uniuerſamq; ſimul ciuitatem e tranquilliſſimo portu rurſus in medios fluctus. ac cecos ſcopulos retraxit: ut non paulopoſt timendum: ſed preſens ine uitabileq; naufragium appareret. Dabis ſuauiſſime Petre in hoc loco roganti mihi ueniam: ſi barbaricā illam & omnium celeratiſſimam: ac ſine exemplo coniurationem ſilentio præterierim: qua in tēplo ma ximo inter ſacra ſolēnia & Iulianus frater ſæuiſſime trucidatus: & ipſe Laurentius inter ſtrictos atq; un diq; eū petentes gladios iam caſurus ita elapſus eſt. ut non humano ſed diuino auxilio: & ſua animi præ ſtātia: quam audaciſſimum quēq; terrere poterat de manu inimicorum ereptus uideatur. Quamobrem cum ſceleratiſſimi homines quod nefarie mente conceperant dolis perficere nequirēt. id armis ſtatim ag greſſi ſunt. Q uo quidem tempore quot hoſtium genera: quam idē potentes: quam crudeles: quam ua/ lidi exercitus quam in prouiſi: quam inexpectati undiq; nos inuaſere qui cum unius innocentiſſimi iu/ uenis & a quo nemo offenſum ſe ne dicam læſum iure quæri poſſe ſanguinem appetere præ ſe ferrēt. & illum ſimul & libertatem noſtram perdere properabant. Neq; ſolum humanis armis quibus mortalium ambitio nonnūquam ſæuire conſueuit ſed diuinis ſi ea tamen diuina appellanda ſunt. quæ impie ac nefa rie aduerſus dei præcepta adhibentur cōtra nos pugnatum eſt. Nam eodem tempore & fines noſtri igni ferroq; uaſtabantur pecora ad igebantur uirgines e matrum amplexu in hoſtilem libidinem rapieban/ tur uiri miſerrime cedebātur eodem inquam tempore hæc omnia impie nefarie ac penitus barbarice tra giceq; fiebant & romæ proh ſcelus inauditum omnium grauiſſimarum noſtræ religiōis animaduerſio ne genere ſæuiebatur. Ac in eum uirum eumque populum qui uera religione nulli ſecundus eſt eas exe crationes effundebat quæ a bono pontifice non niſi extrema neceſſitate ſpellente in perfidos chriſtiani nominis hoſtes raro effundi conſueuere. Inter dictū eſt ſacris in ea urbe in qua nuſquam alibi neque plu ra neque ſplendidiora neque cultiora templa erecta cernuntur nec maiori ſacrorum pompa nec frequen tiori populo res diuina celebratur. In ea inquam urbe in qua quocunque te uertas & magna & frequen tia & rerum omnium copia ornata ad diuinos honores peragendos ædificia a medica familia ſuis uotis ſuiſque ſumptibus dedicata ſeſe offerant. O impium facinus & multis ætatibus inauditūm o duriſſima tempora et ſæcula uere ferrea in quibus a chriſtiana re is exul factus ſit qui ſemper ſe non uerbis ſolū ac moribus ſed omni rerum genere chriſtianum exhibuit multa prudens ſcienſque prætereo ne tantarūm calamitatum acerbiſſimum uulnus quod iam pene coiuit nūc refricē. cupio enim multarum rerum qua rum recordatione etiam nunc horret animus obliuiſci. Cupio crudeliſſimorum tragicā ſæuiti eſt & bar baricam rabiem e memoria delere. Cupio & id in priſ inteſtinarum fraudulentorum auctorum inſidia rum non recordari. Quod enim eſſe cenſes Petre medices. quæ nec ſcelerum magnitudine concitatus re ticere nec rurſus multis cauſis coercitus recenſere ualeam. Non tamen in tam horrendis periculis conſti tutus Laurentius cum neque cui ſe ſatis tuto crederet neque a quo caueret ſatis certo ſciret ex excellētiæ ſuæ gradu neque unquam ceſſit neque quicquam de animi inuicti magnitudine imminuit. Itaque cum ſa pientiſſime qua quæque uia agenda eſſent qua ratione aut hoc uitandum aut illi obuiam eundum præ uidiſſet qua animi magnitudine immortalis deus maxima quæque pericula aggreſſus eſt quam nūquā in gloriæ uitæ cupidum ſeſe oſtendit. Quam cōtra & publicæ libertatis maieſtatiſque & ſuæ dignitatis omni tempore. omni loco apud omne hominum genus ſeſe acerrimum propugnatorē exhibuit Quod enim unquam diſcrimen in tam ſibi inimica fortuna adeo tremendum accidit quod eum a conſtanti in decoro ſeruando. propoſito alienaret. Q uando illi aut confidentia qua auctore in magnis ac honeſtis rebus plurimum firmitatis ac roboris certa cum ſpe animus ſibi compat illi defuit quando a perſeuerā tia quæ eſt in re bene ſuſcepta ſtabilis perpetuaque manſio unquam deiectus eſt. Q uando denique pa tientia quæ præclariſſima fortitudinis comite res arduas ac difficiles utilitatis honeſtatiſque cauſa diu turne æquaminiterque perferimus illum deſeruit. Q uapropter ita uniuerſum hunc locum concludam huius uiri huius inquam uiri ſapientia atque animi excellentia noſtræ reipub. libertatem ex ſæuiſſimo/ rum hoſtium faucibus ereptam nobiſque reſtitutam eſſe. Hoc auctore ac duce maieſtatis publicæ di/ gnitas quæ pene iam extincta eſſet non ſolum in priſtinum gradum reuocata eſt. ſed amplior multo at que illuſtrior reddita. Sed ut ad alia laborioſa illa quidem. ſed minus iniqua tādem trāſeat oratio cuius obſecro uiri in ferrarienſi iperio a ſeruitute liberādo maior prōptiorque opa atq; induſtria q̄ Laurētii

Cerasus ge: 2° fo 78
De noctiu dierumq; inequalitate ge: 2° 71

Tabula Vocabulorum secundum ordinem alfabeti.

Aborigines
Acantus
Achates en j: 140
Achelous
Acer arbor
Acini
Achilles
Aconitum
Actus
Adamas
Adeps
Aditum
Adonis
Adonis
Aduocatus
aetna
aegialeus
aegialea
aegis
aeoliæ insulæ eod
aeolus en: j° f 130
aes
aes
aes
aestas
aethiopia
aethon
aemulus
aetates hominis
aegyptus
agathyrsi
aglaophenus
alba longa
ales
albunea
alcon
alcionus
alcida
alcesta
alimentum hominis
amaracus
amazones
amurca
ambrosia
amomum
amomum
amor ge: 3 f 81
amores
anguis
anima
anima
anima
animus
animus en: j° f 183
Anima eod

Animus
Animarum
trãscorporatio
Anio ge 8 f 111
Anus
Annus
Annales ab histo
ria
Anchises
Antenor
Antenoris filii
Aon
Aones
Apes
Aperire
apiastrum
apium
apium
apollo
apostrophe
aquila
araris
ara
ara maxima
arbustum
arbusta
arbutus
arboris membra
arcus
arcturus
ardea
area
argentum
argentum
argos
argosippum
argyrippa
arion
aristeus
arma
aruisium
aruina e: 3°: f: cclxiiij
aruspicina
ascanius siluius &
successores en j° f: 139
asseuerare
asinus
asilum
athlas
athlantides
atys eg 6 f 18
atys
athos
atrium
Atomi eg: 6 f 19

auellana ge: 2° f 60
Auctũnus
Augurium
Augustus
Audere
Auspicia
Auguria
Auiaria
Auentinus
Auia
Aulis
Aures
Aurora
Aurum
Ausones geor: 2° f 12
Azanes

Baccaris
Baccaris
Baccæ
Bacha
Bacca
Bacchus
Bacchi nomina
Bactra
Bactra
Baleares
Balsamum
Barrus
Bellaria Bacchi
Bellona
Benacus
Bitumen
Bidentes
Bidental
Bos
Bonus
Briareus
Britannia
Brionia
Bubo
bulla
Buxus
Busiris
Berecintus en 9
Cacus
Cæcus
Cæsar
Calchas
Chaonia
Canicula
canes
cano
caieta
camilla 1° e f: cclxxvij
Latones e 6: fo cclij

Camilla
Cãelopardalis
Calamus
Calamus
Camœnæ
Capre ge: 2° f: 61
Capua
Caput
Carmenta
Cares
Capilli
Carpo
Carbunculus
Carthago
Carpinus
Carcer
Castor
Castitas
Causæ
Causæ
Canea
Castanea
Carpathus
Carchesium
Ceres
Cea
Cerinthe
Cerui en: j° fo: 137
Ceruix
Ceruix
Certus
Cæruleus
Cerebrum
Cecrops
Centauri
Cerberus
Ceres
Ceres
Ceres
Cedrus
Cestus
Cestum
Chaos
Chimæra
Chimæra
Charon
Cilium
Cinthus j° a: f: 187
Circus
Circes
circei
cicorium
circenses
classis
Centaurea g 8 f 115

Columbarum gna eg 3 f 8
Coturnus egl: 8 f 227 en j f 180
Chlamys
Cornix
Cornix
Cometæ
Cometæ
Corui ge: j f 78
Corilus
Corinthus
Colostrum
Coruscare
Conuoluolum
Coricum
Colonus
Comes
Cortyna
Comere
Corybantes
Cortynari
Cocytus
Conon
Consilium
Colores
Consualia
Conuenio
Creta
Chreston
Crocus
Crustumi
Curculio
Cudo
Cupido
Cucumis
Curetes
Cumulus a tumu
lo.
Cumea
Custodia
Cyrnus
Cylindrus
Cygnus
Cylix
Cybele
Cybele
Cyclops
Cyclopes

Dacus
Danaus
Dardanus
Daui
Decutio
Dicemuiri sibyl
lini
Decoquit

Iuuina gr: 3° fo 83

Lomentum
Locri
Lorica
Lolium
Lubricus
Ludo
Ludi funebres
Lupus
Lupus
Lupus
Lupinus
Luna
Luna
Ludorum genera
Ludorum genera
Ludi apollinis en 8f 24
Lupercalia
Librare
Linx
Linx
Lycus
Lympha
Lymphatus
Lychni
Lydius
Licurgus

Magnitudo plane
tarum
Maialis
Malum
Maturare
Maturo
Maronea
Macedonicum
Manicæ
Mactare
Mactare
Machaon
Mane
Manum
Mars
Mala
Mandere
Massili
Marica
Matuta
Margarita
Marubia
Marsi
Mactus
Medica
Mæander
Mella
Metys
Meropes
Melisphilon
Mēnon memno

niæ aués
Moetus
Mellibœa
Mendicus
Mercurius
Meruus
Metalla
Meta
Meta
Medea
Medusa 6ta: fo xxxvij
Mille
Migro
Minium
Milsum
Miletum
Miletum
Minerua
Minerua
Mitra
Minos
meliboee
monstrum
moles falsa
molossia
molle
moles
mundus
muscus
mustum
musæus
musare
munus
musica
murex
mutiseæ
mirica
mirtus
mirtus
mirmidones
myrrha

Narcisus
Naxos en 3: fo 189
Nauis
Nauigium
Neptunnus
Neptunnus
Nereides
Nebrides
Nitrum
Nilus
Nouerca
Nox
Noxia en 1f 128
Noxia
Noctua gr 1 fo 73
Nota

Mgsis gr: 1° fo 18 de nyplaus eg 6f 18
Megera est alys furys gr 3f 106

Numa en 8f 271

Nothus
Numerus
Numerus
Nux
Nuces
Numidæ
Numma Pompiliūs
Nymphæ
Nymphæ

O en 7f 218
O en 2f 182
Oaxes
Obcenum
Obelisci
Obtusus
Ocium
Ocrea
Ocnus
Oenotrus
Oliua
Olea
Olixatrum
Olor
Omen

opus
opera
opuntii
orationis partes
orphæus
orphæus
orphæus
oricos
orythia
orion
orgia
oresles
ostrea
osilla
ostentum en 3f 117
os
ostendere
ostentare
othus
ouis
ouatio

Pan
Palumbes
Paliurus
Parnasus eg 6f 18
Parthenope
Palma
Palma
Palam
Palilia
Pales

Patilia
Parce en 1° f: 126
Paphus
Pathera
Pauor
Pauimentum
Paros en 3f 119
Paros
Pachinnus
Pauper
Pasiphæ
Panlicæus
Pantheræ
Pantheræ
Pallici
Pallas
Panaces
Peculium
Pecunia
Pecus

Perior
Pelops
Pelorus
Peloponensus
Pestum
Penates
Penates
Pendere
Perturbationes
animorum
Per
Pergo
Peplum
Penūs
Penitus
Penthesileia
Peucetius
Pelasgi
Pelasgus
Periphrasis
Perisologia
Petilia
Peto cum compo
sitis
Pæan
Perturbationes a
nimorum
Pendo
Pendere
Pensum
Penso
Rhilomela
Phaneus
Phasis
Phocæ gr: 3° fo 100 a & gr
Phorbas
Phalarica
Phalanx

Phinei fabula
Phorcus
Phlegethon
Pierides
Picea
pisseceros
Pietas
Pietas
Pili

Pistris
Picus
Pirithous
Plantarum tria ge
nera
Platanus
Pluuia
Plausus
Poma
ponderum diuersi
tas
pontus
pœnitus
portentum
poesis
porcus
portio
periuignus
prandium
pratum
prometheus en 6: fo 19
priapus
priapus
principia rerum
prædia
præcordia
proserpina
proserpina
propero
prosecta
prosecta
propolis
prætorium
proteus
proteus
procella en 1f: 132
præsens
præstare
præstolari
pronostica
properare
pro
pro
prouidentia
promere
prochita
prodigium
proceres
prophanum

Zholg en: 9: f ccxcv

Præcordia
Præpetes
Prætexta
Prætexta
Proteruia
Pudicitia
Pullus
Pullus
Pubes
Purpura

Quatio
Quercus
Quadra

Raucus
Raucio
Radius
Remus
Recutio
Remigare
Remulcam
Rhea
Rhea
Religio
Roma
Rhadamanthus
Romulus
Rima
Rigare
Romurunde
Rubus

Sandix
Salire
Salax
Saliunca
Saturnus
Saturnus
Sandaracum
Sagire
Samos
Samos
Sal
Sabinus
Sabini
Sabini
Sagina
Sacrani
Saga
Sepes
Sensus
Serpens cælestis
Sepeliendi mos
Sericum
Seres
Senatus
Setæ
Sepum
Seuum
Sequester

Syrtes en j fo 132
Scyphius
Scobem
Scrobem
Scænæ
Scæptrum
Scæna en j f 133
Scyrus
Scylla
Scyllaceum
Scipiones e: 6: fo cclii
Signum
Sillenus
Siluanus
Siluanus
siliqua
simois en j f: 132
silex
silenti luna
sirenes
sicani
siculus
smitheus tenus
sol
solisticu
socius
soracte
sortiri
soniandi species
sortes
somnus unde
specula en 8 f 27
spiramenta
sperchius
sponda en j f 172
spiracula
squalor
studium
stilla
stimulus
statio
strongilæ
strophades
stellæ
styx
strata equorum
succus
superstitio en 1 f 211
supercilium
sub
sulcus
sus
syrene
syrtes
sirius
sibyllæ
Silua

Talpa
Taxarus
Taurus
Tartarus
Talia buc l: eg
Trophen ge: 3 f 81

Taygete 115
Tarentum
Talentum
Tenue a subtili
Tegea
Teges
Tæda
Tehtys
Testudines
Tempe
Templum lani
Templum Veneris
Templum
Teuedos
Tenedi
Testor
Testudo
Temperantia
Tæna
Tænia
Tessera
Tempestas
Terebinthus
Thus masculum eg 8 f 27
Thus
Thus
Theologia prisca
Teucer
Timauus
Tiarus
Tibia
Thimolus
Thmolus
Torrens
Toxicum
Torquet
Triton
Triton
Tritonia
Tripodes
Translatio
Thracia
Trabea
Tuba
Tuba
Tugurium
Tumulus
Turbo
Tum uero
Titvrus
Tigris eg 7 f xvj
Tigris
Thimnum
Thimbra
Thimbra
Tirrhenus
Tiarus
Tiburtes

Vallus
Vallum
Vastus en j f: 131

Vaco
Vagire
Vanum
Vaticanus
Veruex
Vellus
Vexo
Verbena eg lo: 8 fo: 27
Verminatia
Venus
Venus
Venus
uesta
Vesta en 2 f 168
Ver
Veternum
Verriculum
Vescum
Veseuus
Verecundia
Venustas
Vestibulum
Victima
Victima
Vultus
Vitula
Vitula
Vitulus
Virgo in zodiaco ge: 1° fo 56
Vitia
Virus
Vipera ge: 3° f 102
Vis
Via
Virtutes intellectiuæ
Viscum
Vitulari
Viscus
Vixerunt
Vlcus
Vmbraculum
Vmbella
Vmbo
Vorare
uomer
upilio
uri ge: 2° f: 81
urbs
uulpes
uulnus
uultur
uulcanus

Xanthus

Zodiaci signa

Finis.

apparuit. Taceo multaq; totius italiæ firmissimo testamento conuincere facile possim. Sed nolo dum unum laudo in nonnullorum: qui etiam magna laude digni sunt odium incurrere. Quo bello confecto fuit omnium opinio cum florentini populi opes uehementer attritas: & multorum annorum belli ærarium exhaustum uiderent ciues ipsos grauissimis assiduisq; uectigalibus diu defatigatos liberaliter quieturos. At Laurentius nihil ex usu publico esse putans quod notam aliquam innueret fessam ciuitatem grauissimis argumentis in eam sententiam attraxit: ut sergianam urbem de genuensibus penso auro a nobis emptam: ac deinde per ipsarum induciarum tempus ab iisdem per summam fraudem eriperetam iustissimis armis repeteremus. Sumpta est igitur expeditio ac robusto ualidoq; exercitu in hostilem agrum ptoperatum. Verum cum a Petro sanctensibus nostræ copiæ ne in ea quæ nostra essent uenirent grauia impedimenta inferrentur: in eos omnes belli moles conuersa est. Erat autem oppidum non solū arce mœnibusq; munitissimum sed magna militum copia. magna armorum magna tormentorum ui refertissimum & omni missilium genere instructum. Oppugnabatur summa ducum prudentia summo militum rubore ac audacia. Nihil intentatum nihil inausum relinquebatur nec tamen antea in deditionem receptum oppidum est. quam ipse in castra profectus sit. cuius quidem aduentu tanta undiq; nostris accessit auctoritas tantus hostibus metus ut statim suaq; omnia florentino populo dederent ac Laurentii fidei cuncta committerent. postulabat post hac reipu. ratio ut sergianam obsideremus. Verum coegit populū florentinū subita inuasio Neapolitani regni ut iustissimum bellum aduersus fidifragos hostes in aliud tempas reiiceretur. & uictor exercitus ad defensionem confœderati regis traduceretur. Multa hic taceo quibus solis uel immortalis gloria parentis tui propagari possit. Erat autem maior pars ciuium in ea sententia ut nostrorum potius quam aliorum ratio haberetur. Grandia erant munera & honorificentissima quæ publicæ priuatimq; offerebant si ociose rei aduentum spectaremus poterātq; omnibus bonis id approbantibus suscipi. Verum ille nihil antiquius reipublicæ esse debere: nihilq; magis ad eum uirum qui multa uirtute excellens & esse & haberi uellet pertinere arbitratus quam fidem quam publicæ datam seruare id ne longior sini præstitit quod nisi præstitisset sed nō possū omnia quæ sentio Verum sine iactura silentio hæc prætereo quoniam neminem latere possunt. Sortitum est tamē bellum illud eum euentum in quem uires omnes suas Laurentii intenderat non solum fortuna: sed multomagis sapientia in ea re sibi operam nauante. Ex quibus omnibus id inuidorum etiam uirorum iudicio id assecutus est ut in rebus maximis agendis ac domi foriscq; administrandis uniuersa italia patrias prudentiæ fortitudinisque partes illi sine controuersia concedat. Quod idcirco mirabilius multo uidetur quoniā pauloante in eū locū infoeliciissimis casibus deiectus abiectusq; fuerat ut maior hominū pars fortunæ temeritatemque secuta illum poenitus negligerent. Nihil dicam de recepta sergiana quæ expugnatio & obstinatione roboreque hostium & loci natura & numero ex omni genere tormentorum difficilima ac diuturna uideretur. profectus est iple in castra eiusque præsentia & nostris additus & hostibus animus ademptus est. Consilio autem suo multa quæ ad obsidionem expugnationemque facerent addita multa etiam immutata atque alio loco aliaque forma instituta. Ad qua omnes res additatanti uiri auctoritate breui effectum est ut illius fide sese dedentes in potestatem nostrā rediret Sergianenses. Sed ut ipsum tandem in urbem reducā quid illo in sententia dicenda sapientius. quid in disputando acutius. quid in consultando uelocius. quid in ciuitatis maiestate conseruanda. augendaque attentius uigilātius tollerantius demū inuenies. Multæ ut in homine ciuili sunt in eo litteræ. bonus est musicus. bonus architectus bonus agricola. Eloquentia uero sine extemporanea sit siue excogitata & a natura copiosam accepit. & artificio atque exercitatione illem grauitate iucunditateque illustrem reddidit. Verum cum præter illud perpetuum ac continuatum genus dicendi alterum qnoque sit quo aut dicentem ita lacessimus ut & penius confundatur & quod cōtra respondeat. aut facile inueniat aut lacessiti ita acute respōdemus ut eum lacessisse poeniteat Ergo utrunque hoc ita Laurentio concedo ut cum ab eo discesserim in quem illi secundum adhibeam non reperiam.. Nam quanta uehementia & amaritudine si ita necessitas cogat aduersarium ueluti telis accerrimis confingit. aut quod magis ex ingenio suo est quamurbane quam sale quam facere quam lepide illum eludit. Florētina autem lingua ita eruditus ita excultus est ut si eius aut elegos aut lyricos legas eum omnibus nostri sæculi poetis facile anteponas. & ad priscos illos proxime omnino accedere iudices. Sed dices quorsum hæc in prooemi angustiis intrudis atque inculcas. quæ uix longiori historia satis pro dignitate explicari possent. Nēpe ut intelligas uoluisse me non exemplis sed domesticis exemplis hortari te ut eadem uia qua parens tuus pergens iisdem uirtutibus ad eandem nominis gloriam peruenires. præsertim ille tam exacta cura ac diligentia operam semper dederit. ne qua ex iis rebus quibus bonas omnes artes facilius acquirimus tibi adesset. Plurima sunt quæ in ilio admiret. Sed illud perexteris quod in liberis educandis indulgentioris quidem parentis nunquam. optimi uero ac sapientissimi semper summa sedulitate officium compleuerit. in re uero informando. instituēdo atque erudiendo qd unq̄ omisit. Nā quis ipse p se quottidie admoneret. ꝑcipet ac iuberet tñ cū sciret q̄ti eēt. ne a præceptoris latere inq̄ discederes ex oī horum doctorū copia Angelū politianū elegit uirū multa ac uaria doctrīa eruditum poetā uero ægregiū ægreiumque oratorem ac denique totius

antiquitatis diligentem perscrutatorem: cui puerilem ætatem tuam & optimis moribus fingendam. & optimis artibus ac disciplinis excolendam traderet pro miraculo omnino ē quā breui quā maxime moribus atque doctrina profeceris. Verum ut alia omittam. Vix tertium supra decimum ætatis annum impleueras cum ita latine loqueris: ut florentinæ ac ita pene græce ut latine. Sed ne asentator potius quam adhortator uidear plurima ad præsens omittam. Id solum addam tui te parentis ueram esse imaginem esse manifestissima in tua tenera ætate signa, quibus nobis spes certissima sit, cum in adultos annos peueneris illum te per omnes gradus acturum atque expressurum esse. Sed nos iam. P. V. interpretationes ita prosequemur ut seorsum seruianæ a nostris in Codice describantur. Cum uero ad æneidos uolumen deuenerimus ea quoque quæ Donati sunt in breuiarium redacta atque per epithoma descripta suo nomine interserenda curabimus.

VIRGILIVS MARO parentibus modicis fuit: & præcipue patre Maro ne: quem quidam opificem figulum: plures magi cuiusdam uiatoris initio mercenarium: mox ob industria generum tradiderunt: quem cum ægricu lationi reiq; rusticæ & gregibus perfeciſſet ſocer ſiluis coemundis: & api bus curandis regulam auxit. Natus eſt CN. Pompeio magno &. M. Licinio Craſſo primum conſul. Iduum octobrium die in pago qui andes dicitur qui eſt a Mantua non procul. Pregnans eo mater Maia ſomniauit enixem ſe laureum ramum quem contacta terra confeſtim cerneret coaluiſſe & exercuiſſe ilico in ſpeciem maturæ arboris refertæ uariis pomis & floribus ac ſequenti luce cum marito rus propinquum petens ex itinere diuertit. atq; in ſubiecta foſſa partu leuata eſt. Ferunt infantem ut fuit editus nec euagiſſe. & adeo miti uultu fuiſſe ut aut dubiam ſpem poſterioris geniture iam tum indicaret. Et ac ceſſit aliud preſagium. Siquidem uirga populea more regionis in puerperiis eodem ſtatim loco depacta ita breui coaluit. ut multo ante ſatas populos adæquaſſet. Quæ arbor Vergilius ex eo dicta atq; cõſecrata eſt ſumma grauidarum & fetarum religione ſuſcipientium ibi & ſoluentium uota. Initia ætatis ideſt uſq; ad ſeptimum annum Cremonæ egit. &. xvii. anno uirilem togam coepit: illis conſulibus iterum quibus natus erat. Euenitque ut eoipſo die Lucretius poeta decederet. ſed Vergilius a Cremona Mediolanum & inde paulopoſt Neapolim tranſiit. ubi cum litteris & græcis & latinis uehementiſſimam operam dedit: tandem omni cura omnique ſtudio indulſit medicinæ & mathematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorque eſſet ſe in urbem contulit. Statiimque magiſtri ſtabuli equorum Auguſti amiciciam nactus multos uarioſque morbos incidentes equis curauit. At ille Auguſtus in mercedem ſingulis diebus panes Vergilio ut uni ex ſtabulariis dari iuſſit. Interea a Crotoniatis pullus equi mire pulchritudinis Cæſari dono fuit miſſus qui omnium iudicio ſpecie portendebat uirtutis & celeritatis immenſe. Hunc cum aſpexit Maro magiſtro ſtabuli dixit natum eẽ ex morboſa equa & nec uiribus ualiturum nec celeritate. Idque uerum fuiſſe inuentum eſt. quod cum magiſtro ſtabuli Auguſto recitaſſet duplicari ipſi in mercedem panes iuſſit. Cum item ex hiſpania Auguſto canes dono mitterentur & parentes eorum dixit Vergilius & animum celeritatemque futuram. Quo cognito mandauit iterum augmentari Vergilio panes. Dubitauit Auguſtus Octaui ne filius eſſet an alterius idque Maronem aperire poſſe arbitratus eſt qui canum & equi naturam parenteſque cognorat. Amoris igitur omnibus arbitris illum in primiorem partem domus uocat & ſolum rogat an ſciat quiſnã eſſet. & quam ad fœlicitandos homines facultatem haberet. Noui inquit Maro te Cæſarem Auguſtũ & fermε equam cum diis immortalibus poteſtatem habere ut quemuis foelicem faciaſ Eo animo ſum reſpondit Cæſar ut ſi uerum pro rogatu dixeris beatum te foelicemque reddam. Vtinam ait Maro interroganti tibi uera dicere queam. Tunc Auguſtus putant alii me natum Octauio quidam ſuſpicantur alto me genitum uiro. Maro ſubridens facile inquit ſi impune licenterque ſentio loqui iubes id dicam Affirmat Cæſar iureiurando nullum eius dictum ægere laturum immo non niſi donatum ab eo diſceſſurum. Ad hæc oculos Auguſti infigens Maro facilius ait in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philoſophia cognoſci poſſunt in homine nequaquam poſſibile eſt. ſed de te coniectu ram habeo ſimilem ueri ut quod exercuerit pater tuus ſcire poſſim. Attente expectabat Auguſtuſ quid nam diceret. At ille quantum ego rem intelligere poſſum piſtoris filius es inquit. Obſtupuerat Cæſar & ſtatim quo id pacto fieri potuerat animo uoluebat. Interrumpens Vergilius audi inquit quo pacto idconiicio. Cum quædam enunciari predixerimq; quæ intelligi ſciriq; non niſi ab eruditiſſimis ſũmiſq; uiris potuiſſent: Tu principes orbis item & item panes mercedem dari iuſſiſti quod quidẽ aut paſtoris aut nati piſtore officium erat. At deinceps inquit Cæſar. Non a piſtore ſed a rege magnanimo dona feres. Placuit Cæſari facetia illumq; plurimi fecit & Pollioni commendauit. Corpore & ſtatura fuit grandi aquilino colore facie ruſticana ualitudine uaria. Nam plerunque ab ſtomacho & fauci bus ac dolore capitis laborabat. ſanguinem etiam ſæpius eiecit. cibi uiniq; minimis Fama eſt eum libidinis pronioris in pueros fuiſſe ſed boni ita eum pueros amaſſe ſe putauerũt. ut Socrates Alcibiadẽ & Plato ſuos pueros. Vεr inter oẽs maxiε dilexit Cebetem & Alexandrum. quem ſecunda Bucolicorum ægloga Alexim appellat Donatum ſibi ab Aſinio Pollione utrunque ineruditum dimiſit. Nam Alexandrum grammaticum Cebetem & poetam uulgatum eſt conſueuiſſe eum cum Plotia Hieria. ſed Aſconius Pedianus affirmat ipſum poſtea maioribus natura narrare ſolitum inuitatum quidem ſe a Varro ad communionem; mulieris uerum pertinaciſſime recuſaſſe. cætera ſane uita & ore & animo tam probũ fuiſſe conſtat ut Neapoli Parthenias appellaretur uulgo. Ac ſi quando Romæ quo rariſſime commeabat uiſeret an publico ſectãtes demonſtranteſque ſubterfugeret in pximũ tectũ. Bona autem cuiuſdã

exultãtis offerente Augusto non sustinuit accipere. Possedit prope centies sextertiũ ex liberalitatibus amicorum: habuitq; domum romæ æsquiliis iuxta hortos Mecœnatis quanquam secessu campaniæ sicliæq; plurimum uteretur. Quæcunq; ab Augusto peteret repulsam nunquam habuit. Parentibus quot annis ad aurum ad abundantem alitum mittebat: quos iam grandis amisit: ex quibus patrem oculis captum & duos fratres germanos Silonem impuberem. Flaccum iam adultum: cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cætera studia ut supra diximus medicinæ quoq; ac maximæ mathematice operam dedit. Aegit & causam unam omnino nec amplius quam semel. Sermone tradissimum ac pene indocto similem fuisse Melissius tradidit.

Poeticam puer adhuc auspicatus in balistam ludi magistrum ob insaniam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit. Monte sub hoc lapidum tegitur balista sepultus: Nocte dieq; tutum carpe uiator iter. deinde Catalecton & Moretum & Priapeiam: & Epigrammata & Diras & Culicem cũ esset annorum. xxy. cuius materia talis est. Pastor fatigatus æstu cum sub arbore obdormisset: & serpens ad illum proreperet: e palude Culex prouolauit atq; inter duo tempora Aculeum fixit pastori. At ille continuo Culicem contriuit & uisam serpentem interemit: ac sepulcrum Culici statuit: & distichon fecit.

Parue Culex pecudum custos tibi tale merenti. Funeris officium uite pro munere reddit. Scripsit etiã de qua ambigitur æthnam: & mox cum rex Romanas inchoasset offensus materia & nominum asperitate ad Bucolica transit: maxime ut Asinium Pollionem Alphenum Varrum & Cornelium gallum celebraret. quia in distributione agrorum qui post philippensem uictoriam ueteranis trium uirorum iussu trans padum diuidebantur: indemnem se præstitissent: deinde georgica in honorem Mecœnatis edidit. Cum sibi uix dum noto opem tulissent aduersus Claudii ueterani milites: uel ut alii putant Arii centurionis uiolentiam a quo in altercatione litis ægrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouissime autẽ æneidem aggressus est. Argumentum uarium & multiplex & quasi amborum Homeri carminum instar. Præterea nominibus ac rebus græcis latinisq; commune: & in quo quod maxime studebat Romanæ simul urbis & Augusti origo contineretur. Cum georgica scriberet. traditur quotidie mediatos mane plurimos uersus dictare solitum: ac per totum diem retractando ad pauciſſimos redigere nõ absurde carmen se Vrsæ more parere dicens. & labendo demum effingere. Aeneida prosaica prius oratione formatam digestamq; in duodecim libros particulatim compũere instituit ut quidam tradunt. Alii eius sententiæ sunt ut existiment cum si diutius uixisset quattuor &. xx. libros usq; Augusti tempora scripturæ atq; alia quidem percursurum. Augusti uero gesta diligentissime rxecuturum: quippe qui dũ scriberet: ne quid impetum moraretur quædam imperfecta reliquit. Alia leuissimis uersibus scripsit quos per iocum pro tigillis uel tibicinibus interponi a se dicebat ad sustinendum opus: donec solidæ colomne adueniret. Bucolica triennio Asinii pollionis suasu perfecit. Hic transpadum prouinciam regebat cuius fauore cum ueteranis Augusti militibus Cremonensium & Mantuanorum agri distributẽtur: suos Virgilius non amisit. Facta n. distributione suos Claudio seu Arrio datos recuperauit. Hũc Pollionẽ maxime amauit Maro. & ab eo magna munera tulit. Quippe qui imitatus ad coenam captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri eum dono accepit. Huius pollionis filium. Caium asinium Cornelium gallum oratorem clarum & poetam non mediocrem miro amore dilexit Vergilius. Is transtulit Euphoriorem in latinum & libris quattuor amores suos de Cytheride scripsit. Hic primo in amicicia Cæsaris Augusti fuit. postea in suspitionem coniurationis contra illum ductus occisus est. Verũ usq; adeo hunc Gallium Vergilius amarat ut quartui georgicorum a medio usq; ad finem eius laudẽ contineret: quem postea iubente Augusto in Aristæi fabulam commutauit. Georgica septennio Neapoli. Aeneida partim in Sicilia partim in campania. xi. annis confecit. Bucolica eo successu edidit ut in scena quoq; per cantores crebra pronunciatione recitarentur. At cum Cicero quosdã uersus audisset & statim acri iudicio intellexisset non communi uenam editos iussit ab initio totam æglogam recitari quam cum accuratæ pernotasset i fine ait. Magne spes altera Romæ quasi ipse linguæ atine spes prima fuisset & Maro futurus esset secunda. quæ uerba postea æneidi ipse inseruit. georgica reuersa ab actiaca Augusto atq; reficiendarum uirium causa Attelle commoranti per continuum quatriduum legit suscipiente Meceonate legendi uicem quotiens interpellaretur ipse uocis offensione. pronunciauit autem maxima suauitate & lenociniis miris. Sæneca tradidit Iulium montanum solitum dicere inuolaturum se quædã Ver. s. & os & uocem posset & hypocrisim. Eosdem enim uersus eo pronunciante bene sonare. sine illo inarescere quasi mutos. Aeneidos uix dum coeptæ tanta extitit fama ut Sextus Põpeius non dubitarit sic prædicare. Credite Romani scriptores cedite grai. Nescio quid maius nascitur iliade. Augustus uero cum iam forte expeditione cantabria abesset. & supplicibus atq; minacibus litteris efflagitaret ut sibi de æneide ut ipsius uerba sunt uel prima carminis hypographa uel quodlibet conlon mitteret negauit se facturum Vergilius. Cui tamẽ multo post perfecta demum materia tris oĩno libros recitauit secũ dũ uidelicet quartũ & sextũ. Sed hũc præcipue ob octauiã quæ cũ recitatiõi itteresset ad illos de filio suo

uersus. Tu Marcellus eris. defeciſſe fertur. atque egre refocillata dena ſextertia pro ſingulo uerſu Vergilio dari iuſſit. Recitauit & pluribus. ſed neque frequenter & ferme illa de quibus ambigebat quo magis iudicium homi/num experiretur. Erotem librarium & libertum eius exacte iam ſenectutis tradunt referte ſolitum quondam in re citando eum duos dimidiatos uerſus compleſſe ex tempore. Miſenum æolidem adieciſſe quo non præſtantior al ter. Item huic aere ciere uiros ſimili calore iactatum ſubiunxiſſe martemque accendere cantu. Statimque ſibi im/peraſſe. ut utrunque uolumini aſcriberet.

Bucolica Georgicaque emendauit. Anno uero. lii. ut ultimam manum æneidi imponeret ſtatuit in græciam & aſi am ſecedere triennioque continuo omnem operam limitationi dare ut in reliqua uita tantum philoſophie uaca/ret. Sed cum aggreſſus iter athenis occurriſſet Auguſto ab oriente Romam reuertenti una cum Cæſare redire de/ſtinauit. at cum Megara uicinum athenis opidum uiſēdi gratia peteret: langorem nactus eſt quem non intermiſſa nauigatio auxit. Ita ut grauior in dies tandem Brundiſium aduentarit ubi diebus paucis obiit. x. calen. octobris. CN. Plantio. Qu. Lucretio conſulibus qui cum grauari morbo ſeſe ſentiret ſcrinia ſæpe & ma na inſtantia petiuit crematurus æneida. quibus negatis teſtamento comburi iuſſit ut rē inemendatam imperfectamq;. Verum Tuca & uarrus monuerunt id auguſtum non permiſſurum. Tunc eidem uarro ac ſimul Tuccæ ſcripta ſub ea conditio/ne legauit ne quid ederent quod a ſe editum non eſſet & uerſus ēt imperfectos ſi qui erant relinquerent. uoluit etiā eius oſſa Neapolim tranſferri ubi diu & ſuauiſſime uixerat: ac extrema ualitudine hoc ipſe ſibi epitaphium fecit: diſtichon. Tranſlata igitur iuſſu auguſti eius oſſa perut ſtatuerat Neapolim fuere: ſepultaq; uia puteolana intra la pidem ſecūdum: ſuoq; ſepulchro id diſtichon quod fecerat inſcriptum ē Mantua me genu t calabri rapuere: tenet nunc Parthenope cecini paſcua rura duces.

Hæredes fecit ex dimidia parte Valerium proculum fratrem ex alio patre: ex quarta Auguſtum: ex. xii. Mecæna ex reliqua. L. Varrum & Plocium Tuccam: qui eius æneidem poſt obitum prout petiuerat iuſſu Cæſaris emen/darunt. Nam nullius omnino ſententia crematu æneis digna uiſa fuit de que re Sulpitii carthaginenſis extant hu/iuſcemodi uerſus. Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis Vergilius: phrygum quæ cecinere ducem Tucca uetat: Varruſq; ſimul: tu maxime Cæſar non ſinis: & latiæ conſulis hiſtoriæ: Infoelix gemino cecidit prope per/gamos igni. & pene eſt alio Troia cremata rogo. Extant & Auguſti de ipſa eadem re uerſus plures & clariſſimi quorum initium ita eſt. Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas: ergo ibit ī ignis Magnaque docti loqui morietur muſa Maronis: Et paulopoſt: Sed legū ſeruanda fides: ſuprema uoluntas Quod mandat fieriq; iubet: parere neceſſe eſt: Frangatur potius legum uenerāda poteſtas. Quam tot congeſtos nocteſq; dieſq; labores Hauſerit una dies: Et quæ ſequuntur. Nihil igitur auctore Auguſto uarrus edidit quod & Maro præceperat: ſed ſummatim emendauit ut qui uerſus etiam imperfectos ſi qui erant reliquit. Hos multi mox ſup/lere conati non perinde ualuerunt ob difficultatem: quod omnia fere apud eum hemiſtichia præter illud Quem ti bi iā troia peperit ſenſū uidēt hīc pfectū. Niſius grāmaticus audiſſe ſe a ſenioribus dicebat uarrū duorū librorū ordinā cōmutaſſe. & qui tum ſecundus erat in tertium locum tranſtuliſſe. etiam primi libri correxiſſe principium his demptis uerſibus: ille ego qui quōdam gracili modulatus auena. Carmen & egreſſus ſiluis uicina coegi: Vt qua muſ auido parerent arua colono. Gratum opus ægricolis at nunc horrentia martis. Arma uirumq; cano. Nec Virgilius qui columen linguæ latine fuit caruit obtrectatoribus. In bucolicis enim duas æglogas: ſed inſulſiſſi/me Paro quidam deridet & ſic deridendo incipit.

Tityre ſi toga calda tibi eſt quo tegmine fagi. Sequentis. Dic mihi Damoeta cuium pecus: an ne latinum. Non uerum aegonis noſtri ſic rure loquuntur: alius recitante eo ex georgicis. Nudus ara ſere nudus ſubiecit habebis fri gora febrem. Eſt & aduerſus æneida liber Carbilii pictoris titulo ænei domaſtix. M. uipranius eum a Mecœnate ſuppoſitum appellabat noue cacozelliæ repertorem neq; tumidum neq; exulem ſed communibus uerbis opus il lud confeciſſe. Herennius uitia eius tantum contraxit. Perilius Fauſtinus furta. Sunt & Quinti Octaui auiti uo/lumina. quibus annotantur quos & unde uerſus tranſtulerit. aſconius pedianus libro quem contra, obtrectatores uergilii ſcripſit pauca admodum ei obiecta proponit & potiſſimum quod non recte hyſtoriam contexuit. & quod pleraq; ab Homero ſumpſit. ſed hoc crimen ſic defendere aſſuetum ait. Cur non illi quoq; eadem furta tentarent. Verum intellecturos facilius eſſe Herculi clauam qua Homero uerſum ſurripere: & tamen deſtinaſſe, ſecedere ut omnia ad ſatietatem maliuolorum decideret. Refert etiam Pedianus benignum cultoremq; omniū bonorum. atq; eruditorum fuiſſe. & uſq; adeo inuidia expertem fuiſſe. ut ſi quid erudite dictum inſpiceret alterius. non minus gauderet. ac ſi ſuum fuiſſet. neminem uituperare. laudare bonos ea humanitate eſſe. ut niſi per uerſus maxime quiſ q; illum non diligeret modo ſed amaret. Nil proprii habere uidebatur. Eius bibliotheca nō minus aliis doctis pa tebat ac ſibi. Illudq; Euripidis antiquum uſurpabat Communia amicorum eſſe omnia. Quare coæuos omnes poetas ita adiunctos habuit. ut cum inter ſe plurimum inuidia arderent illum una omnes colerent Varrus Tucca Horatius Gallus Propertius. Anſer uero quoniam Antonii partes ſecutuseſt. illum non obſeruaſſe dicitur. Cornificius ob peruerſam naturam illum non tulit Glorie uero adeo contemptor fuit. ut cum quidam uerſus quoſdam ſibi adſcriberent. eaq; re docti haberentur non modo ægre non ferebat immo uoluptuo ſum id erat. cum enim diſtic hon quod laudem fœlicitatemq; auguſti continebat feciſſet ualuiſq; nō nominato au ctore infixiſſet iderat huiuſmodi.

Nocte pluit tota redeunt ſpectacula manc.
Diuiſum imperium cum ioue cæſar habee. Diu quæritans auguſtus cuiuſnam hi uerſus eſſent. eorum au/

ctorem non inueniebat. Bactillus uero poeta quidam mediocris tacentibus aliis sibi adscripsit. Quā obrem donatus honoratusque a Cæsare fuit: quod æquo animo non ferēs. Vergilius iisdē ualuis affixit quater hoc principiū sic uos non uobis. Postulabat Augustus ut hi uersus complerentur: quod cum frustra aliqui conati essent. Vergilius præposito disticho sic subiunxit. Hos ego uersiculos feci tulitalter honores. Sic uos non uobis nidificatis aues Sic uos non uobis uellera fertis oues. Sic uos non uobis mellificatis apes Sic uos non uobis fertis aratra boues Quo cognito aliquandiu Batylus romæ fabula fuit. Maro uero exaltatior. Cū is aliquando Ennium in manu haberet: rogareturque quid faceret. Respondit se aurū colligere de stercore Ennii. Habet enim poeta ille ægregias sententias sub uerbis non multum ornatas. nterroganti Augusto quo pacto ciuitas foeliciter gubernaretur. Si prudentiores inquit temonem tenuerint: & boni malis præponantur. Itaq; optimi suos habeant honores: nulli tamen aliorum iniusti quicquam fiat. at Mecoenas quid inquit Vergilii satietatem homini non affert. Omnium rerum respondit: aut similitudo aut multitudo stomachon facit præter intelligere. Itē interrogauit quo pacto quis altam foelicemq; eius fortunam seruare potest. Cui Maro: Si quantum honore ac diuitiis præstantior sit tanto liberalitate & iustitia alios superare nitatur. Solitus erat dicere nullam uirtutem cōmodiorem homini esse patientia ac nullam asperam adeo esse fortunā quā prudenter patiendo uir fortis non uincat. Quam sententiā in quinto æneidos inseruit. Nate dea quo fata trahunt retrahuntq; sequamur. Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est. Cum quidam eius amicus Cornificii in eum maledicta: & inimicitia. sibi ennararet. Quam putas iquit esse huiuscerei maliuolentiæ causam. Nam neq; unquam Cornificium offendi & eum amo: an īquit Hesiodi sententiæ non meministi ubi ait. Architectum architecto inuidere & poetam poetæ. De malis inquit græcus ille intellexit. Nam boni eruditiores amant. Sed magna cum mea laude & gloria uindictam in manu habeo Maiore. n. cura uirtuti intendam atq; quo elegantior ego fiam. eo magis inuidia rumpetur. Erat Augusto familiaris Filistus quidam orator & poesim mediocriter doctus cui multiplex uariumq; ingenium erat qui omnium omnia dicta reprehendere conabatur: non ut uerum dignosceret: quod Socrates facere consueuit: sed ut eruditior uideretur. Hic Vergilium ubicunq; conuenire dabatur maledictis salibusq; uexabat. Quare ille sæpe aut tacibundus discedebat aut suffusus pudore tacebat. Verum cum Augusto audiente elinguem illum diceret: & causam etiam suam si linguam haberet defendere nequiret. Tace inquit rabula. Nam hæc mea taciturnitas defensor causarum mearum Augustum fecit & Necoenatam & ea tuba cum uolo loquor: quæ ubiq; & diutissime audietur. Tu loquacitate non modo aures hominum sed muros rumpis. Augustus uero Filistum graui uultu increpauit. Tunc Maro si tempus Cæsar inquit tacendi hic sciret raro loqueretur. Tacendum enim semper est. nisi cum taciturnitas tibi noceat aut oratio aliis prosit. Nam qui contendit & contentionis finis utilis sit non nouit stultis illum annumerandum sapientes putant. Posteaquam Augustus summa rerum omnium potius est uenit in mentem an conduceret tyrannidem committere & omnem potestatem anuis consulibus & senatu iremp. reddere. in qua re diuersæ sententiæ consultos habuit Moecenatem & Agrippam. Agrippa enim utile sibi fore etiam si honestum nō esset relinquere tyrannidem longa oratione contendit quod Moecenas dehortari magnopere conabatur: quare Augusti animus & hinc ferebatur & illinc. Erant enim diuersæ sententiæ uariis rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini se in sua repu. tyrannum facere. Tum ille omnibus ferme inquit rempu. occupantibus molesta ipsa tyrannis fuit & ciuibus: qui necesse erat propter odia subditorum aut eorum iniustitiā magna suspitione magnoq; timore uiuere. Sed si cines iustum aliquem scirent quem amarent plurimū ciuitati id utile foret si in eo uno omnis potestas esset. Quare si iusticiam quod modo facis omnibus in futurum nulla hominū facta compositione distribues dominari te & tibi conducet & orbi. Beniuolentiam enim omnium habes ut deū te & adorent et credant. Eius sententiā secutus Cæsar principatum tenuit. Audiuit a Silone præcepta Epicuri. cuius doctrinæ socium habuit Varrum quāuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime uideatur. ipse tamen fuit academicus. Nam Platonis sententias omnibus aliis pretulit. Nunc quoniam de auctore summatim diximus de ipso iam carmine dicendum uiderur. quod bifariam tractari solet. hoc est et ante opus et in ipso opere. Ante opus titulus causam intentio. Titulus in quo quæritur cuius sit et quare hoc potissimū sibi ad scribendum poeta præsumserit. intentio in qua cognoscitur quid efficere conetur poeta. in ipso opere tria spectantur. Numerus. ordo. explanatio. Quamuis igitur multa i. falsa inscriptione sub alieno nomine sunt prolata. ut tyestes tragoedia huius poetæ quam Varrus edidit pro sua et alia huiuscemodi tamē bucolica liquido. Vergilii esse nemine dubitandum est. præsertim cum ipse poeta tanquam hoc metuens principium huius operis in principio æneī. et in alio carmine suum esse testatus sit sic dicens. ille ego qui quondam gracili modulatus auena et reliqua Et carmina qui lusi pastorum audaxq; iuuenta. Titire te patule cecini sub tegmine fagi. Bucolica āt et dici et recte appellari uel hoc solū indiciū suffecerat quod hoc eodē noie apud Theocritū cēseatur. Verum ratio quoq; demonstranda ē. Tria sunt pastorum genera quæ dignitatem in bucolicis habent quorum qui minimi sūt dicuntur a græcis. idem a nobis caprari. Paulo honoratiores qui ideſt opiliones dicuntur honestissimi et maximi quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi q̄m ab eo gradu quī apud pastores excellentissimus inuenitur. Causa dupliciter inspici solet ab origine carminis & a uoluntate scribentis. Originem autem bucolici carminis alii ob aliam causam ferunt. Sunt enim quia lacædemoniis pastoribus Dianæ primum carmen hoc redditum dicant. cum eidē deæ propter bellum quod toti græciæ illo tempore Persæ inferebant exhiberi per uirgines de more sacra non possent. Alii ab oreste circa Siciliā uago id genus carminis. dianæ redditū loquūtur per ipsū atq; pastores quo tēpore de Scythia cū pylade fugerat surrepto nuis simulacro & lato in fasce ligneo ūde fascelidē diana perhibē: nūcupatā apd cuius aras oreste s per sacerdotē eiusdē nu higeniā sororē suā a pricidio fuerat expiatus alii apollini cōio pasto

rali .s.deo qua tempestate Admeti boues pauerat. Alii uero nympharum .s. & satyrorum & id genus numinum pri cipii: quibus placet rusticum carmen. Alii mercurio Daphnidis patri pastorum omnium principi: & apud Theo critum & apud hunc ipsum poetam Alii in honorem Panos scribi putant peculiariter pastorals dei . Item Seleni Siluani atq; Faunorum. Quæ cum omnia dicantur illud erit probatissimum bucolicum carmen o. iginē ducere a priscis temporibus quibus uita pastoralis exercita erat. Et ideo ueluti auræi speciem in huiusmodi personarū sim plicitate cognosci & merito. Vergilium processurum ad alia carmina non aliunde cœpisse nisi ab ea uita que pri ma in terris fuit. Nam postea rura culta & ad postremum pro cultis & feracibus terris bella susceptа: quod uide / tur Vergilius in ipso ordine operum suorum uoluisse monstrare cum pastores primo deinde agricolas & ad ulti mum bellatores. Restat ut quæ causa uoluntatem attulerit poetæ bucolica potissimum scribendi consideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti & admiratione eius illectus est aut ordinem temporum est secutus erga uitam humanam ut supra diximus. Aut tris modos elocutionum quos græci uocant qui tenuis qui ualidus qui moderatus intelligitur. credibile erat Vergil um qui in omni genere preua luerit bucolica primum georgica secundum æneida tertium uoluisse conscribere. Aut ideo potius primo bucolica scripsit ut in eiusmodi carmine. quod et paulo liberius et magis ualidum quam cætera est facultatem habere cap tandæ Cæsaris indulgentiæ repetendiq; agri quem amiserat Ob hanc causam die tertio iduum martiarū. C. Ce saræ interfecto cum augustum Cæsarem pene puerum ueterani milites non abnuente senatu sibi ducem constituis sent. Exorto ciuili bello cremonenses cum cæteris eiusdem studii aduersarios augusti Cæsaris adiuuerunt. Vn de factum est ut cum uictor augustus in eorum agros ueteranos deduci iussisset non sufficiente agro cremonēsium Mantuani quoq; in quibus erat Vergilius maximam partem suorum finium perdiderunt eo q; uicini cremonensi bus fuerant. Sed Vergilius augusti familiaritate suoq; carmine fretus centurioni ario obsistere ausus est. ille statī ut miles ad gladium manum admouit. Cumq; se in fugam proripuisset poeta non prius persequendi finis fuit quam se in fluuiū Ver. coniecisset sed postea a Macœnate et pollione in ipso augusto fauentibus agros suos recepit intentio libri: quam græci uocant: imitatione Theocriti poetæ cōstituitur: qui syculus & syracusanus fu it. Est intentio etiam in laudem Cæsaris: & principum ceterorum: per quos in sedes suas reddit. Vnde & delecta/ tionem & utilitatem finis contineret secundū præcepta cuncta confecit. Q uæri solet cur non plures q̄ decē æglo gas conscripserit: quod nequaquam mirandum uidebitur ei qui cōsideraverit ætatem sænarum pastoralium quæ ultra hunc numerum non potest proferri. præsertim cum ipse poeta circūspector Theocrito ut ipsa res indicat: ui deatur metuere ne illa ægloga: que pollioni inscribitur. minus rustica uideatur: cū ipsam sic præstruat ipse dicēs. Sicelides musæ paulo maiora canamus: & item similiter in aliis duabus facit: Illud tenēdum esse prædicimus in bucolicis Vergilii. neq; nus neq; ubiq; aliqd figurate dici. hoc é pallegoriam. Vix enim pp laudē Gæsaris & a missos agros hæc Vergilio cōcedent: cū Theocritus quē hic nr̄ toto studio imitari conat̄ simpliciter oīno cōscri pserit. Quod ât ī ipso carmine tractari solet: é nūerus. ordo. explanatio. Numerus æglogarū māifestus ē. nam. x. sunt ex quibus proprie bucolicæ septē eē credūtur. Nā tres ultime ,pprie bucolicæ dici non debent. Pollio. s. Sile nus & gallus. Prima igitur continet quæstionem publicam. & priuatam gratulationem de agro. & dicitur Tityrus. Secunda amorem pueri. & dicitur Alexis. Tertia certamen pastorum. & dicitur Palæmon. Quarta genethli acum. & dicitur Pollio. Quinta epytaphium. et dicitur Daphnis. Sexta methamorphosim. & dicitur Varrus. & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuersorum sexuum. & dicitur Damon. Nona continet poetæ conquestionem de amisso agro. & dicitur Mæris. Decima desiderium galli. & dicitur gallus. Quod ad ordinē spe ctat illud scire debemus. in prima tamen & in ultima ægloga poætam uoluisse ordinem seruare quoniam in alte ra principium constituit. ut in georg. ait. Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. In altera ostendit finem quip pe qui dicat extremum hunc arethusa mihi concede laborem. Verum inter ipsas æglogas pastoralem cōscriptūq; ordinem nullum esse certissimum est. Sed sunt qui dicunt initium bucolica carminis nō Tityre esse. sed prima sy racusio dignata est. l. u. supereſt explanatio. ad quam antequam uēiamus illud dixerim tenue esse bucolicum car men. & usq; adeo ab heroico charactere distare. ut uersus quoq; huius carminis suas quasdam cæsuras habeant. & suis legibus distinguantur. Nam cum tribus probetur metrum. cæsura. scansione. modificatione. non erit buco licus uersus. nisi in quo et pes primus partem orationis absoluerit. et tertius trocheus fuerit. etiam cæsura. et quar tus pes dactylus magis quam spondeus partem orationis terminauerit. Quintus et sextus pes ex integris dictio/ nis fuerit. quod Vergilius a Theocrito sæpe seruatum uictus operis difficultate neglexit. in solo principio incer tum industria an casu has cæsuras seruauerit Nam Tityre dactilus partem orationis absoluit. tupatu. lærecu. ter tium trocheum. quamuis decomposita dictione concluſit. bans sub. quartum spondeum pro dactylo cum subiū xit tegmine fagi. Terminatis partibus oration s integrum comma perfecit. Cuius rei diligentiam licet in Theo/ criti ferme omnibus uersibus admirari. Qui uero supradicta acri iudicio diligenterq; consideravit. facile intelli get quæ in georg. intentio quiq; finis fuerit. nec minus etiam in æneide.

Poematis stili genera tria sunt. aut enim actiuum uel imitatiuum quod græci appellant. in quo persone loquentes introducuntur sine poetæ interlocutione. ut sunt tragœdiæ & commœdiæ. enim gre/ cæ agere dicitur. quo genere scripta est prima Tityre. et quo te meri pe. Aut enarratiuum quod græci appellant. in quo poeta ipse loquitur sine interpositione persone. ut tres primi georgicon libri. Item Lucre/ tii carmina. aut commune uel mixtum. quod græci appellant. ubi et poeta ipse loquitur et ītroducte per sonæ. ut Vergilii æneis.

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCLLICA MARONIS COMMENTARIORVM LIBER

VCOLICA ut ferunt inde dicta sunt custodia boum.i. Præcipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam alii dicunt eo tempore quo. xerxes persarum rex inuasit græciam cum omnes intra muros latere̅t: nec possent more solito Dianæ sacra persolui: peruenisse ad montes rusticos. & in eius honorem hymnos dixisse unde natum carmen bucolicum ætas posterior elimauit. alii dicunt orestem cum dianæ fascelidis simulacrū raptū ex scythia adueheret ad siciliam eē tēpestate delatum completo anno dianæ festū celebrasse hymnis collectis nautis suis: & aliquibus pastoribus conuocatis & exinde permansisse apud rusticos cōsuetudinē. Alii non dianæ sed appolini Nomio consecratum carmē hoc uolunt quo tēpore Admeti regis pauit armenta. Alii rusticis numinibus a pastoribus dicatū hoc asserūt carmē ut Pani Faunis. ac satyris & hic ē huius carminis titulus. Qualitas ăt hæc est. s. humilis character. Tres enim sunt characteres humilis medius. grandiloquus: quos oēs in hoc in uenimus poeta. Nam in æneide grādiloquū habet in georgi. mediū in bucolicis humilē pro qualitate negociorū: & personarū. Nā personæ hic rustice sunt simplicitate gaudētes scilicet a quibus nil altum debet requiri. Adhibentur autē hæc ad carmen bucolicum. Debet quarto pede terminare partem orationis qui pes si sit dactylus meliorem efficit uersum: ut nos patriæ fines & dulcia. Primus etiā pes secundum Donatum dactylus esse debet & terminare partem orationis. ut Tytire quā legē theocritus uehementer obseruat. Vergilius non adeo Ille enim in paucis uersibus ab ista ratione deuiauit. hic eam in paucis secutus est Terrentianus cum de hoc metro doceret Plurimus hoc pollet sicule telluris allumnus. Noster sarus eo pastor Maro. intentio poetæ hec est ut imitemur Theocritum syracusanum meliorem Moscho & ceteris qui bucolica scripserunt. Vnde est Prima siracusio dignata est ludere uersu nostra. neq; & aliquibus locis per allegoria ait gratias augusto uel aliis nobilibus quorū fauore amissum agrum recepit in qua re tantum dissentit a Theocrito. Ille. n. ubiq; simplex est. hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras: quas perite plerumq; ēt ex Theocriti uersibus facit. quos ab illo dictos constat simpliciter hoc autem fit poetica urbaniate. sic iuuena. Actoris aurunci spolium. nam Vergilii de hasta dictum figurate ad speculum transtulit. Etcā scribendorum bucoliorū hæc est. Cū post occisum. iii. idus martias in senatu Cæsarem augustus eius filius contra persecutores patris & antonium ciuilia bella mouisset: uictoria potius Cremonensium agros qui contra eum senserant militibus suis dedit qui cū non sufficerent etiam manuanorum iussit distribui non propter culpā sed propter uicinitatem unde ē mantua uæ miserе nimium uicina cremonæ. Perdito ergo agro Vergilius romam uenit & potentium fauore meruit ut agrum suum solus reciperet. Ad quem recipiendum profectus: ab ario centurione qui eum tenebat pene est iteremptus: nisi se præcipitasset inmittium: unde est. Ipse aries etiam nunc uellera siccat. Postea ab augusto missis trium uiris & ipsi integer agēr redditus ē & mantuanis pro parte. Hinc ē quod in prima ægloga legimus recepisse agrum: postea eum querelantem inuenimus: ut audieras & fama fuit: sed carmina tātum nostra ualent licida tela inter martia quantum Chaonias dicunt aquilia ueniente columbas Nec numerus hic dubius est. nec ordo librorum. Quippe cum unus sit liber. De æglogis tantum multi dubitant. Quæ licet: x. sint incertum tamen est quo ordine scriptæ sint. Plerique duas certas uolunt ipsius testimonio ultimā ut extremum hunc & primam. ut in georg Tityre te patule cecini sub tegmine fagi. Alii primam illam uolunt. Prima syracusio dignata est ludere uersu. sed ē sciendam. vii æglogas esse meras rusticas quas Theocritus. x. habet. Hic in tribus abuco l co carmine. sed cum excusatione discessit. ut in genethlico Salonini & in Sileni Theologia nel ut ex insertis altioribus rebus posset placere. uel quia tot uarietates implere nō poterat. Poetæ uitam in æneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabitur. Sane sciendum Vergil. xxviii. annorum scripsisse bucolica. Vnde etiam ipse infine geor. Audax inuenta. Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi: & dicit Donatus quod ēt in poeta memoranimus uita in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Vergiliū. Primo enim pastoralis fuit in montibus uita. Post agricultare amor. Inde bellorum cura successit. Notandum quoq; bucolica uel georgica cum apnd græcos in fine habeant accentum apud nos in tetia a fine habere. Nam ut in ultima sit latinitas uetat ut in penultima non sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta ut meliboeus .i. qui curam gerit boum quod Tityrus dicitur aries maior. Nam laconum lingua Tityrus dicitur aries maiori qui gregē anteire cōuertit sicut etiam in comediis inuenimus Nam pamphilus ē totus amans Glicerium quasi dulcis mulier philomela amabilis. Personæ sicut supra dixi rusticæ sunt & simplicitate gaudentes. Vnde in his nihil urbanum nihil declamatoriū iuuenitue. sed ex re rustica sunt omnia negocia comparationes & siqua sunt alia. Hinc ē quod annos fructibus computat ut post aliquot mea regna uidens mirabor aristas hinc etiam illæ comparationes sunt. Nā neq; me tantum ueniētis fibilus austri nec percussa iuuant fluctu tam littora nec quæ saxosas inter decurrunt flumina ualles.

ITYRE tu patulæ: PASTOR inducitur securus: & dare operã cãtilenæ sub arbore recubãs. Alter qui cum gregibus ex suis pellatur finibus Tityrũ aspitiẽs sic alloquitur: Tityrũ autẽ ꝑ Vergilio accipiamus nõ ubiq; sed ubi ratio exigit. Dixit autẽ sub fago allegorice. i. sub arbore glandifera quæ fuit uictus causa. Antea. n. homines glandibus uescebantur. Hinc fagus ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. i. comedere. Ergo sub fago iaces idest tuas retentas possessiões: quibus aleris ut olim fago alebantur. Patulæ: proprie quod semp patet dicimus patulum: ut nares arbor. Patens quod aperitur & clauditur ut hostiũ & oculi. Musam. i. rusticum carmen. Tenui idest culmo auena stipula. Vnde rustici cantare consueuerũt: sic alibi: Stridẽti miserũ stipula disperdere carmẽ. Tenui: Humilẽ stilũ indicat quo hic utitur Meditaris per antistichon ab eo est quod græci μελετῶ. dicũt. l. enim &. d. inuicem cedũt: ut sella pro seda.

SERVIVS

Patulus Patens

Tityrus

Pu. Vergilii Maronis Mantuani Vatis Opera cũ cõmẽtariis Seruii Maurí Honorati Grámatici: Aelii Dõnati: Christophorí Landini: Antonii Mancinelli: & Domitii Chalderini.

Argumẽtũ ægloge primę q̃ Tityrus dicit.

A patria fugiẽs Melibœus forte sub umbra
Tityron inuenit cantantẽ carmina amicæ:
Quapropter miratus ei sua dãna recenset.
Auctoremq; sui declarat Tityrus oci.

ME.

Ityre tu patulæ recubãs
sub tegmine fagi:
Syluestrẽ tenui musam
meditaris auena.
Nos patriæ fines: & dulcia linquimus arua:

CHRISTOPHORVS Landinus Tityre. Tytirus libice hircũ significat: Melibœus est græce curabouũ: Sũt aũt noia de Theocrito sũpta: ꝑ Tityrũ se: ꝑ Melibœũ reliquos mantuanos allegorice intelligit Et si orationis quinq; sint partes: ultimæ tamẽ duæ memoria & pronunciatio solius dicẽtis sũt primæ autem tres etiã ad scribentẽ pertinẽt. hæ sunt inuentio: dispositio: & elocutio. Verũ elocutio ea est quæ characterem siue figurã orationis: quæ triplex ẽ cõficit. Elocutio autẽ habet elegantiã cõpositionẽ & dignitatẽ. Elegantia singula uerba eligit. Compositio illa iam electa construit atque componit. Itaq; qualẽ figuram exprimere uolumus: talia uerba taliſq; compositio est adhibenda. Figura autẽ generi rerũ quas scribimus accõmodãda est. Ergo cum hic res pastoralis ageretur: humilis oratio atq; depressa fuit eligenda: ac humilis infimaq; figura. Qua ꝓpter cũ elegisset Tityre recubãs sub tegmine patulæ fagi. q̃ uerba nihil elatum habent: nihilq; grande resonant. tamen ita illa construxit atq; cõposuit: ut illud infimũ elocutionis genus nõ excederet. Itaq; si attente audias Tityre tu patulæ recubãs sub tegmine fagi. Intelliges omnia suppressa atq; demissa. Nã iudiciũ hoc totũ aurium mõ illæ eruditæ sint esse deprehendes. Tityre: Amice ac familiariter incepit a nomine proprio. quod in nomine æquali aut inferiori beniuolentiam conciliat. Sin autem superior sit persona a nomine dignitatis suæ appellari postulat. Tu. q. d. solus ex omnibus nobis. Recubans. Quod proprium ociosi securiq; est. Nam cui aut negocium aut periculũ imminet: is minime recubare audet. Tegmine. i. in tegumento a tegendo: ut agmẽ ab agendo. Fagi Glans triangula cute includitur. hæc muribus gratissima est & turdis. glires quoq; saginat suem hilarem facit. carnem coctibilem & leuẽ & utilem stomacho. Et quãuis ex abietis quoq; & picis & tiliæ cortice uasa fiant ut ex cortice fagi: tamen in quodam usu sacrorum religiosus est fagi cortex. ait Plinius. Tenui: distat a subtili. Tenue. n. diminutionem rei ut plurimum notat. unde est tenuis ubi argilla. & tenue argẽtum uenæq; secundæ. hinc attenuo & extenuo nec habet laudẽ nisi illa dimminutio sic ex usu. ut si dicamus tẽuia uellera. Subtile uero acuitatem habet. Ergo laudatur subtile ingenium: tenue uituperatur. Auena Pro omni culmo ex quo rustici fistulam faciunt. Nos patriæ fines. Contentio est color rhetoricus. Est enim contentio cum contraria contrariis opponuntur: Item expolitio quia eadem de re sæpius dicit: sic in hoc loco. Nos anxii exulamus: tu ociosus manes. Præterea est repetitio. Nã nos in principio clausulæ repetit. Itẽ ẽ interpretatio q̃ sæpe affert magnũ augumentũ rei. Nã iterpretat fines patriæ eẽ dulcia arua: q̃ res mouet cõmiserationẽ.

Oratõis partes

Memoria Pronũciatio Dispositio Eloquio

Tityrus

Fagus

Tenue

Subtile

Auena

ANTONIVS MANCINELLVS Tityre. Tityrus mercenarii pastoris nomen a Theocrito sumptum. is enĩ ægloga tertia inquit. Tityre lasciuas uirgultis pasce capellas. & in ultima. Tityrus ast illic miseros cantabat amores Daphnidis. hircus autem libyca lingua Tityrus appellatur: ut Probus asserit: & Melibœus cura bouum diligens. Scribit idem ꝙ Maro per allegoriam facit se esse Tityrum: & Melibœum Cornelium Gallum: qui admiratur ꝙ Vergilius solus agros retinuerit. Patulæ apertæ & late patentis. Patulum bouem Plautus appellabat cuius cornua diuerse ac late paterent: ut Festus edocet. Recubans. iacens quiescens. iacens autem semisupinus sedens intelligendũ: qua quidẽ uoce magnã Tityri securitatẽ & requietẽ innuit: Cũ iaceret oĩ spreto ſiore. Sub tegmie: sub umbra. hĩc ait postea: Tu Tityre lẽtus ĩ umbra. Fagi. phagos græce latine uorax dicit. phago ãt comedo. hĩc fagus: uel phagus arbor glãdifera. ꝙ olĩ glãdibus uescerẽt. Nõ tũ ab re hic sub tegmie fagi inqt: nã & ĩ agris Maronis fagus erat: ut patet ægloga nona. Syluestrẽ musã: rustícũ carmen. musa enim cãtus dicit. musizo cãtu cõtendo. Tẽui auena: subtili calamo: aut fistula uel stipula ꝑ qđ gracile dicẽdi genus ostendit Meditaris: meditãdo canis. exponis. exerces. Nos patriæ fines. Nos patriã fugimus: Anaphora est idest relatio. de q̃ legito nostrum carmen de figuris. Dulcia arua Ouidius libro. i. de ponto ait: Nescio qua natale solum dulcedine cunctos, Ducit: & immemores non sinit esse sui.

Patulus

Phagos

Musizo

SER. Fugimus: plus est q̃ relinquimus. sic Oratius: teucer salamina patrẽq; cũ fugeret. Lentus: ociosus: ut q nũc lẽti consedimus aruis. Resonare. d. a. f. Carmen tuũ de amaryllide cõpositũ doces siluis resonare: intelligimus aũt melius simpliciter & nõ allegorice: ut aiunt quidã: q dicũt tu carmen de roma condis. plus. n. siu pet Meliboeus si ita ille securus est: ut tãtũ de suis amoribus cantet. Nanq; e. i. m. d. Iteratio exclaudit adulationis colorem. Semp: & dũ uiuit & post mortẽ. Alii. n. imperatores post mortem inter deos referunt: Augustus aũt templa uiuus meruit. Orati. Præsentiq; tibi maturos largimur honores: Iurandasq; tuũm p nomẽ ponimus aras. Sic Lucanus de Nerone. Sed mihi iã numen es.

Imbuere

Imbuet. imbuere ẽ ꝓprie inchoare: & initiare. Cur g̃ eandẽ rẽ sæpe inchoat. Quia sæpe pascua mutant pastores: Vnde totiẽs aras imbuũt quotiens pascua mutãt. Sed etiã apud maiores imbuere ẽ pfũdere: & malefacere. Ergo absolute possumus dicere sæpe perfundet. Errare: pascit ut Mille meæ siculis errãt in montibus agnæ. Ludere: scribere: ut Carmina q lusi pastorũ. Calamo. a. rustico stilo: ut supra tenui musa. Nõ inuideo. Ne frequens interrogatio fortasse ex inuidia potius q̃ ex admiratõe esse uideat. Turbatur: Turbamur sine discrictione culpæ uel meriti: & inuidiose tẽpora Augusti latenter carpit. Turbatur aũt ẽ impersonale: quod ad oẽs ptinet. Ná mãtuanorum fuerat cõis expulsio. Si turbamur legas ad paucos uidet ptinere. Protinus: porro tenuis. i. lõge a finibus. hinc paulo post At nos hinc alii sitiẽtes ibimus afros. Aeger: & corpore & animo.

Nos patriã fugim9. tu Tityre lẽtus i ũbra
Formosã resõare doces Amaryllida syluas
O melibœe deus nobis hæc ocia fecit. T
Nanq; erit ille mihi semper deus. illius arã
Sæpe tenet nostris ab ouilibus ibuet agn9.
Ille meas errare boues ut cernis: & ipsum
Ludere q̃ uellẽ calão premisit agresti. (M.
Nõ eqdẽ inuideo: miror magis: undiq; totis
Vsq; adeo turbatur agris. en ipse capellas
Protin9 æger ago. hãc etiã uix Tityre duco
Hic iter densas corylos mõ nãq; gemellos

Protinus

AN. M. Nos patrã fugimus: p̃ dolore idẽ sæpius repetit. Lentus: securus & ociosus auctore Nonio. Amaryllida: a tertia Theocriti ægloga sumptũ nomẽ & argumentũ. est enĩ ibi: Canto ego blanditias: sterilesq; amaryllida syluæ Candidulã recinunt. Amarygma aũt splẽdor dicit. Amarysso luceo. Resonare: p echo scilicet Echeo enĩ resono dicit. Echo sonus. Ouidius libro met. tertio. scribit echo nymphã fuisse: restitissecq; ei uocẽ solũ & ossa: ossaq; lapidis figurã traxisse. uocẽ manere. q̃ syluis latet oĩbusq; audit: ná sonus est q uiuit i illa.

Amaryllis

Echo

O

O Melibœe: est hoc loco o admirãdi aduerbium: seu mauis interiectio. utrunq; enĩ dici potest: ut Prisc. li. xv. docuit melius tamẽ iteriectio dicet: ea. n. sola animi affectus exprimit. ut Donatus etiã scribit. Admirabat autẽ Tityrus q̃ ille dixerat: Nos patriã fugimus: tu tityre lentus i umbra &c. est ergo cum admiratiõe legẽdũ. Deus augustum itelligit. cui Suetonio teste etiã uiuẽti ꝓuinciæ quoq; pleræq; tẽpla & aras: ludos quoq; quinquẽnales pene oppidati cõstituerunt. de quo & latius ægloga quarta, Hæc ocia fecit: Pollionis enim Vari & Galli gratia Maroni Augustus agrũ reddiderat: ut ostendimus. Ocia quietẽ & securitatẽ. Est ociũ ꝓprie uacatio ab labore: cuius contrariũ ẽ negociũ. Nanq; certe. Semp: & ante & post mortẽ. Imbuet: pfundet: ificiet: madefaciet: maculabit. Ouilibus: ouiũ caulis & septis. Ille meas: Augusti i se bñficia mẽorat. Errare: uagari ac pasci: qua uoce etiã sine pastore tutas eẽ oñdit. Ludere: id significat uersibus scribere: sed nõ fere nisi opusculis: qualia sũt epigrãmata: & hæc opuscula dicunt lusus. Calamo agresti: rustica fistula: rustica enĩ hic tractat. Nõ equidẽ inuideo: suspitionẽ tollit: quo se Tityri ocio nõ dolere: sed potius lætari ostẽdat. Vsq; adeo: intm̃. Turbat: turbatio fit. Protenus: p e scribito. i. a lõge: seu lõge a finibus. Protenus enĩ aduerbiũ locale ẽ. i. porro tenus: protius p i aduerbiũ ẽ tpale. i. statĩ. auctor ẽ Caper. Aeger. p id quoq; pathos. i. passio clades & affectio auget. Hic inter: ordo est: modo namq; hic inter densas corylos connixa ab silice in nuda reliquit gemellos appositio.

Ocium

Ludere

Protenus

CHRI. Nos patriã fugimus. Dixerat linquimus patriã: uerũ quia uoluntariũ posuisset esse exiliũ: addidit fugimus: quod summã etiã mouet cõmiserationẽ. Nam quid potest esse miserius: q̃ incidere in eã calamitatẽ: ut patriã: qua nihil est dulcius ueluti rem pernitiosam fugere cogaris. Lentus in umbra. Nos properamus in fuga: tu ociaris in loco amœno: nos exercemur in labore: tu in iocundo & uoluptuoso cantu. Doces siluas resonare. i. doces siluas ut resonent. i. per reboatum referent: tuum carmen: Sed de reboatu & quid sic & quomodo fiat dicimus paulo post. Resonare autem amaryllida. poeticum est: & per figuram dictum. Nam sonare nõ transit: sic dicimus currere cursum. Amaryllis: Sunt qui dicant esse nomen mulieris: quam Romæ adamauit.

Omelibœe. Et hic sermo familiaris est & amicus o uero non uocantis est: sed pene lætantis: q̃. præter spem amicum nihil tale expectans uiderit. & distinguit o Melibœe: ut sit salutantis: ac deinde adde. Deus hæc ocia fecit. Vel si iungis & continua sit oratio. O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit. Erit o hominis admirantis magnitudinem beneficii in se a deo collati. Hæc ocia. Quasi tam magna ocia. & fatetur quod ille dixerat: Tu tityre lentus in umbra. Ouilibus. ouium stabulis. Sic etiam ab equis equile: a capra caprile: & a porco porcile. Ludere. Ita significat: ut non referatur nisi ad poetas. Non enim dicimus: aut Ciceronem ludere tusculanas quæstiones: aut Liuium ludere historiam romanam. Neque etiam poetas dicimus in omnibus ludere sed in leuioribus iocundioribusque: Sic & Horatius de se. Poscimus si quid uacui sub umbra lusimus tecum: Quapropter neque in georgicis neque in æneide ludere dixit: sed canere: sed hic & in libello quẽ culicẽ appellat. Ait enim. Lusimus octaui gracili modulante thalia: Atque ut araneoli tenuẽ formauimus orsum. Lusimus hæc propter culicis sunt carmina dicta. Omnis ut historiæ per ludũ cõsonet ordo Capellasquæ habẽt. r in ultima syllaba: in dĩnutiuis mutant. r. in duplex. l. ergo a capra capella a cultro cutellus ab umbra umbella.

BIBLIOTECA CLAUSA - Perugia - Fondo Ing. A. Mercati

SER. Spem gregis .s.marẽ & fœminã.In utroq; n.sexu repatio gregis cõstat. Ah.s.i nuda.lõ dolet qa solẽt herbas substernere. Cõnixa.p enixa.Hiatus.n.cã mutauit ,ppositionẽ.ut ẽ secludite ,p excludite. Leua stulta cõtraria.Sensus ẽ pdituros nos qñq; agros res manifesta prædicebat.Sed nos itelligere nequiuimus.

Molli ariſta.mollẽ appellat:quia nõ dura ſed fragilis ẽ. Flaueſcet:ſplẽdebit flauus fiet :matureſcẽte ſegete:hinc ait paulatim.Eſt autem flauus color ex uiridi :& ruffo & albo concretus .lege Gel.libro ſecundo. Roſcida mella :uenit enim mel ex aere:& maxime ſiderum ex ortu.Itaque cum prima aurora folia arborum melle roſida inueniuntur P linius libro nono de quo latius legito libro g.iiii. Thetim.pro mari poſuit .fuit enim thetis achillis mater nerei filia. Tentare.auaritiæ uidelicet cauſa. Oppida .Cæſar libro quinto de bel.gallico ſcribit : ꝓ oppidum Britanni uocant : quum ſyluas impeditas uallo atq; foſſa munierunt :quo incurſionis hoſtium uitandæ cauſa conuenire conſueuerat.unde tamen dicatur lege Feſtum :nam pro caſtello ponitur. Cingere muris. hoſtium metu. Alter erit tum Typhis,Finito anno mundano ſeu uertenti :qui in ſe continet quindecim ſolarium annorum milia:ut phyſici uolunt:omnia reiterabuntur.de quo late Mac.libro ſecundo de ſom.& Tul. in libro.de.n.d.ſcribitur.ꝓ ſecundum mathematicos magnus annus tum efficitur:quum ſolis & lunæ & quinque errantium :ad eandem inter ſe comparationem confectis omnium ſpatiis eſt facta conuerſio .quæ q̃ longa ſit.magna queſtio eſt eſſe uero certam & definitam neceſſe eſt &c. Typhis:is primus inuenit amminicula gubernandi:ut plinius ſcribit :fuitq; in argo naui magiſter.hinc ait ille :Typhis in æmonia puppe magiſter erat. Argo: laſon Aeſonis filius :ac Peliæ theſſalorum Regis nepos:ut in Colchos iret pro aureo uellere rapiendo iuxta pelion nauim ædificauit :magnitudine atque apparatu longe maiori q̃ prius fierent .erat enim antea paruatũ naui cularum uſus :laſon poſtea optimos eorum qui ſecum ire appetebant :elegit numero quattuor & quinquaginta. Naui argo dicta eſt ab argo eius architecto:ut aliſ ſcribunt ab eius uelocitate :quam antiqui argon appellabant:auctor eſt Diodorus libro quinto. Hinc ubi quamuis Saloninus dum hæc poeta ſcriberet mortuus eſſet: attamen uti dixi tanq̃ uicturo in Pollionis gratiam hæc futura dicebat. Cedet mari .nulla enim erit amplius auaritia:

Flauus color

Typhis

Argo

amomũ

CHRI. Amomum:herba odoratiſſima:cuius frutex ſimilis eſt botruo:ramulos habet ſiccos & duros uirgulis aſſimiles. Ex thyrſo botruoſo ſemen redolens:& ſibi conexum florem album uelut uiolæ folia brioniæ ſimilia habet.Brionia uero uitis alba eſt. Triplex autem inuenitur armenicum quod cæteris preſtat auroſi coloris uel fului :odoris boni. Secundum medicum. Tertium ponticum:P linius autem dicit.Amomi uua in uſu eſt indica uite labruſca ut aliquid exiſtimauere frutice uenoſo palmi altitudine.Carpiturque cum radice manipulatim leuiter componitur protinus fragile laudat quam maxime punici mali foliis ſimile :nec rugoſis colore ruffo .Secunda bonitas eſt pallido :herbaceum peius:peſſimum candidum:quod uetuſtate euenit: pretium uuæ in libras ſicli.lxx. Naſcitur Mocene:quæ pars Armeniæ eſt:& in media &. in Ponto. Adulteratur foliis punicis & gumi liquido ut cohereat: conuoluatque ſe in uuæ modum .ſimile illi & nomine & frutice.cardamomum: Heroum :heros quid ſit dicemus in æneidæ. Flaueſcet campus ariſta .q.d.ſua ſponte naſcetur.

Brionia

Ariſta pro ſpica.Cæterum ariſtæ ſunt tenues illæ uirgulæ & aſperæ quæ ſurgunt in ſpica ab ariditate dictæ Inculti pendebunt ſcilicet uuæ. Eadem ſententia quæ & in ſuperioribus ut ubique omnia ſua ſponte naſcantur. Rubens:ut oſtendat quod non ſolum producetur uua:ſed etiam matureſcet. Tethim:hæc uxor eſt Oceani.Thetis uero mater achillis.Aquarum enim effectiua uis oceanum dixerunt priſci:cuius ſymbolum thetis ẽ. Vis aquæ potabilis.achelous.Marinæ neptunus .quæ inquantum gignere poteſt amphitrites dicitur. Typhis magiſter fuit eius nauis qua laſon & reliqui delecti ex Græcia heroes in cholchos ad uellus aureum nauigarunt .Apellata autem eſt argo a uelocitate:ἀρυσσ enim uelox eſt. Vnde Homerus.κυανοπρῳροις ideſt canes ueloces dixit .Hanc autem fuiſſe primam nauem longam: & inuentam a laſone Philoſtephanus auctor ẽ. Quamuis Aegeſias Parthalo: Creſias Samytæ Stephanus Semyramidis Archimacus Aegoni hoc inuentum aſcribat.

Ariſta

Typhis

argo

SER. Cedet mari. Nã si mercimonis cã nauigat: cessabit omnino cũ omnis tellus feret omnia. Mentiri nam tincta ostendit colorem non suũ. Murice: coclea stnde tingitur purpura. Mutabit uellera: per naturam accipiet alios colores: Luteo colore: rubicundo & est hyppallage pro croco luteo. Nam crocum lutei coloris est: unde lutea pellis. Sandix: herba de qua est sandicinus color. Concordes stabili: nam quod una dixerit duæ sequuntur: & fixa sunt statura fatorum. Hora. Quod semel dictum stabilisque rerum terminus seruet. Crocũ Sandix.

Cedet & ipse mari uector nec nautica pinus.
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus: nó uinea falcẽ.
Robustus quoq; iã tauris iuga soluet arator
Nec uarios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice iã croceo mutabit uellera luto.
Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos
Talia sæcla suis dixerunt currite fusis
Concordes stabili fatorum numine parcæ.
Aggredere o magnos aderit iã tẽpus honores

ANT. M. Vector. qui nauim uehitur. Mutabit merces: quod nautæ lucri causa facere solent: cum non ubiq; eadem sint. Mentiri colores: nam cum alba sit accipiendo diuersum colorem mentitur illũ cum non sit natiuus. inficere autem lanas sordibus Lydi primi inuenere. ut scribit Plinius libro septimo. Ipse sed in pratis artes &c. Quum poeta hoc loco loqueretur de filio Polliõis id quod ad principẽ summum spectaret adiecit: ipse sed in pratis &c.

Traditur enim in libro hetruscorum: Si hoc animal insolito colore fuerit indutum: portendi Impatori rerum omnium cum fœlicitate largitatem. Est super hoc liber tarquinii transcriptus ex ostentario tusco: ibi reperitur: Purpureo aureo ue colore ouis aries ue: si aspergerur principi ordinis & generis sũma cum fœlicitate largitatem auget genus: progeniem propagat in claritate: lætioremq; efficit. huiusmodi igitur statum Imperatori in transitu uaticinatur. hæc ex Macrobio libro tertio sat. Iam. ideſt tunc. Suaue. pro suauiter. Muricie. murex piscis est: firmiori testa circundatus. e cuius sanguine lana tingitur. de quo late Plinius libro nono. Croceo luto ruffo colore: luteus enim color ruffus dulcidior est: a luce dictus: ut gellius scribit. de quo etiam in Alexi. Murex

Sandix. ea in holere syluestri a grecia ponitur. decoctæ succus prodest stomacho. fatigato uenere corpori succurrit: ut Plinius tradit libro decimosecundo. libro etiam tregesimoquinto. dicit quod si Sandaraca torreatur: æqua parte rubrica ad mixta: sandicem facit: quamquam animaduertat Vergilium hic herbam existimasse. Talia sæcla suis. hic uersus Varii de morte erat: ut scribit Macrobius libro sexto. Concordes parcæ. Eæ tres sunt Homero teste Clotho: Lachesis Atropos. Clotho fert colum. Lachesis filat. Atropos incidit. Clotho uerbum circumuolo significat. Lachesis a lachos dicitur: quod est sors: nobis enim sortitur uitæ terminum. Atropos autem immutabilis: uel sine conuersione: eo quod omne natum ubi in terminum sibi statutum uenisse cognouerit demergat in mortem. Parcæ uero dictæ sunt a partu littera immutata: quasi partæ ut Varro uoluit Gellio referente libro tertio. c. decimosexto. Nascentibus enim bonum & malum hominibus conferunt: ut Hesiodus scripsit. Stabili numine fatorum ideſt immutabili iussu uoluntate & lege deorum. Est enim fatum ut Plato dixit: uoluntas & iussio dei. hinc Lucãus. ait libro quinto. Siue canit fatum seu quod iubet illo canendo Fit fatum. Chrysippus autem auctore gellio libro sexto. c. secundo dixit fatum esse sempiternam quamdam & indeclinabilem rerum seriem. Cicero libro primo de diuinatione sic ait: Fatum autem id appello: qđ græci hemarmenen. ideſt ordinem seriemq; causarum: cum causa causam eẽ se gignat. ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. Fusis. uersando etenim pollice fusos fata constituunt. Aggredere. adi: uertit autem hic sermonem ad augustum. Magnos honores. diuinos intelligit. Vnde ait Horatius epistola Prima secundi uoluminis ad Augustum: Romulus & Liber pater & cum Castore Pollix: post ingentia: facta deorum in templa recepti. & infra paulum. Præsenti tibi maturos largimur honores. Parcæ

Iurandasque tuum. per nomen ponimus aras. Nil oriturum alias. nil ortum tale fatentes. Si uero de Pollionis filio intelligeres: Licet mortuo ut diximus: tunc magnos honores consulatus expone. Nam si de imperio intelligeres. Augusto interitum portenderet. melius tamen de Augusto intelligemus.

CHRISTO. Tauris: robustis iuuencis. Nam tauri cum semper sint indomiti inutiles sunt aratro. Lana: Alenitate ideſt a mollitudine sua dicitur hinc lanugo primi pili in barba: quia cæteris sint molliores: & in nonnullis pomis ut sunt cydonia: lanuginem dicimus. Estq; in sola oue lana. Nam cæteræ quadrupedes pilos aut setas habent. Inuenitur etiam lanitium. Sic in georgi. Si tibi lanitium sit curæ: ut epistola & epistolium. Nam Catullus epistollium dixit. Suaue rubenti. Ideo dixit quia in libro Tarquitii ex ostentario tusco ita legitur: Purpureo aureo ue colore ouis aries: ue si aspergitur principi ordinis & generis summa cum fœliciite largitatem auget. genus progeniem propagat in claritate: letioremque efficit: Hunc igitur angusto transitu starum uaticinatur. Sponte sua: Quia color sandicinus connaturalis erit ut in lana ad huc non tonsa. Sandix. Ait Dioscotides: olus agreste quod facile comedi potest. Virtus est ei sistiptica: Inuenitur etiam pro auripigmento usto. Plinius autem inquit In olere siluestri sandix a græcis ponitur. Lana. Sandix.

SER. Incrementū .Nutrimētum:& eſt uulgare qđ carmini bucolico ſeruit. Nutantem:nutat preſentibus malis:Lætus eſt bonis futuris. Cōuexo :curuo:inclinato.O utinā:optat frui longiſſima uita:& habere tm̄ ſpiritus q̄tū poſſit ſufficere ad tuæ uirtutis cōmemorationē. Non me carminibus:non per arrogantia dicit:ſed demonſtrat tantā eſſe materiā ſuæ laudis:ut etiā humile ingeniū in ea ſupra oēs poſſit excellere . Lino corripit prima
Linum in noīe proprio :longat cū eſt linum ex quo fit filum. Pan.Redit ad numina ruſtica.Nā ſatis excellerat dicendo .Linū poetā.Orpheum theologum . Archadia quæ ei fauet:quia ibi colitur. Riſu:mandat ad id qđ factū eſt :& naturaliter oſtendit q; ſicut maiores ſermone cognoſcuntur : ita infantes riſu ſe indicat agnoſcere . Ergo incipe parentibus arridere & ſpe bonis ominis detrahe ſolicitudinem : ut & ipſi tibi arrideant.

Cara deū ſoboles:magnū iouis incrementū.
Aſpice conuexo nutantē pondere mundum.
Terraſq; tractuſq; maris cælūq; profundum.
Aſpice uenturo lætentur ut omnia ſæclo.
O mihi tam longe maneat pars ultima uitæ
Spiritus:& quantum ſat erit tua dicere facta:
Nō me carminibus uincet nec thracius orphus.
Nec linus huic mater q̄uis atq; huic pater adſit
Orphi calliopea:lino formoſus apollo.
Pan deus arcadia mecum ſi iudice certet.
Pan etiam arcadia dicet ſe iudice uictum.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem:

ANT.M. Magnū iouis incrementū.Creſcit enim deorum numerus per Auguſtum:quem deum ſobolem appellat : propter Aeneam Romulum & Iuliū inter deos relatos .Si tamen de Pollionis filio accipis:Iouis excrementum ait:quia ſuperius de eo dixe
Cōuexū rat:Iam noua progenies cælo demittitur alto.Con-
mundus uexo.Conuexum ē ex omni parte declinatum :qualis ē natura cæli:quod ex omni parte ad tertiam uerſus declinatum eſt:Feſtus id ſcribit. Mundum:Mundus appellatur cælum :terra:mare :& aer : ut ſcribit Feſtus.hic tamen pro cælo tantum accipitur : nam cælum uere mundus uocatur : ut Macrobius libro primo de ſom .inquit. Mundus eſt deorum domus ait Euripides. Nutantem mundum. Id lætitia potius futuri ſæculi agi crediderim quam præſentibus malis. Vnde more ſuo ſequenti carmine illud idem aperuit dicens : Aſpice uenturo lætentur ut omnia ſæclo &c.quod autem omnia ſimul & triſtarentur & lætarentur :ut hic eſſet:nullo pacto conuenire uidetur Lætitiā autem motari etiam inanimata idem Maro in Sileno oſtendit:ait enim : Tum uero in numerum faunoſque feraſque uideres Ludere:tum rigidas motare cacumina quercus . Conuexo pondere.conuexum pondus intelligit ipſius cæli orbem & machinam. Cælumque profundum .aera hic accipimus . Vnde plinius libro ſecundo ſic ait:Nanque & hoc cælum appellauere maiores quod alio nomine aera infra lunam hæc ſedes . multoque inferior.merito igitur de aere cælum profundum ait. Venturo ſæclo. Id autem iam deſcripſit. O mi
orpheus hi.optat ſibi longiorem uitam:quo Auguſti laudes cantare quæat. Maneat :futura ſit . Pars ultima . meta & terminus . Orpheus. Thrax genere filius Oeagri: doctrina:melodia quod:ac poeſi exceſſit omnes: quorum extet memoria. Etenim poema mirandum edidit:& ſuauitate cantus feras etiam ad ſe audiendum allicie-
Linus bat :auctor eſt Diodorus libro quinto. Linus.hic primus citharam inuenit :ut alii dicunt Orpheus : auctor Plinius .Fuit autem Linus teſte Hermodoro Platonico Mercurii ex muſa Vrania filius:& Thebis genitus. Vergilius autem Apollinis filium dicit. Scripſitque teſte eodem Hermodoro mundi generationem : ſolis item & lunæ curſus :animaliumque & fructuum generationes .atque in primo ſui operis carmina cuncta ſimul nata dixit. Adſit.faueat . Orphi.datiuus eſt græcus:nam latinus eſt orpheo.de quo etiam Phocas & Priſcianus . Pan etiam:de hoc in Alexi dictum eſt:quod fiſtulam primus inuenerit. Redit autem ad ruſtica numina:ne penitus uideretur bucolici carminis modum exceſſiſſe. Arcadia iudice : hoc ait . quoniam
Licæus hunc deum Arcades colunt . de qua multa Macrobius libro primo.ſat.eſt & ibi modos Lucæus in quo loUis Lycei delabrum :quem & pana uolunt eſſe: De arcadia autem plene legito Strabo .libro octauo . Incipe parue puer . ad Saloninum reuertitur: exhortans illum ut matri arrideat : ſic enim lætitia ducta mater labores omnes & tedia decem menſium obliuiſcetur :eritque etiam omen optimum . Scribit . Plinius libro ſeptimus.c.decimoſeptimo .riſiſſe eodem die quo genitus eſſet.unum accepimus hominem zoroaſtren : eidem cerebrum ita palpitaſſe ut impoſitā repelleret manum future præſagio ſcientiæ. Riſū cognoſcere matrem:ſolent enim infantes uiſa & cognita matre ridere:ille autem nec cognouit nec riſit unq̄:quoniam paulo poſt ortū
orphus obiit.

CHRI. Iouis incrementum .Spondaicus uerſus incrementum Iouis dixit quoniam imperium magnum adminiſtrabat. Quod quidam ſecundum mathematicos a Ioue eſt . Vnde Homerus Διοτροφιας βασιληας dixit. Orphus . Theologus priſcæ theologiæ fuit . quam quidem rem hymni ſui iudicant:

Huius theologiæ princeps fuit Mercurius trimegiſtus. Mercurii uero ſectator fuit Orphæus . Orphei ſacris initiatus eſt Aglaophænus. Aglaophæni Pythagoras. Pythagoræ auditor fuit Philolaus . Philolaum autem audiuit Plato. Sed redeo ad orphea . Hic enim orgya ab ægyptiis accepta ad græcos tranſtulit. quæ ab eo Orphica dicta ſunt.& fretus obſcuritate antiquitatis omnia quæ de Baccho thebano ex thæbe ægyptiaca ferebantur quoniam Cadmeis amicus eſſet ad Bacchum thebanum ex boetia tranſtulit . Cuius cum tanta uis in poetica fuiſſet : ut aut effrenatos : aut ſtolidos ſtupidoſque homines ad mitiorem cultum traduceret dictus eſt tygres leoneſque demulcere potuiſſe : & ſiluas mouiſſe. Extant ergo ut diximus hymni eius profunda primæ theologiæ doctrina refercti: & mira ſuauitate grauitateque inſignes.

Dicunt fuisse unum ex argonautis & atrocẽ tempestatem in quam inciderant suis sacris auertisse. Volũt Cytheronem Boetiæ montem qñ ibi in sacris crebrius caneret: a sua cythara nomẽ sumpsisse. Scribit Plinius auguria quæ prius ex auibus tñ sumerẽt: ex aliqs quoq; aĩantibus sumi posse Orpheũ demõstrasse: Vetq; cũ in Thracia instituisset ut in sacris bacchi uiri a mulieribus abstinerẽt: ratæ illæ id in eaꝝ contemptũ esse ĩstitutũ facto agmine hoĩem nil tale timẽtẽ inuasere atq; laceruere. Plericq; tñ teste Laertio Diogene illũ fulmĩe ictũ perisse affirmarunt. Quod ẽt epigrãma in Dio macedone sculptũ testat: quod est huiusmodi ὀρφικὰ χρυσολυρην τὴν Ἀορφεῦ μοῦσαι ἔθαψαν κτανὲν υἱὸν Διὸς ζεῦξ χολίεντι βέλει. Quod sic latine dicemus: Orphea chrysoliram musæ hic posuere poetam: Flumine quẽ strauit iuppiter alta regens. Linus autem thebanus poeta fuit Apollinis secundũ eos quod: nũc sequitur filius. Diogenes uero refert illũ a Mecurio ex Vrania nympha genitũ fuisse: & ab Apolline sagitta trãsfixũ pisse: Cũ iã mundi generationẽ & solis lunæq; cursum & animantium fructuũq; originẽ scripsisset. Hic in principio poematis dixit oĩa simul fuisse: quẽ secutus Anaxagoras omnia si Anaxagoras oĩa simul nata esse dixit. Plutarchus ĩ libro de musica cũ dixisset artẽ cytharedicam primum Amphionem a loue didicisse: addit eodẽ tpe Linum thebanũ lugubres uersus ceciniss̃e. Plinius ubi de inuentoribus scribit: ponit etiam alios q Cytharæ inuentionẽ Amphioni: alios qui Orpheo: alios uero qui Lino tribuant. Orphi. dictus græcus pro latino. Nã orphei in dicto & p synæresim ορφει.

cytherõ

Linus

Matri longa decem tulerint fastidia menses.
Incipe parue puer cui non risere parentes
Nec deus hunc mẽsa: nec dignata cubili ẽ.

Argumẽtũ ęglogæ quĩtæ quę dicit' Daphnis

Daphnidis ĩteritũ Mopsus recinẽte Menalca
Carminibus deflet: post hec se munere donãt

SER. Matri enĩ decẽ mẽses attulerũt longa fastidia alii abstulerint legunt: ut sit sensus: Si riseris abstulerint matri tuæ decẽ mẽses lõga fastidia. Nec deus. h.d.d.cubili. Sicut Vulcano octigit q cũ ꝓpter deformitatẽ minime sibi luno arrisisset: a loue precipitatus est in Lemnũ insulã: illic nutritus: & cum loui fulmĩa fabricasset: nõ est admissus ad epulas deorũ postea cũ rogaret: ut uel Mineruæ cõiugiũ sortiret' spretus ab ea ẽ. Vnde diuinos honores ñ meruit: ad quos p cõuiuiũ numinũ aut p cõiunctionẽ uenitur dearum: Hinc lunoni agit Aeolus gratias q; p eius beneficiũ diuinos honores meruit. Vt tu das epulis accumbere diuum.

ANT. M. Tulerint. abstulerint si riseris: nam uictæ longioris omen esset. Decem menses gignitur hõ in certo spatio: alius septimo mense: alius octauo: & usq; ad initia decimi: undecimiq; Inuẽta etiã quæ & mensibus xiii. partũ tulerit: auctor Pli. li. vii. gellius itẽ plurima libro. xii. c. xvi. Incipe parue puer. ordo est. Incipe parue puer risu cognoscere matrẽ. Incipe parue puer: matri decẽ menses tulerint longa fastidia: Cui nõ risere parẽtes. ordo ẽ: hũc. c. n. r. p. nec deus est dignatus mẽsa: nec dea ẽ dignata cubili. In oĩbus fere textibus cui legit' Quintilianus tñ li. ix. ubi de figuris uerborum meminit qui per q nõ cui per c hoc in loco legendũ: innuit. ait enĩ sic: Est figura & in numero: uel quũ singulari populis subiungit': gladio pugnacissima gens Romani: gens enim ex multis. Vel ex diuerso. Qui non risere parentes nec deus hunc mensa: dea nec dignata cubili est. Ex illis enim qui non risere hic quem non dignata. Ordo igitur talis erit: O parentes hunc ex illis qui non risere: nec deus est dignatus mensa: nec dea est dignata cubili. Quibus uerbis innuit Maro illum esse defunctum. cuiq; enim suus deus & sua dea uitæ presides dantur: hoc est suus genius suaq; luno mensa autem genio conuenit: lunoni lectus sed horum neutro ille potius est: ergo obire coactus. pueris autẽ nobilibus editis: in atrio lunonis lucinæ lectus ponebatur Herculis mensura: & Seneca epistola. ii. libri. xx. scribit maiores nostros singulis & genium & lunonem dedisse.

CHRI. Matri longa decem. q.d. satis sit matri fastidia. x. mensium tolerasse. tu autem deinceps illam risu exhylarato. Risu autem poterat prebere optimam spem de se futurarum uirtutum. Nam cum pueri fuerit uita: quoniã miseriarum plena futura: sit a uagitu auspicentur. Neque autem diem quadragesimum de ortu suo ridebant: optimum auspicium antiqui esse putauerunt: siquis circa ortum subito risisset. Quapropter zoroastrem. quia eadem die quæ natus est risit: presagium suarum uirtutum dedisse ferunt. Idem aiunt de Socrate. Erit ergo sententia incipere cognoscere matrem risu: Nam cum loqui non possint infantes risu ipso gratulari: & beniuolentiam ostendere uidentur. Cognosce risu. ut hoc bono presagio remoueas matri fastidia decem mensium Optime autem dixit fastidia. Nam pregnantes redundantia corruptorum humorum cum menstruis purgationibus non purgaretur fastidium rerum pene omnium incurrunt. Est autem huiusmodi progressus ut ipsa satietas: quæ ex nimia copia prouenit: tedium quoddam afferat. Hoc si creuerit fastidium gignit: ex quo si nimia sit nausea: gignitur abominatio: quæ postremo summum rei odium inducit: Hæc omnia proprie in gustu sunt: sed inde a sensu ad animum mentemq; transferimus. Sunt tamen qui intelligant: Incipe cognoscere matrem risu scilicet suo. nam ipsæ tunc maternam indulgentiam ostendunt cum infantibus risu blandiuntur. Mihi tamen uerisimilior fit prima sententia. Cui non. r. p. Difficile est hinc sententiam elicere propter ambiguitatem nominum. Nam sine aperta distinctione transit ad Vulcani fabulam. ergo intelligemus incipe solonime cognoscere matrem risu. cum placeas tua pulchritudine. qđ non fecit Vulcanus. Cui parentes offensi turpitudine pueri non risere. Sed de uulcano dicemus in quarto geor. Est etiam similis hic locus illi: Quid loquar an scyllam nisi quam fama secuta est. Nam cum de Nisi megarensium regis sylla loqui incipiat sine manifesta distinctione transit ad scyllam phorci filiam. Hæc difficultas nescio quo pacto auctoritatem affert & gratiam carmini.

SERV. Vrnō mopſe boni: duo amici paſtores inducuntur canere ad delectationē: unde inuicem ſe laudant: & ī uicē cedūt. Boni: docti. ordo eſt cur non cōſedimus īter ulmos mixtas corylis ut canamus. Inter: quia poſtpoſita mutat accentum. Siue ſub incertas: oñdit ſe quidē obtēperaturꝝ: & tñ demonſtrat quid ſibi placeat. Nā cū cōparat umbram ſtabilem antri cū incertis umbris arborū: dicit ſuā ſniam eſſe meliorē. Incertas: & ꝓpter mobilitatē uentoꝝ: & etiam ꝓpter ſolis circuitū. Tibi: uſurpatū. Nā hodie dicit certo tecū. Quid ſi idem: offenſus cōparatiōe inferioris hoc dixit: non amore: Sed quia aſpere accepat: ille mitigat cōparatiōe lenta

Phyllis ſalix: Phyllis: fuit regia thracū: quæ Demophoontē Theſei athenienſis regis filiū ex troiano bello redeuntē dilexit: & cū nuptias eius peteret: uoluit ille domū ꝓficiſci res ſuas cōpoſiturus: ac inde ad nuptias reuerſurus. Verū cū diutius tardaret: illa & amoris impatiens & doloris: quia ſe ſpretā putaret: uitā laqueo finiuit. & in amygdalū ſine foliis cōuerſa ē. Sed cū reuerſus Demophoon truncū arboris ample cteret ueluti cōiugis aduentū ſentiret folia emiſit: q̄ ab ipſa phyllide: phylla ſunt dicta: quæ añ petala dicebant. Alconis: cretenſis ſagittarius: & cū draco ei us puerū cōplexus eſſet: adeo ſua arte tēpauit ictū ſagittæ: ut ī dracone trāſfixo conſiſteret: neq; ad puerꝝ pueniret. Codrus āt atheniēſiū dux cū bellū eſſet cū laconibus extaretq; oraculū illos poſſe uincere: quorum dux in bello caderet: ſumpta humili ueſte iuxta hoſtilia caſtra iurgio hoſtes ita laceſſiuit. ut incognitus necaret. In cortice ubi .n. magis ſcriberet ruſticus. Modulans: ſcdm rhythmū cōponens. Alterna: uaria pp muſicā: quæ uarios habet modos ex pedū diſſimilitudīe. Significat āt ſe epicædiō aut epitaphiō cātaturꝝ. Epicædiō ē q̄ dicit cadauere nōdū ſepulto. Epitaphion āt poſt expletā ſepulturam dicit.

phylla alcon

Vrū mopſe(bōī quoniā ꝺuēim⁹ ābo M.
c Tu calamos iflare leues: ego dicē uerſ⁹)
Hic corylus mixtas inter cōſedim⁹ ulmos:
Tu maior. tibi me ē æquū parere menalca M.
Siue ſub incertas zephyris motātib⁹ ūbras.
Siue antro potius ſuccedimus: aſpice ut ātrꝝ
Syluestris raris ſparſit labruſca racemis.
Mōtib⁹ ī noſtris ſol⁹ tibi certat amyntas M.
Quid ſi idē certet phœbū ſupare canēdo M.
Incipe mopſe Por ſi qnos aut phyllidis ignes
Aut alconis hēs laudas: aut iurgia codri: M.
Incipe paſcentes ſeruabit tityrus hædos.
Immo hæc ī uiridi nuper quę cortice fagi M.
Carmia deſcripſi. & modulas alterna notaui
Experiar: tu deinde iubeto certet amyntas.
Lēta ſalix quantū palleti cedit oliuæ: Me.

Salix Salix: hæc uiliſſima eſt oliuæ comparatione.

ANT.M. Cur nō Mopſe: Thyrſis ætnæus paſtor ī prima Theocriti ægloga Daphnidis obitū deflet. illū Maro noſter hoc ēt loco ut aſſolet imitatus ē. Ambo boni. tu bonus iflare. L.c. Ego bonus. d.u. Labruſca. uitis ſyluestris. Quid ſi idē. ægre ferēs Mopſus ſibi cōparatū fuiſſe amyntā: hæc ironeos refert. Phyllidis. de hac lege Naſonis epiſtolam ad Demophoonta. Alconis laudes. de hoc Manilius ubi de ſagitta li v. ſic ait: Quinetiam ille pater tali de ſidere cretus Eſſe pōt: qui ſerpentē ſuper ora cubantē Infœlix nati: ſomnūq; aīamq; bibentem Subſtinuit miſſo petere ac proſternere telo. ars erat eē patrē: uicit natura periclum Et pariter iuuenē ſonoq; & morte leuauit: Iurgia codri. Erāt inter atheniēſes & Doriēſes ſimultatum ueteres offenſe: quas uindicaturi bello Dorienſes: de euentu prælii oracula conſuluerūt: reſponſum ſuperiores fore: ni regem athenienſium cecidiſſent. Quum uentum eſſet in prælium militibus ante oīa cuſtodia regis atheniēſis precipitur. atheniēſibus eodē tempore rex Codrus erat: q & reſpōſo dei & ꝓceptis hoſtiū cognitis: ꝓmutato regio habitu: pannoſus ſarmenta colloregens caſtra hoſtium ingreditꝰ. ibi in turba obſiſtentium a milite: quem falce aſtu conuulnerauerat: interficitur: cognito regis corpore: Dorienſes ſine prælio diſcedunt. atq; ita athenienſes uirtute dulcis ꝓ ſalute patriæ ſe offerentis bello liberāt: poſt Codrū nemo athenis regnauit. adminiſtratio reip. ānuis magiſtratibus ꝓmiſſa. hæc oīa ex iuſtini libro ſecūdo. de hoc ēt aliq̄ infine li. i. tuſc. quæſtionū. Immo. i. potius iſta q̄ illa quæ tu obtuliſti: Immo hæc. Lycidas ī vii. Theocriti ait: Incipe Simicida: pūū quod carmen ī altis Cōfeci pridē cantabo mōtibus: audi. Modulās. cātando cōponens. Alterna. alternat. o dicit ꝓ uices ſucceſſio: auctore Feſto. Sapho itē ad Phaouē carmia ſua alterna uocauit. i. alternis numeris ſuccedētia. alterna ergo hic. i. uaria. Vergil. iiii. Hæc alternāti potior ſnia uiſa ē. i. uaria cogitāti. Lēta ſalix. oſtēderat ꝓpus amicū amyntæ cōpatiōe: hīc illū placar cōpatiōe pñti. Pūiceis. rubicūdis: q̄ſi phœniceis.

Labruſca

Codrus

Bona Bonus. CHRI. Cur non mopſe boni: bona dicit res quæ cōuenit atq; ſecūdū naturam eſt eius cui accidit. Hinc bonum dicimus doctum ut hic. Item liberalis: ut aſſit lætitiæ bacchus dator & bona luno. Item aptum & idoneum: ut & bona bello cornus. Conuenimus: in eundem locum uenimus. Hoc non tranſit: ſed aliquando tranſit: ut Cōueni Pamphilum in foro. Eſt etiam conuenire in ius uocare. Item quadrare aprum. ut Conuenit illa mihi: conuenit illa tibi. Item paciſci. Inflare: cum inſtrumenta muſica. aut flatu: aut percuſſione reſonent. Illa inflamus. hæc pulſamus. ergo inflamus tibias tubas & huiuſmodi: pulſamus cytharam. Corylis. huius arboris nuces auellanæ dicuntur ſiue preneſtinæ: ex ea faciebant faces ad nuptias celebrandas. Vlmos: huius arboris quattuor ſunt genera factum eſt prodigium in hac arbore in bello cimbrico. Nam nuceriæ in luco lunonis ulmus poſtquam etiam cacumen amputatum eſt: quoniam in aram ipſam ꝓcumbebat reſtitute ſpōte ita ut ꝓtinus floreret: a quo dictum tempore maieſtas populi romani reſurrexit: quæ ante uaſtata cladibus fuerat.

Conuemo

cōuenio
Inflare
pulſare
auelana

Tu maior: oſtendit qualiter oporteat eſſe inferiorem erga ſuperiorem. Nā ſi iuſta cā diſſentiendi eſt modeſtiſſime diſſentiet neq; diſcedet a ueneratione: quam illi preſtare debet ut hic qui nunc menalcæ omnia conceſſurus polliceatur: tamen occulte & umbram arboris uituperat: & antrū laudat: Labruſca: dicitur qa ī labri. i. in extremitatibus camporum poſita ſit. Montibus in noſtris. ſ.t.c.a. tanquam q̄ ad magnā laudē ꝓtineat dicit hoc q̄

abrucas

nullus ꝑter Amynta ſecū certat. Sed Mopſus moleſte fert: q; ille ſibi cōpareť. Atq; oſtendat ſi ſibi certat: nō ꝓuenire ex cōſcientia cantus: ſed ex quedā audacia ſtulta: q̄ nō dubitaret ēt Apollini certare. Alconis: uidiſti quæ dixerit Seruius: Sed & apud eundem Maronē in libello culice: hæc dicunť de alcone. Lapidū nec fulgor ī ulla cognitus utilitate manet: nec pocula gratū Alconis referēt boetiq; toreuma: nec indi cōchea bacca pretio ē. Codri erecthe idaę impio deſtructo atticoę ad aliud genus trāſlatū eſt. Ná cū Theomœtes ultimus in illo genere rex ī ſingulare certamen a xantho boetio ꝓuocatus eſſet: neq; ꝓdire auderet: Meláthus pilienſis androxompi filius certamen ſingulare ſuſcepit: unde rex creatus eſt cū regnaſſent erecthe idæ a Cēcrope prīo rege ad Tymetē ánis ccccxxix. Huius filius Codrus in bello peloponneſiaco iuxta merſum ſeipſum morti tradens interimiť. Ait Euſebius. Seruabit. t. a. ut anxietate omni ſubleuati commodius canere poſſimus. Cortice fagi: cortex pars eſt exterior ī arbore quo mūiť cōtra frigora & calores. Liber uero ē ps īterior atq; ſubtilis ꝑ quā ſuccus terreſtris a radicib⁹ quæ pro ſtomacho arbori ſunt decoctus in arboris aliūtum fœturamq; educitur: ergo uenaę munere fūgiť. Eſtq; talis in quibuſdā arboribus ut inde chartas priſci cōmode facerēt. Vnde ipſa uolumia libros appellarūt. Redditq; iā ipſum attentū tū a nouitate rei. Nup enī fabricata erant carmina: tū ab artificio: qd̄ tamen modeſte īdicat: cū dicat diligenter notaſſe. Te deinde iub. ut. c. a. nondū ementeabierat indignatio quā ſumpſerat ex cōparatione. ergo dixit iubeto ut certe. q. d. Videbis ipſum ſuccumbere. Hanc ergo mitigat Menalcas hac cōparatione.

alcon

Cortex

Liber

Puniceis humilis quantū ſaliunca roſetis.
Iudicio noſtro tantū tibi cedit amyntas:
Sed tu deſine plura puer ſucceſſimus antro.
Extictū nymphę crudeli funere daphni Mo.
Flebāt uos coryli teſtes & flumia nymphis,
Quū complexa ſui corpus miſerabile nati.
Arq; deos atq; aſtra uocat crudelia mater.
Non ulli paſtos illis egere diebus
Frigida daphni boues ad fluīa: nulla neq; ānē
Libauit quadrupes, nec gramis attigit herbā
Daphni tuū pœnos etiā īgemuiſſe leones.
Interitū: mōteſq; feræ ſyluæq; loquūtur.
Daphnis & armenias curru ſubiūgere tygres
Inſtituit: daphnis thyaſos inducere bacchi.
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas:
Vitis ut arboribus decori eſt: ut uitibus uuæ.
Vt gregibus tauri: ſegetes ut pinguib⁹ aruis
Tu decus omne tuis: poſtq; te fata tulerunt.

SER. Saliunca: herba eſt quā orcitumira uulgo uocāt, ludicio noſtro. q. d. qd̄ alii ſentiūt uideris. Extictū: multi dicūt paſtorē quendā ſimpliciter defleri.

Saliūca

Alii allegorice Cæſarem. qui .xxiiii. uulneribus a Bruto & Caſſio in ſenatu cæſus eſt: intelligi uolunt Vnde dicit crudeli funere. Alii Quintiliū cognatū Vergilii: de quo Hora. Ergo quintiliū ꝓpetuus ſopor urget. Teſtes: recte incredibilibus utiť teſtimonio. Ná fletū facile pſona dearum non recipit. Et bonis uſus eſt gradibus fleuerūt nymphæ: qbus naturaliter ineſt pietas. Homines ad quos mortis puēit dolor. Pecudes: quæ licet rōne carent: non carent ſenſu. Feræ: qm̄ ſunt crudeles fuit iterum teſtimonio res cōprobanda. Coryli & flumina: teſtes uſurpate dicimus: nō enim flumina teſtes recte dicuntur. Sed nec hoc teſte & hæc teſtia in eo qd̄ ē hic & hæc teſtis dicimus. Vnde p diffinitionē dicemus coryli & flumina: quæ res erunt mihi teſtes. ſic Hora. Teſtis mea taurū flumen. Propertius: Teſtes ſunt ſidera nobis.

Aſtra crudelia: quia accelerarunt Daphnidis mortē. Cōplexa. Nam lugētes copori ſolēt inhærere. Nulla q̄drupes: cōis generis ē. Alibi: Saucius & q̄drupes nota ītra tecta refugit. Mōtes. ſ. hypbolice: cū āt apotheoſim canit dat oībus licētiā. Armeniās: apte de Cæſare dicitur qui primus romæ ſacra Liberi patris inſtituit. Vitis. ut locus ex Theocrito. Apollo. ſ. nominis. i. paſtoralis.

ANT. M. Saliūca. ea folioſa q dē ē: ſed breuis & q̄ nēcti nō poſſit: radici numeroſe cohæret: herba uerius q̄ſ los. Pánonia hāc gignit: & Norica: alpiūq; aprica. ueſtibus īterpōi eā gratiſſimū Pli. li. xxi. Extictū nymphæ. Maro ut dixius Theocritū imitatus ē: nā & ille obitū daphnidis deſlet ī prima ægloga. credideri tū Cæſarē hic ītelligi: qui trib⁹ & .xx. plagis cōfeſſus ē. C. Caſſio: Marco & Decimo Bruto pricipibus cōſpiratiōis. de quo latius dicemus ī fine li. i. g. Illud át me credere Cæſarē ītelligi cogit: q; daphnim īter deos relatū dicit: qd̄ & Cæſari euenit. de quo legito Trāquillū appianus ēt li. ii. de Cæſare ſic ait: Tēpla illi plurima ueluti deo publicis decretis ſtatuta ſūt. Crudeli funere daphnim. Theocritus quoq; ait in. i. Diro moriť nā funere daphnis. obierat át amore. uſi ait ipſe. Efferor ad manes crudeli raptus amore: Dixerat & ſæuo cōſumptus amore qeuit: Aſtra crudelia. hoc ait: qm̄ ut Manilius etiam inqt li. iii. Fata quoq; & uitas hominum ſuſpendit ab aſtris: Sic fœlix aut triſte uenit per ſingula fatum. Nō ulli paſtos. hoc ait: quoniam Daphnis ipſe in prima Theocriti inquit: Ille ego ſum Daphnis: cui lætis paſcere campis Cura boues domitos & duros ducere tauros Fontibus: & liquidis plenas depellere uaccas. Ingemuiſſe leones. Thyrſis quoq; ait in prima Theocriti: Hunc lynces flerunt morientem: & turba luporum Fleuiſſent etiam libyci mihi crede leones. Daphnidis interitum multæ gemuere iuuencæ. Armenias tigres. hæ ſunt hircaniæ ſæuum ferarum genus: ut Mela ſcribit. Sunt autem Solino teſte diſtinctæ maculis: immanes & pernicitate mirabili. Lynces autem & Tigres Bacchi currum trahunt ut & Statius ſcribit. ſed uidentur baccho aſſignari teſte Probo: ut per earum colorem in uino uarias eſſe hominum mentes intelligamus: uel ut per eas ſæuitia demonſtretur: quod quidam poti: infinitam excedunt crudelitatem. Thyaſos. thyaſos ſaltatio apud nos & chorea dici poteſt: quæ quidem baccho exhibebatur. deducitur autem a thyo quod eſt ſacrifico: excito: feſtino. in illius enim ſacrificio exerceri conſueuerat. Letas haſtas. thyrſos dicit. erant enim haſtæ quædam pampinis inuolute: quā bachantes in choreis deportabant.

Saliūca

Tigris

thyaſos

Saliũca CHRI. Saliunca: genus ẽ herbæ q̃ radiculas & folia ſubruffa hẽt & flores plurimos. Naſcit in lapidoſis locis & in Norica regiõe. Illa uero eſt optĩa quæ eſt odorifera plurimos ramulos & radices hñs. P li. uero ait: Saliũca foliosa qdẽ ẽ: ſed breuis & quæ necti ñ poſſit radici neruoſæ coheret herba. Iudicio noſtro. q. d. ne credas cũ dixi. Solus tibi certat Amyntas iccirco dixiſſe ut eũ parẽ tibi crederẽ Nymphæ: quarũ genera alio loco explicauimus

Atq; deos atq; deos incuſat q̃ illum ſub infœlici aſtrorum conſiguratione produxerint. Item aſtra: a quibus ſibi infœlicitas influxerit: uel dixit deos & aſtra ipſos deos: qui aſtra ſũt: ut ſaturnus: iuppiter: ſol. Non ulli magnum argumentum meroris cum propter illum curam pecoris neglexerint. Vlla nec amnem: mirum q̃ homines tñ dilexerũt. Verum hoc tñ multo maius mirũ qđ bruta aĩantia pp illius deſideriũ oblita ſit ꝓpriæ ſalutis

Libauit. ſi. n. ſolũ ingurgitauit ſe aq̃ ſed ne leuiter qdẽ attigit. Eadẽ rõ eſt cum dicit. attigit herbã: qanõ ſolũ nõ
Hærba uoluit ueſci: ſed ne tãgere qdẽ. Herbã: ſic dicit̃ qa terræ hæreat: nec ut arbor ab ea extollit̃. Pœnos. aphricãos ibi. n. naſcũt̃ maxĩe ĩ getulia. Intexere. h. f. haſtæ. n. frõdibꝫ ueſtitæ thyrſi appellãt̃. Sũt ẽt thyrſi rami cũ ſuis frõdibus. Vt gre. t. greges q̃is ꝓprie de mĩoribus dicãt̃: qñq; tñ de maioribꝫ. Arméta raro niſi de maioribus.

Pales SER. Pales: Dea pabulorũ: quaſi dicat nec pabula naſcũtur nec pecora. Infœlix: inutile & infecũdũ. Sterilis: ſecundũ ſitum Italiæ. Nam in Thracia fructuoſæ ſunt: Hæc autẽ oſtendunt terrã quoq; dolere Daphnidis morte. Paliurus. Herba eſt aſpera & ſpinoſa. Spargite: ut ſpargitur tellus lachrymis. Inducite. f. u. facite nemora circa fontes. Quia heroum animæ habitãt̃ uel in fontibus uel in nemoribus ut lucis habitamus opacis riparumq; toros &. p. t. r. Carmẽ: de duobus dixit. Nam & alibi de uno: ut Et rem carmĩe ſigno. Aeneas hæc de danais uictoribus arma. In ſiluis autem dicit hinc uſq; ad ſidera. Formoſi. p. c. ſi ad Cæſarem referas eſt boni populi optimus Imperator. Quale ſopor. i. qualis res ẽ ſopor ut dulce ſatis humor. Nec calamus ſo. uidetur allegoria ad Theocritum & Vergiliũ reſpicere. Hinc ẽ: Tu nunc eris alter ab illo. Quocunq; modo: prout poſſumus. Tollemus ad aſtra: pollicetur ſe dicturũ apotheoſim. Tali munere: ſi amicũ laudaueris

Pales ANT. M. Pales. ut Naſo & Feſt. ait dicebat̃ paſtorꝫ dea: cuius feſta parilia dicebãt̃: q̃ ꝓ ptu pecoris eidẽ ſacra fiebãt: de hac latius. iii. g. Apollo. apud

Apollo amphryſũ aheſſaliæ fluuiũ Apollo Admeti regis ar
paſtor mẽta iuſſus ſeruiẽdi cõtumelia. x. ãnis luere temeritatẽ: qua cyclopas perdiderat: q fulmẽ fecerant: qa ĩdignabat̃ eo percuſſũ Aeſculapiũ filiũ. auctor eſt Probus. q̃re aũt id fictũ fuerit li. iii. g. aperiemus.

Infœlix loliũ. nocẽs & ĩ fœlicitatẽ apportãs. eſt enĩ
Lolium unũ e uitiis & morbis frugũ. nocet etiã oculis. hinc ait Naſo faſt. i. Et careãt loliis oculos uitiãtibꝫ agri. Theophraſtus aũt. li. vi. ſcribit q̃ nullũ ex ſeĩbus corruptũ mutari ĩ alĩd̃ aptũ ẽ: prætereq̃ triticũ atq; hordeũ: q̃ mutari ĩ loliũ aſſerũt. Steriles auenæ. i. ĩanes & uanæ. Ver. li. i. g. Expectata ſeges uãis eluſit auenis. iueniũt̃. n. auenæ qdã ĩanes: iueniũt̃ & fertiles: q̃ qdẽ ꝓ iuſtis ſerũt̃. Steriles itẽ dixit. i. ſterilitatẽ cãntes. ait nãq; ĩ ꝑmo. g. Vrit. n. lini cãpũ ſeges: urit auenæ. Vtq; Pli. inqt li. xviii. primũ oĩum fruméti uitiũ auena ẽ: & hordeũ ĩ ea degenerat. Nareiſſo. De uiolis & narciſſo ſuperiꝰ dictũ ẽ. Cardu

Carduꝰ us. hic folio & caule ſpinoſo lãugines hẽt: & ſeĩe & radice naſci põt: Plinius li. xxi. Paliurus. Theophraſtus li. i. ſcribit paliurũ fruticem eſſe. & libro. vi. indicat paliurũ ĩ ramis tantũ habere aculeos. meminit item latius libro. iii. a quo quidem Pli. accepit quod de paliuro ſcribit li. xiii. Tu nũc eris alter ab illo. De Theocrito intelligere non abſurdum eſt: nam re uera Maronis magiſter fuit hoc in opere: ut etiam paſſim oſtendimus. in grãmatica uero Parthenio preceptore in græcis uſus eſt auctore Macrobio libro. vi.

CHR. Pales: de hac in geor. Loliũ: græce zizania dicit̃: ſi ſiccũ tritico emolat̃ paniſq; inde fiat: inducit ſõnũ.

Lolium Dominãt̃: quia penitus ſuffocauerũt fruges. Paliurus: ſecundũ Diaſcoridẽ: Ab aliis palearis acus: ab aliis cicer
paliuruſ domeſticũ uocat̃: a nõnullis lanaria. Pli. ãt ait: Paliurus ſpinæ genus ẽ: ſemen eius afri zurã uocant. cõtra ſcorpiones efficaciſſimum: ltẽ calculoſis & tuſſi. Radix diſcutit panos & uomicas pota urina trahit. Radix decocta & illita extrahit infixa cõrpori. Vtiliſſima luxatis & tumoribus. Alibi ait Fruticoſa eſt. Fructus rubeus iucundus & ſuauis: cuius cibus uina ſuauiora reddit. In ſil. optime paſtoris nomine exprimit imperatorẽ. Nã & Homerus Reges appellat paſtores populorum & urbes ſiluis cõparant̃. Nam ut ſiluæ feraꝝ habitacula ſunt: ita in urbibus pleriq; ſunt efferatis moribus deprauati. Sopor feſ. nam ex laſſitudine gignit̃ ſomnus. Nam & laſſitudo ẽ ex ipſo motu. Motus autem effert uapores ad caput: quiacerebro frigefacti craſſiores deſcẽdunt: meatuſq; ſpirituum obturãt unde fit̃ ſomnus. Saliẽte: ſalire ẽ emicare ut e fonte emicant riui. Dicimus etiã bruta anima

Salire lia ſalire fœminas cum coeunt: qſ ſaliunt ſupra dorſum hinc dicimus ſalaces libidinoſos & ueneris cupidos: &
Salax cibi qui ad uenerẽ excitant dicunt̃ ſalaces: & membꝝ obſcœnum caudã ſalacẽ appellamus. Alter: ſecundus.

Ipſa pales agros: atq; ipſe reliquit apollo:
Grãdia ſæpe qbus mãdauimus hordea ſulcis
Infœlix loliũ & ſteriles dominãtur auenæ.
Pro molli uiola pro purpureo narciſſo.
Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis.
Spargite humũ foliis. inducite fõtibus ũbras
Paſtores: mandat fieri ſibi talia daphnis.
Et tumulũ facite: & tumulo ſupaddite carmẽ
Daphnis ego ĩ ſyluis hĩc uſq; ad ſidera notus:
Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe.
Tale tuũ carmẽ nobis diuine poeta: Me:
Quale ſopor feſſis in gramine: quale p ęſtũ
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtringere riuo.
Nec calamis ſolũ æqperas ſed uoce magiſtꝝ
Fortunate puer tu nunc eris alter ab illo:
Nos tamẽ hæc quocũq; mõ tibi noſtra uiciſſi
Dicẽus: daphniq; tuũ tollẽus ad aſtra. Cphis
Daphnĩ ad aſtra ferẽus: amauit nos quoq; da
An quicq̃ nobis tali ſit munere maius. Mo.

SER. Puer:intellige modo Daphnin.Nam Cæsar maioris ætatis cæsar est. Iam pridem.q.d. frustra extẽu as dicendo quocunq; modo.Nam scio esse optima. Candidius.i.deus.Vt contra mortuos nigros dicimus.Hora tius:Hic niger est:hunc tu romane caueto. Sub pedibus:Meritum eius ostendit:qui summos circulos & cœli se creta conscendit. Ergo alacres.omnia tenet uoluptas quæ hactenus occupauerat mœror. Tenet moratur:am plectitur. Nec retia:adeo facit simplicitas daphnidi.ut etiam dolus unde est uoluptas conquiescat. Intonsi.syl uosi incædui. Tuis:nam percussionibus nocentissimus fuit Nam Augustus filius eius omnes isectatus est. Fœ

Et puer ipse fuit cantari dignus:& ista
Iampridẽ stimichon laudauit carmina nobis
Cãdidus insuetũ miratʼ limen olympi: Me:
Sub pedibusq; uidet nubes & sidera daphnis
Ergo alacris syluas & cætera rura uoluptas
Panaq; pastoresq; tenent dryadasq; puellas:
Nec lupus insidias pecori.nec rætia ceruis
Vlla dolũ meditãtʼ.amat bonꝰocia daphnis
Ipsi lætitia uoces ad sidera iactant
Intonsi mõtes:ipsæ iam carmina rupes
Ipsa sonant arbusta:deus deus ille menalca:
Sis bonus o fœlixq; tuis:en quattuor aras:
Ecce duas tibi daphni.duoq; altaria phœbo.
Pocula bina nouo spumantia lacte quotãnis
Crateraq; duos statuam tibi pinguis oliui
Et multo in primis hilarans conuiuia baccho
Ante focũ si frigus erit.si messis in umbra:
Vina nouũ fundã calathis aruisia nectar.
Cãtabunt mihi Damœtas & lyctius ægon.

lix:,ppitius ut Sis fœlix nostrumq; leues quicũq; la borem.Item contra.Quæ potui infœlix. En quatu or aras.s.duas tibi Daphni:& phœbo duas quæ sint altaria.Nam aræ inferorum:& superorum sunt. Al taria tantum superiorum quæ ab altitudine dicunt. Ergo Daphnidi aras dat.Nam quãuis deus sit:tamẽ est ex mortali.Verum quare duas aras Phœbo cum numero deus si supernus sit impare gaudet. Sed con stat Phœbo triplicem esse ptãtem secũdũ Porphirii librum.Apud superos sol dicitur.Interris Liber pa ter. Apud inferos Apollo. Vnde tria illius simula chro sunt insignia Lyra:quæ cælestem harmoniam exprimit:Gryphen quod terrenũ indicat nutũ Sagi tas quibus cum noceat infernus notatur deus. Vnde Apollo ἀπότουἀπόλλειν Hinc illũ Homerus tam pestilentiæ q̃ salutis dicit auctorem.Et Horat.
Condito mitis placiduscq; telo supplices audi pueros apollo.Ergo hic Verg.per altaria supernũ nomẽ:p parã numerũ infernũ indicat. Hilarans ab hilaro.i. lætum facere.Est autem græca dictio ἱλαρὸς unde est hoc uerbum. Calathis:calicibus. Nouũ nectar: i.noua dulcedo. Aruisia:ab aruiso chii ,pmontorio. Lyctius.cretensis.

Aræ Altaria

Phœbi triplex; potestas

Horat:

hilaro

ANT.M. Et puer ipse fuit. Thyrsis item ait in pri ma Theocriti.Omiser infœlixque puer:& in sexta. Theocritus inquit: Daphnis erat mentum pria la nugine tectus. Candidus insuetum.propter hoc de Cæsare intelligere potes.licet multa secundũ Theo critum ipsi Daphnidi referantur ut ostendimus. Can didus.i.bonus.ait enĩ iserius:amat bonus ocia daphnis.Vtq; etiã Seneca epistola.iii.inquit:Oẽs cãdidatos uiros bonos dicimus. Ergo:quia.s.iter deos relatus ẽ Daphnis. Duas tibi daphni.q̃q̃ enĩ qs cælũ ascẽderit: eius tĩ simulacrũ apud inferos eẽ diciʼ .ppterea ergo duas Daphnidi aras posuit.duas etiã phœbo:pp superũ & inferũ hemisperiũ.uñ Mac.li.i.sat.sic ait:In sacris enĩ hæc religiosi arcani obseruatio teneʼ:ut quũ sol in supio.i. diuer no hemispio est:apollo uociteʼ. quũ in iserro.i. nocturno Dionysius:q ẽ liber pater heãt. Vina aruisia. Arui siũ ,pmõtoriũ est chiæ insulæ:ex quo uinũ qdʼ aruisiũ uocãt:ut inqt Pli.li.xiiii.c.x.Chios aũt insula ẽ una cycla dũ:teste Solino.Homeri sepulchro aliis ancellens.de Chio multa ẽt Stra.li.xiiii.ubi dicit: ꝙ aruisia locus ẽ asp & iportuosus stadioꝝ.ccc.qd uinũ fert græcanicoꝝ optimũ. Nectar.græce significat deoꝝ potionẽ:ut Festus i quit.Sũt q dicãt nectar significare imortalitatẽ a ne qd priuationẽ significat:& ction.i. occido. Hilarãs:lætifi cãt:Calathis:calicibus hoc loco Lyctus ægon:Lyctus ẽ Cretæ urbis digna qdẽ:distans a Cnoso stadia centũ uiginti.a mari aphrico stadia octoganta:Stra.meminit libro.x.inde autem lyctius a nõ possessiuum

aruisiũ Chios Nectar Lyctus

CHRI. Et puer ip.cæsarẽ itelligit.Nec refert ꝙ ĩ ætate matura extictus est.Nã allegoricus sermo huiuscemodi mutatiõem nõ aspnatʼ. Siluas:dicimus loca cõsita dẽsis arboribus nobis nõ domesticis.nec afferẽtibus nobis fructus.qbus uescamur.Nã illa pomaria & uiridaria dicuntʼ.q̃uis poetæ ẽt illa siluas qñq; noiant.Siluarum aũt aliæ gladiferæ:aliæ cæduæ sunt.Gladiferæ ñ cædunʼ.sed seruanʼ:ut gladibus alamus pecus.Cædue seruatur ad certũ qddã tps:ut cũ arbores peruenirent ad eã magnitudinem quã cupimus cædanʼ: uel in materiã ædificorum nauigiorũq;:ac multarũ aliarũ reꝝ:uel in usum pabuli igniscq;.Dñr ẽt uemora.ꝙ ĩ illis pascãʼ græges & armenta νεμειν enĩ pascere est.Philophi ẽt nostri siluã posuerũtʼ ,p materia qa græce ὕλην quæ silua ẽ ,p materia ẽt posue rũt. Dryades:nymphaꝝ plura sunt gña.Maris enĩ nymphæ nerinæ siue nereides dicuntʼ.Fõtiũ naiades: Oreades montiũ. ορη enĩ montes sũt. Dryades siluarũ .δρῦς enim q̃rcus dñr.hamadryades q̃ cũ arboribus nascũtʼ & ite reũt .Napææ herbaꝝ ac floꝝ. ναπὴ enim recessus ẽ itra montes ubi flores optĩe nascuntʼ. Ipsi lætitia:repetitio ẽ color rhetoricus. Deus deus:cõmeminatio facit uehementẽ affirmationẽ. Ille:habet emphasim. Bonus:bñfi cus. O:pt eẽ uocãtis .sed rectius optantis. Ara.secũdũ aliquos diciʼ ἀποτῆςγῆς .i.a terra.Nã ut altare i al tũ porrigitʼ.sic cõtra ara ad terrã deprimitʼ.Varro ãt dicit ubi frumẽta facta ponuntʼ.ut arescãt area diciʼ.Propter hãc similitudinẽ loca pura in urbe areæ dicuntʼ.a quo põt ẽt esse ara deũ.qa puta sit nisi potius ab arbore.ad quẽ ut sit fit ara.alii uolunt esse ab eo qdʼ est ἀρα .i.precatio ꝙ in ea deos præcamur .ara ẽt prima syllaba correpta sta bulum significat.Ouidi.i epistolis:Tertium imudæ cura fidelis aræ. Nectar: de hoc in æneide diceʼ Lyctio cretensis a lycto oppido.ait enĩ uir ciusdẽ ,insulæ Strabo.Cũ gnosii qd homerus cæteris q̃ increta sũt oppidis p

Nectar

Lyctus

Nota de myrtetis

arca

fert gratia ꝓ lapſa eẽt dignitatẽ ad Gortinã & lictũ fuiſſe trãſlatũ: Et noſter uates in tertio. Lyctius idomeneus.

SER. Alpheſibœus: nomen paſtoris. Ideo aũt in religionibus ſaltabant maiores. qa nullã corporis partẽ eſſe uoluerũt quæ nõ ſentiret religiõem. Nam cantus ad aĩum ſaltus ad mobilitatem ptinet corporis. Luſtrabimus agros: ut ſupra: Dum faciam uitula ꝓ frugibus. Bacco cereri: quæ duo nomina ruſtici maxime colũt: & cõia ſunt mortalibus iunctis. Dãnabis uotis: cum præſtiteris quæ hoĩes te orauerint: reddes illos obnoxios ad nota ſoluenda. Namſumus damnati: & obnoxii anteq̃ reddamus. Reddam: ille ſupra ſolũmodo laudauerat: hic & laudat: & de munere cogitat. Sibilus: dicit̃ res ipſa. Nam ſibila ora eſt pro ſibilantia. Donabimus ante: antici pat: & offert quod ille ſe facturũ ꝓmiſſerat. Pedũ: uirga eſt ĩcurua unde retinetur pecudum pes. Antigenes: aut paſtor pulcherrimus, eſt: aut choraulum dicit: quem legimus a Vergilio amatũ. Paribus nodis: pari & æquali tumore nodoſum: Et honeſta eſt locutio formoſus nodis ac ſi dicas pulcher frænis.

Sibilus Sibila ora Pedum Antigenes Satyrus

ANT. Satyros: Satyrꝰ aĩal ẽ: qđ teſte Solino de hoĩbus nihil. aliud ꝑfert q̃ figurã. Bacchꝰ ãt ſatyros ad pſallẽdũ. i. cãtãdũ: ac ad aĩ remiſſionẽ aptos ſecũ ĩ caſtris hẽbat. de quo lege Diod. li. i. Strabo itẽ li. x. ait ſilenos & ſatyros liberi mĩſtros eſſe Alpheſibœus. ĩterpretat̃ ĩqrẽs ſeu inueniẽs boues: alpheto. n. ingro ſignificat. alpheno uero ĩuenio. Solẽnia uota. ſolẽnia dr̃ q̃ ĩ oĩbus annis præſtari ſolẽt: Feſtus ſcribit. Solẽnia itẽ dicta: eo ꝙ ſoleant fieri ĩ ãno. Luſtrabimus agros: luſtrare hic circuire ſignificat. nã ãbarualis hoſtia ut ait Feſtus: rei diuinæ cã circũ arua ducebat̃ ab his q ꝓ frugibus faciebãt: hĩc & nomẽ hoſtiæ acqſitũ ẽ: ab ãbiẽdis aruis. Mac. li. iii. ſat. de hoſtiaꝝ gñibus id edocet. Dũ rore cicadæ. cicadas rore ueſci Pli. aſſerit li. xi. Dãnabis tu quoq̃ uotis. Tu quoq̃ ut alii dii. Votis. i. pp uota oblata & nõ ſoluta habitis optatis. dãnabis hoĩes. i. damno & pœna afficies: ꝓ qđ eius potẽtiã numinis oſtẽdit. Pedũ. paſtorale baculũ ĩcuruũ dictũ ꝙ illo oues a pedibus cõprehẽdunt̃: Feſtus auctor. Et erat tũ dignus amari. Lactãtius li. vi. ĩ puerorũ corcuptores ita ſcribit. Quid enĩ põt eſſe ſanctũ his q ætatẽ ibecillã & præſidio ĩdigentẽ libidine ſuæ depopulãdã fœdandãq̃ ſubſtauerĩt. Non põt hæc res ꝓ magnitudine ſceleris enarrari. nihil amplius iſtos appellare poſſum: q̃ ĩpios & parricidas. qbus nõ ſufficiat ſexus a deo datus. niſi & ſuum ſexum prophane. ac petulantur illudant hæc ille.

Ambarualis hoſtia Pedum Alpheſibœus Solẽnia

CHRI. Satyri: de his ĩ æneide cõmodius dicet̃ Cicade: dicit̃: qa cito cadat. i. moriat̃. hæ uoce carẽt. Nã q̃ ſanguinẽ nõ hũt: nõ hũt pulmones: & q̃ carẽt pulmõibus nõ reſpirãt: ſine ſpũ ãt nõ fit uox. Ergo nõ canũt. ſed ſtridorẽ illũ ex alarũ & reliq̃ corpis cõcuſſione excitat. dicũt̃ q̃ fringere ex onomatopia. Eadẽq̃ rõne fit bõbus in apibus.

Cicada Cicuta:

Cicuta. Hæc herba caulẽ fiſtuloſũ habet Ergo hic ꝓ fiſtula ponit̃. Cæterũ hãc herbã Diaſcorides comon uocat: arabice dicit̃ ſuccara. Eius frigiditas tuim interimendi hẽt. Sed uino meraco atq̃ calefacto huic malo ſubuenitur. Fallunt̃ ãt q ſuccurã iuſquia mõ eẽ dicũt. Hæc nos formoſũ. Neceſſe ẽ. ut ꝓ Ver. poſito ſit Menalca qñ æglogas a ſe fcãs memorat. Nõ tulit. a. Laus doni cũ illud puero amato & quo tpe dignꝰ amari erat dare ñ ſit paſſus.

Saltantes ſatyros imitabitur alpheſibœus.
Hæc tibi ſemper erunt: & quũ ſolennia uota
Reddem⁹ nymphis & quũ luſtrabim⁹ agros
Dũ iuga mõtis ap: fluuios dũ piſcis amabit.
Dũq̃ thimo paſcent̃ apes: dum rore cicadæ:
Semp honos nomẽq̃ tuũ. laudeſq̃ manebũt
Vt baccho cæteriq̃ tibi ſic uota quotannis
Agricolæ facient: damnabis tu quoq̃ uotis.
Quæ tibi q̃ talí reddã ꝓ carmĩe dona? Mo.
Nam neq̃ me tantũ uenientis ſibilus auſtri:
Nec percuſſa iuuãt fluctu tã littora: nec quæ
Saxoſa inter decurrunt flumina ualles.
Hac te nos fragili donabimus aĩ cicuta Me.
Hæc nos formoſum corydon ardebat alexin
Hæc eadẽ docuit: cuium pecus an melibœi:
At tu ſume pedũ (qđ me cũ ſæpe rogaret Mo
Nõ tulit antigenes: & erat tũ dignus amari)
Formoſum paribus nodis atq̃ ære menalca.

AN. M. Adonis. Theocritus quoq; ait in prima Valde age carpe uias: puer est formosus Adõis. Et timidos figit lepores: nec parcere nouit: Ille ferist tru cibus: pascit dum mõtibus agnas. Fuit aũt Cinyræ cipriorũ regis filius ex myrrha filia: quẽ ardentissima uenus adamauit: tandẽ ab apro uulneratus ĩteriit: de quo latius libro. x. met. fuerat aũt rex hortorũ q; nobiliũ possessor. Vnde Plinius libro. xix. ĩquit Et quoniã ãtiqtas nihil prius mirata est q̃ & hespidum hortos: ac regum Adonis & alcinoi. De Adoni & Venere multa Macrobius li. i. sat. Vpilio. nõ opilio per o in principio: sed upilio per u legendũ est auctoritate etiã Prisciani qui dicit o breuem in hoc noĩe esse cõuersã in u lõgã ex literarũ affinitate. Seruius uero existimauit Maronem fecisse diphthõgon græcã ꝑ metrũ ut onnoma pro onoma: sic upilio pro opilio. est autẽ ouĩũ custos. Vuidus. pinguis. Aliũ: antoniũ significat uti iam diximus. Agresti honore. cũ agresti corõa. qđ ipse declarat dicẽs. Florentes ferulas &c. Syluanus amauit cyparissum. Pan syringa. Apollo daphnen. iccirco hos ad Gallũ uenisse poeta ait. Ferulas. De ferula legito Pliniũ li. xiii. & li. xx. Pan. deus: latius supradiximus. Video etiam macrobium libro primo sat. ubi leges Pana solem esse.

Adonis

CHRI. Adonis: ex Papho Cipri rege natus est. Cinara uero Myrrhã filiam habuit: quæ ex patre insciõ tñ cum filiam concubere Adonem genuit: qa Venere amatus fuit: & demum ab apro in siluis cæsus. a Venere post multas lachrymas in florem purpureum ĩmutatus est. Qui uero ad istoriam fabulam referunt Venerem Syriã fuisse tradunt ex matre Cypria: quæ Adoni nupsit: & ut Lactantio placet meretriciam artem instituit. Macrobius autem rem ad physicen refert aitq; Adonem pro sole: Venerẽ uero pro superiori terræ hemisperio qđ nos incolimus poni: ut proserpina ponitur pro inferiori. Ergo Venus. i. terra gaudet Adone cum sol per supiorem zodiaci partem decurrens uer atq; æstatem facit tuncq; ridet floribus frondibusq; ornata. Cum uero per signa meridiana ferẽ q̃n ad aliud respicit emisperium: & a nostro recedit: eripiẽ sibi a proserpina adonis atq; ab apro interficitur: idest ab hyeme: quæ quidẽ frigore galacieq; hispida est ut aper. luget q; tunc terra idest uenus qa nubibus pluuiisq; tristat hyemis tempore. Mox tñ redeunte uere: iterum ridet herbis & floribus & frõdibus. ideo q; Aprilis ueneri dicatus est. Eadẽ ẽt rõne. Isisq; i. terra Osirim. i. solẽ apud ægyptios iuget. Hæc ait macrobius Eusebius aũt Pãphilus ait apud priscos adonim atq; arborũ frugũq; flores intelligi. Sed uolunt atĩ eos flores significare qui ante maturitatẽ decidũt: neq; fructũ gignũt. Propterea q; illum emasculatum poetæ fingunt adonem uero uolunt eos flores significare qui fructus producũt: qua propter illo gaudet terra. Vpilio cum græci uolunt o micron: idest breue longum efficere adiungunt illi υ utopsilon οὖ. Ergo cum sit opilio qua si ouilio custos ouium. mutauit o in u: & u est pro ου diphthongo græco quo diphthongo nos latini caremus.

Venus

Subulci. a suibus dictũ est. Hiberna: Quia hiberno tpe iam maturæ legantur. Glandes. diximus enim in superioribus glandes esse a Quercu: Robore: ilice: æsculo: cerro: subere: fago & galla: & diximꝰ primum mortalium cibum glandes fuisse. asserit tamen etiam plinius sua tẽpestate per hispanias inseri glandes secundis mensis Easq; tamen cinere tostas esse dulciores. Erat autem cautum duodecim tabulis. glandem in alienũ fundũ ꝑcidentem licere colligere: oĩum arborum fructus: aut poma appellantur: ut mala & pyra. aut nuces. ut iuglandes: glandes: auelanæ amygdolæ: castaneæ. aut bacce: ut sunt: olæ: lauri: & corni. aut sunt acini ut uuæ: malipũi ci sambuci: & ebuli. Siluãnus: deũ siluarũ hũc putabãt: & fœtis mulieribus q; nocure. Itaq; ne noctu ingrediẽs illas uexaret tres illis deos custodes adhibebãt. Sed eorũ deorũ significãdorũ causa tres mortales noctu circuire limina domus uidebãt: ut primus limen securi feriret: secũdus pilo tonderet: tertius scopis deuerret: ut his datis culturæ signis siluanus prohiberetur intrare. Nam nec arbores cæduntur putantur ue sine ferro: nec far confĩcitur sine pilo nec fruges coaceruantur sine scopis. ab iis autem tribus tres nominant deos ait uarro. De apollĩe autem quem hic intelligit nomium: idest pastoralem dicemus alio loco. Ferulas: ferula ait diascorides: eutherion appellatur. hæc in calidis ut ait plinius nascitur locis atq; transmaria geniculatis nodosa scapis. duo eius genera: que in altum assurgit narthex dicitur. Marchetia uero sup humilis. Natura eadem quæ aneto & fructu similis. Nulli fruticum leuitas maior: ob id facilem baculum senectuti præbet Quæ ab uno capite diuiditur in cacumine fœmina putatur. Ferula reliquis animalibus pestiferum pabulum prebet. asinis uero gratissima est q̃ re id animal baccho assignatur cui & ferula. Semen eius in italia cibus est. conditur in urceis & durat ad annũ ignem ferula optime seruari certum est. Et a sole ignem prometheum furatum ferula seruasse fabulantur.

Ferula

SER. Amor nō talia curat. Quasi expertus loquit̃. Tristis at ille: alii tñ superioribus iungūt: Sed melius est ut sic legamus. Tamen cātabitis. ut sit sensus: licet ego duro amore cōsumar: tñ erit solatiū: quia meus amor erit uestra cātilena quandoq;. Ossa quiescēt: ná se dicit esse moriturū. Olim: futuri tpis est mō. Aut custos gregis: ac si diceret. Quid mihi quid urbibus: ubi sunt meretrices tā publice q̄ pfidæ. Quicūq; furor: omnis amor plenus furoris est. Hic gelidi fontes: ac si diceret. Quid te iuuat iter frigora gallicana demorari. nūc insanus amor. Hinc usq; ad finem amatoris oñdit̃ inconstātia: cui electa displicēt statim. Tela inter media atq; a. d. h. ex affectu amātis. Ibi. n. se putat ubi amica ē

Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem
Ecquis erit modo inquit: amor nō. talia curat
Nec lachrymis crudelis amor: nec graia riuis
Nec cytiso saturant̃ apes nec fronde capellæ.
Tristis at ille tamē cantabitis arcades inquit
Montibus hæc uestris: soli cantare periti
Arcades: o mihi tum q̄ molliter ossa quiescēt
Vestra meos olim si fistula dicat amores
Atque utinam ex uobis unus uestriq; fuissem
Aut custos gregis: aut maturæ uinitor uuæ.
Certe siue mihi phyllis siue esset amyntas
Seu q̄cūq; furor: q̄d tum si fuscus amyntas
Et nigræ uiolæ sunt: & uacinia nigra:
Mecum inter salices lenta sub uite iacerent:
Serta mihi phyllis legeret: cantaret amyntas
Hic gelidi fontes: & mollia prata lycori
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer æuo.
Nunc insanus amor duri me martis in armis
Tela inter media: atq; aduersos detiet hostes
Tu procul a patria: nec sit mihi credere tantū
Alpinas ah dura niues & frigora rheni
Me sine sola uides: ah te ne frigora lædant
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plātas
Ibo: & chalcidico quæ sunt mihi cōdita uersu
Carmina pastoris siculi modulabor auena
Cretum est me in syluis inter spelæa ferarum

Nec sit mihi credere. Per parenthesim: & hi uersus de galli uolumine trāslati sūt. Dura: Quæ amorem spernis: & gallicana potes frigora ferre. Sola Vt illud sola domo mœrens uacua. Ibo & chalcidico. In euboea insula Calcis est urbs de q̄ fuit Euphorion: quē transtulit gallus. ergo ibo & theocritio stilo cană carmīa Euphoriōis. Spelæa: græce pro speluncis. Chalcis Euphorion

AN. M. Ebuli. Ebulū herba e alto caule: in sūmitate semen habēs uti sabucus. Ebuli fumo fugant̃ serpentēs: ut Plinius libro. xxv. Minio: inuenit̃ in argentariis metallis miniū quondā apud romanos maximæ auctoritatis sacræ religionis: uñ Iouis simulacri facies diebo festis minio illini solebat: triūphantumq; corpora: & sic camillū triūphasse: Pli. li. ix. c. xxxiii. O mihi tum: ordo est. O si olim uestra fistula dicat meos amores: q̄ molliter mihi tum ossa quiescent. Vinitor. uineæ custos dicit̃. Furor. amor. Tu procul a patria. Ordo est: tu procul a patria sola sine me: ah dura uides niues apinas & frigora Rheni. Nec sit mihi credere tantū. Nec possim credere talia: optat. n. nō fore uera. Rheni. Rhenus fluuio ē qui germaniā a gallis & Panoniis separat: ut scribit Tacitus. Strabo aūt. lib. iiii. scribit q; Rhenus magnas in paludes lacunq; magnum effūditur: quem Alpinorum pleriq; contingūt. & transalpinorum nōnulli. Calcidico uersu. de Euphorione intelligit de quo Fab. li. x. fic. Quid euphorionem trāsibimus: quē nisi probasset Vergilio idē nunq̄ certe cōditorum chalcidico uersu carminum feciſſet in Bucolicis mentionē. Seruius addit gallū transtulisse Euphoriōis opus. Calcis aūt ut scribit Strabo li. x. Euboeæ metropolis erat in qua etiam Aristoteles uersatus ē quo ad uita functus. Modulabor. canam. Pastoris siculi. Theocriti. Rhenus

CHRI. Baccis: p acinis posuit de quibus diximus in supioribus. Ebuli. ebulus chameactis. i. humilis sambucus. Nam actis græce sábucus dicit̃. Ergo humilis q̄a nō surgit in altitudinē arboris: ut sambucus: sed parum extollit̃ a terra: uerū frondes. & flores. & aci nos similes hēt sambuco. Si ex ebulo fiat ēplastrū cum sepo hircino cōfert podagræ. Si sedeat̃ in eius decoctiōe expellit secunda & cōfert hydropisi. Succus īmissus in aures sedat sibilū. Si ebibat̃ cōfert morsibus uenenato;

Minio: in argenteis metallis inuenit̃: Romæ in sūma religione fuit. Nam Ioui simulachri faciē diebus festis illini solitū erat. Corpora etiam triūphātiū minio illiniebantur. Quin & a cēsoribus in primis lupiter miniādus locabatur. Militon nocant græci. Alii cinabari: quanuis uidi cinabare appellare semen draconis elisi pōdere elephantis in morte cadentis permixto utriusq; animalis sanguine. Multa alia de minio reperies apud Plinium.

Tristis: ostendit q̄ perditus sit ex amore qui nulla ratione ne adeo quidem inde remoueri possit: potiusq; in illo mori q̄ liberari uelit solatiumq; post mortē iam quærat ex arcadum cantibo. Dolet deinde se nō fuisse unū ex illis cū quocunq; alio amore post hæc inuitat Lycorim ad uoluptates rusticanæ uitæ. In quibus si cum illa fuisset: separabat se posse consumare æuum idest peruenire ad ultimā ætatem: qua priuatus p̄sentē uideat mortem.

Tu procul a patria: nec. s. m. c. tñ. s. facimus: noluit. n. exp̄mere ne illū exp̄mere: ne illā offēret. nā ex affectu amoris ita alloquebat̃ ut pñtem esse putaret. Ah: repetitio est ut ex uehementia maiorē dolorem exp̄mat. Teneras: huic opponit aspa: q̄ oppositio cōtrariorū uehemēter affectū auget. Certū ē: pēitō decreui. oñdit aūt poeta ī amātibo iiuria affectis alternati īsurgere mō īdignatiōem ex ipa accepta iiuria: q̄ rē amatā relinq̄re ḋcernūt: paulo aūt post affectū amoris quo īdignatio illa nō solū mitigat̃. Eed pēitus tollit̃. Vñ ē illud ꝓptianū: Si dolor affuerit crede redibit amor. Hinc orit̃ summa leuitas in amāte summaq; inconstantia: ut quæ tam seuere Paulo ante decreuerat: mox penitus damnet Quam rem Terentianus Parmeno mirifice exprimit.

SER. Crescēt illæ iterū desplicet ne cū arboribꝫ eiꝫ crescāt amores. Parthenios. Parthenius mōs ē ī archadia a uirginibus dictus: que illic uēari cōsueuerūt. Hamadriades nymphæ quæ cū arboribus oriūtur & occidūt qualis fuit illa quā Erisithon occidit. Qui cū arborem incideret uox inde & sāguis erupit ut Ouidiꝫ docet. Nec carmina: quia dixerat carmīa pastoris siculi. Cōcedite sylue ꝓpter illud. Iā mihi per rupes uideor lucosq; sonantes. Nec si frigoribꝫ. Snīa est nec maximis in frigoribus: nec maximis in caloribus positus potest carere amore. Et physice loquitur: q; cōtraria cōtrariis curant aut similibꝫ. Sytonias: Syton mōs est Thraciæ. Versēus: pascamꝫ. Gracili. f. allegorice oīdit se cōposuisse hūc librū tenui stolo. Quātum ue. amo Gallū sed latē ter sicut arbores crescūt: & hoc ꝓp cesarem. Frugibus. q̄to magis hoībus. Capellæ: uerecūde se capellarum. i. uiliū aīaliū dicit pastorē. Nā bucolica scribēs: boū se pastorē debuit dicere sed uitās arrogantiā ultimū se & ñ ꝓncipē ī scribēdis bucolicis facit.

Syton

Male pati: teneriſq; meos incidere amores.
Arboribus: crescent illæ: crescetis amores
Interea mixtis lustrabo mænala nymphis:
Aut acres uēabor apros. nō me ulla uetabūt:
Frigora parthenios canibus circūdare saltus.
Iam mihi per rupes uideor: lucosq; sonantes
Ire: libet partho torquere cydonia cornu
Spicula: tanq̄ hæc sit nostri medicina furoris
Aut deus ille malis hoīum miteſcere discat:
Iā neq; hamadryades rursus nec carmīa nobis
Ipsa placēt: ipsæ rursus cōcedite sylue
Nō illum nostri possunt mutare labores
Nec si frigoribus mediis hebrūq; bibamus
Sythoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ
Nec si quum moriens alta liber aret in ulmo
Aethiopem uersemus oues sub sydere cācri
Omnia uincit amor: & nos cedamus amori:
Hęc sat erit diuæ uestrum cecinisse poetam
Dum cedet & gracili fiscellā texit hibisco
Pierides: uos hæc facientis maxima gallo
Gallo. cuius amor tantū mihi crescit in horas
Quatum uere nouo uiridis se subiicit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cācāti ꝺꝫ ūbra
Iuniperi grauis umbra. nocēt & frugibꝫ ūbre:
Ite domum saturæ uēit hesperus: ite capellæ.

Parthenius

cydonia

Hamadryades

Herbus

Omnia vincit amor

AN. Parthēios saltꝫ. Parthēius mōs ē Archadie teste Pli. li. iiii. Parthenos aūt uirgo dicitur. Parthenia uirgitas. Partho cornu. arcu parthico. Cydonia. spicula. Cydonia ciuitas una est e tribus Cretæ eximiis: ut strabo li. x. scribit. In ea aūt calami spiculis aptissimi. Hamadryades. eæ dicūt ēē nymphæ quæ cū arboribus nascūtur. hama. n. aduerbiū una uel simul significat. Drys uero quercus est. Herbū fluuius est Herbus sub Rehodope Thraciæ mōte nuoso. Pli. li. iiii. Sythonias niues Sythō dicta est olim Thracia: ut docet Gel. li. xiii. c. vi. Sub sidere cācri. xiiii. cal. Iulias sol existēte gemīs & īgrediť cācri: ut scribit Ouid. li. vi. fast. Aethiopum oues strabo li. xvii. scribit q; Aethiopes magna ex parte pastoralem ac īopē uitā degunt: tum ꝓp soli tenuitatem & aeris intēperiē tum ppea q; longi a nobis sepositi sunt. Versemꝫ. pascēdo circūagamus. Poetā. Maronē ipsum. Hibisco. de hoc & hespero satis supra. per fiscellā uero & hibiscum tenue carmē bucolicum ītelligit. Maxīa. cū sint minima. Capellæ. se Aepolū potius q̄ opilionem aut bubulcū uitandæ arrogātiæ cā ostendit: ut per id se in scribendīs bucolicis minimū fateať. Hæc iā satis. sequemur igiť georgicon cōmentarios: ut una legantur.

CHRI. Male pati: male obdurare cōtra amorē. neq; illam āplius curare. Teneriſque: qđ sit solatiū aliquod mei desiderii. Deinde damnat hoc cōsiliū ueluti nociturū: qa ex ea re magis accēderēť. Post hæc quærit dupliceť medicinā. Nam amor aut alio amore tolliť. Vnde Ouidi. Successore nouo tolliť oīs amās. ut. n. clauo clauꝫ trudiť: sic amor amore pelliť. Hīc est quod ait: Interea mixtus lustrabo mænela nymphis. Aut quod multo ualidius est decernit se uitam piculosam & laborioſam exercere. Nam quod apud Tertentiū ait: Menedemus ueriſſimū est amorē & gigni & facile nutriri ex ocio & delicata uita. Frigora. nā si amor īflāmat facile frigore extinguēť flāmæ. Saltus. oīa loca sunt quæ inculta ad sylvas & ad pecudū pastus relinquūtur. Parthenios: parthenius flumē est Arcadiæ dicatum uirginibus. Nam παρθένος uirgo est. Alii illum in Paphlagonia esse uolunt. Cydonia Cydō urbs est in Creta: ubi sunt optimi calami ad sagitas cōficiendas. Et qm̄ apud parthos populos erāt optimi sagitarii admiscuit Cydonia & parthica. Sub sydere cancri: ubi ingētissimi sūt calores. Nam in prima parte cācri solstitium æstiū est. Et cancer supra caput æthiopū perpendiculariter radios iacit: adeo ut syne quæ supra Alexādriam quinq; milia stadiorum est in meridie solstitii nulla umbra sit. Ibi putens experimenti gratia factus totus illuminatur. Intrat autem cancrum sol die tertiadecima lunii. Sed ita est solstitium ut ab octaua die huius mensis usq; ad quindecimā sit semper lux quindecim horarum & tertiæ partis unius horæ. Hebrumque. b. Thraciæ flumen est: quod ubi mari admiscetur. Tentoris portum habet: & polydori tumulum. Liber: qui interior est nedum cortex qui ē exterior. Et nos cedamus amori: quasi dicat si amor oia uincit temerarius uidear si uelim illis obstare. Fiscellā: uas est uimineum. Est aūt diminutiuum sed eius primitiuum potius in masculino profertur fiscus in quo cū olim pecunia quæ ænea erat in ærario conderetur: pro ipso ærario poniť. Hibisco: species malue est: latinum maluauiscum uocant arabice cathyn. Eadem herba altea est: de qua Macer. Altheam maluæ speciem nullus negat esse. Altheam que dicunt illam quæ crescit in altū. In horas. per singulas horas. Alnus: arbor fluuiatilis est: quæ proprer assiduū humorem celerime crescit. Subiicit: sursum iacit se idest erigitur: puto esse ex antiqua præpositione subsum quod est sursum. Cato de re agraria. Si male arabit radices subsum adibunt crassiores fient: & in in radices uires oleæ abibunt.

FINIS

PROOEMIVM

Christophori Landini florentini in interpretatiões georgicorum maronis ad Petrum medicem Prooemium.

OElices ꝓfecto Petre medices ac ꝑ byatos ꝑscos illos mortales uixisse crediderī q ĩter greges armẽ
f taq; ĩ agris degẽtes ꝓcul ab oĩ aĩorũ ꝓturbatiõe ita negocia ſua pagebãt: ut tráqliſſimo ocio fruerẽt. Quippe q iis: q̃s ſctiſſima oĩum pens terra ꝓducit opibus contẽti ſũmas tũ demũ ſe opes aſſecutos putarẽt: cũ ea quæ natura deſiderat: eſt ãt paucis mĩmiſq; cõtẽta nature: abũde ſibi adeẽnt. Quo qdẽ tpe ſuis q̃ſq; pñtibus rebus delectatus neq; auaritia neq; ãbitiõe cruciabat. Nulla erat ĩ eũ q aut plura: aut mĩo ra poſſi deret ĩuidia. Et cũ ꝓ aĩ modeſtiã nullũ iurgiũ nulla in quẽq; cõferret iniuria ne minimũ qdẽ odii ueſti giũ apparebat. In uictu uero ſobrietas: & epularũ poculorũq; plebia ſimplicitas. ac deniq; in oĩ cultus gñre pti mõia cũctos mortales ĩtra tẽpãtie fines cõtinebat neq; dcm̃ ullũ neq; fcm̃ nõ dicã libidinoſũ: ſed ne paulo qdem laſciuius uſq̃ apparebat: ĩ huiuſcemõi igit uitæ gñre tã qeto táq; tráqllo qs nõ iure crediderit mortales ĩpos neq; inani ulla: leuiſculſa uel lætitia exultãtes: neq; ardẽtioribus cupiditatibꝫ æſtuãtes nõ tĩore ĩminẽtiũ piculorum exerritos: nõ ex edẽtibus ægritudibꝫ cruciatos paſſim feliciſſime uixiſſe. Ac ſi q ĩ tãta turba extiterũt ĩ qbꝫ exce lẽtius diuiniuſq; naturæ bñficio ĩgẽiũ eluceſceret. potuiſſe eos ſeſe colligere atq; mẽtes ita a ſenſu ſe uocare: cũ ctaq; terrena ac momẽtanea ita cõtẽnere: ut cognitiõi maximarũ rerũ q̃ hũanus aĩus ueluti nectare ambroſiaq; aliter ardẽter ĩcũberẽt. Hos igit magnarũ rerũ ꝑmos auctores: & q multis ſæculis añ eos quos nũc ꝓferimus at que ꝑferimus floruerĩt facile fuiſſe crediderĩ. Nã quẽadmodũ qd̃ ſuapte natura fœlix ac pĩgue ſolũ ẽ: tũ demũ uberrimos fructus edit: ſi ſentes fruticeſq; oẽs: atq; oẽs quæ noxie ſũt herbæ ĩde radicitus uellãt ſic hoĩũ ĩgẽia & ſi ad quæq; maxĩa ꝑclariſſimaq; nata ſint: tñ niſi uariarũ ac ĩterſe deſſidẽtiũ ꝓturbationũ ſemia qbꝫ exagitati nihil altũ excelſũue ĩſpicimus penitꝫ in nobis extĩguant: nũq̃ in origĩs noſtræ q̃ diuina cæleſtiſq; ẽ recordatio nẽ redire ualebimꝫ. Quas ob res nemo aut tã rerũ oĩum ignarus: aut in cõem oĩum optimã ꝑẽte tã ĩiquus táq; ĩ pius iudex ĩuenict q nõ optĩe ac liberaliſſime uel a natura uel ab eo potiꝫ a quo oĩs natura ẽ nobiſcũ actũ eẽ ne get. Nã cũ nos ex aĩo corporeq; cũſtare uoluerit. Alteri in ꝑmis ĩgẽiũ dedit quo illũ excolere atq; excultũ ad di uinarũ rerũ uñ originẽ ducit cognitionẽ erigere ualeamus. Alteri tãtã táq; uariã ac ſuauẽ multorũ fructuũ di uerſarũq; frugũ copiã ꝑbuit: ut ſine cuiſq̃ iniuria: ſine multo labore abũde ali poſſit: ut ſimul & dũ in hoc ĩferio ri mõ pegrinamur hac q̃ uiuimus uita frui: & cũ inde diſceſerĩus ad ſupas cæleſteſq; ſedes euolare facile poſſi mus. Verũ nos uix dũ in lucẽ ꝓducti ſũmus cũ malis moribꝫ: ac peſſi nis exẽplis deprauati: naturales uolupta tes aſpnamur: atq; in nũeris iiſdẽq; in explebilibꝫ cupiditatibus ĩcẽſi ita in ꝓceps ferimur: ut a recta uia lõge ab errãtes naturã noſtrã dediſcamus: ac hoĩem pẽitus exuamꝫ. Qua qdẽ ex re ueluti circeis poculis ĩ ĩmaniſſimas beluas cõuertimur. Quid. n. a ſue uoluptuoſus differt: aut qd cũ urſo nõ hẽt iracũdus cõe. Nec exꝑſſus ꝑſonã ullam agit in ſcena hiſtrio q̃ aut crudelitate tygres: aut auaritia lupi a nobis agunt: ut nihil deniq; ꝑter ſitũ figu ráq; mẽbrorũ qd̃ qdẽ hoĩs ſit iã retĩeamus. Atq; ut paucis cõcludã uſq; adeo uita hũana a priſcis illis aureiſq; ſeculis degenerauit: ut ſi uetuſtiſſimi illi uiri nõ dicã Abrahã: nõ iſac: nõ iacob: nõ reliquos eiuſdẽ ætatis: q ĩ pa ſcuis atq; agris degentes artes uaria ac plurĩas & hũano gñri ſalutare ĩuenerũt: in uitã reuocẽtur. Sed ſi alcinoꝫ ille pheacũ rex ad nos reuertat. Si ꝑmi romãorũ ſiue reges ſiue ciuitatis ꝑncipes nũc reuiuiſcãt. Si romulus cu ius uita ĩter paſtores uerſata ẽ. Si nũa cuius leges agrorũ culturã in ꝑmis tuẽtur atq; honeſtãt: Si ſerani: cincina ti curri: reliq; huiuſmõi uiri in lucẽ redeãt q in agrũ opus ruſticanũ curãtes ſæpe in urbẽ: atq; in ſenatũ ut ma giſtratus: quos ſibi populus mãdauerat inirẽt ꝑ uiatorẽ accreſcebant ſi ii inq̃ oĩum delitiarũ: mollioriſq; cultꝫ ignari rurſus in uitã reuocent uix nos ita pœnitus ĩmutatos ſui gñris eẽ exiſtĩabũt. Que qdẽ tã pnitioſa peſtiſ uñ hũanũ gẽus ĩuaſit niſi q; ſciſſimæ oĩum pẽtis: quæ nos ꝓduxit: quæq; ꝓductos copioſiſſime: rectiſſimeq; nu trit atq; educat: culto neglecto in oẽ flagitium ac ſcelus abiuimꝫ: aliiq; ueluti pro ſale tñ aĩum q diuĩus ĩmorta liſq; eſt accepimꝫ ſõno uẽtriq; emãcipati ad normẽ Sardanapali oĩ uiuẽdi officia dirigamꝫ. Alii in extinguibili hũdi ſiti uexati cõtra oẽ iuſticiæ gẽus ꝑ oĩa picula ꝑſarũ opes æq̃re cõtẽdimꝫ. Alii ut cæteris mortalibus quos natura pares æq̃les. nobis produxit ĩpemus oia ſciſſimæ ſocietatis uincula arrmupamus nõ ferro non igni: non aliquo uenenorũ gñre abſtineãus nulla deniq; fraude nulla ui tẽpemus ut ꝓncipatũ ac potius tyrãnidẽ occupe mus ſcelerati oĩno q qd̃ in reliquorũ uſũ ſũere oportebat eo uniuerſo in noſtrã libidinẽ ac in aliorũ ꝓnitiẽ abuta mus. Neq; aĩaduertius q ꝓncipes eẽ cupiũt ſepaſtores ſimillĩos eẽ oportet. Nã ut illi in paſcuis nõ qd ſibi ſed qd armẽtis gregibuſq; cõducũt oĩo cõſulũt: ſic ipſi niſi tota uia hẽret oĩm mẽtẽ oẽ cõſiliũ cõatus deniq; oẽs ſuos ĩ eoẽm eorũ utilitatẽ q ſuæ ſe tutelæ cõmiſerit ſua ac propa neglecta dirigere curabũt. Qua ꝑ iure a ꝓncipe gre corũ poetarũ Homero ſæpiſſime ποιμενὲσ λαῶν .i. paſtores populorũ reges appellant. Que qdẽ oĩa ſi dili genter intueãur: qs nõ iã uideat q̃to hũani gñris detrimẽto a duro illo ac pco agreſtis uitæ cultu in hũc ciuilem ſi mõ ciuilis ac nõ potius deſidio us appellãdus eſt luxum diſceſſũ ſit. Ex q̃ta aĩorũ tráqlitate: in quot quãtaſq; procellas noſtra ſtultitia ſimus detruſi. Quapp ſi qetã ſi fœlicẽ uitã: a qua deprauata falſaq; opinio nos dicit iure noſtro recupare nitiẽ: redeamus quæſo ad illã priſcorũ uirorũ ſimplicẽ frugilitatẽ: quã quidẽ & ſcĩa nemo propter corruptos deprauatoſq; mores libenter ſequatur. Oẽs tamẽ ui naturæ ĩpulſi ſummis laudibus celebrãt atq; extollunt. Nec pudeat in nos agro uerſari. cũ tot reges totq; inuictiſſimos impatores ipſis triũphalibꝫ ma nibus agrũ colere nõ puduerit. Referrẽ ꝓfecto hoc in loco: quot bonis abundet res ruſtica: quot rurſus q̃riſq; malis ĩmunis exiſtat. Referẽ ꝓterea agri colendi uoluptatẽ: proxime ad eã quæ nobis ex rerũ cognitione euenit accedere: niſi paulo poſt ipſe Maro maximis ualidiſſimiſq; argumẽtis id demõſtraturus ſit. Verũ Homerum quoq; legamus: apud quẽ nõ ſolum Alcinous ſumma cũ uoluptate in agro uerſatur. Verum etiã Laertes id qd̃ de filio capiebat deſiderium agricultura leniebat. Verum quid populo romano: aut maius: aut excelentius ter rarum orbis uſq; uidit. At quorum cõſilis: quorum obſecro uiribus ex humili aſylo ad tñ culmen imperium illud erectum eſt: niſi eorum qui in agreſti opere exercebantur uirorum: quorum tetrica aſperrimaque diſciplĩa donec in re publica uiguit aduerſus omnes reges. aduerſus omnes populos ac nationes romanus populus cum maxima ſua gloria uictor ſemper euaſit. Adeq; tanti huiuſcemodi diſciplina apud priſcos habita eſt. ut Ro mulus rex alioquinin arma potius q̃ in religionem propenſus: tamen aruorum ſacerdotes in primis inſtituit.

atque se duodecimum fratres appellari uoluit. Quin & honoris causa spiceam coronam quæ uictis aureis colli garet huiuscemodi sacerdotio insigne ee istituit: Res quidē eo maiorqa añ hāc apud romanos corona fuerat nul la. Numa ãt cū nihil agricultura excellētius putaret: ipsis frugibꝫ deos colere istituit: & mole salsa: quæ farre hor no: hornoqꝫ sale cōficeret: illis sacrificandū censuit. Idē res & fortunæ calue torrendi farris ferias celebrādas cu rauit. Inter p̄cipuos ãt deos & seiã a serēdo: & segesta a segetibus colebãt. Nouas uero fruges. nouaqꝫ uina nemo antea degustabat q̄ ex illis primitias sacerdotes diis īmortalibus offerēt. Multis quoqꝫ ac uenerādis noibꝫ terre nu numē adorabãt. Dixerūt. n. tellurē a femía ui: qa ipsa ī se semīa ac uarios cōceptus recipit. Dixerunt tellūonē uirili masculoqꝫ genere: qa semīa ex se emittit. Dixerūt altorē: qđ ex terra alent oīa. Dixerūt rursorē: qđ rursus eodē cūcta reuoluant. Dixerūt magnã matrē: qđ cibū oībus pariat. Dixerūt ꝓserpinã: qđ īde preserpãt fruges. Dixerūt opē: qđ ope melior fiat. Dixerūt deniqꝫ: uestã: qđ uariis herbis ac arboribus uestiat. Quãti aũt terrã fa cerēt ãtiq. Vel ex hac maxīe cōiectari possumꝫ qđ inictissimorū īpatorū: id laborū piculorūqꝫ ac uulnerū p̄miū ãplissimū putabat si tñ soli accepisset quãtū una die arari cōtigeret. Ab agricultura honorificētissima cognomi na ꝓueniebãt. Nã & Pilūnus is q p̄mus pilū pistrino adiuēisset: cognominatus ē. Pisones ãt a pīscēdo uel a pi sis qs nomē adinuenisse ignorat. A fabis uel a fodēdo dixerūt fabios: ut a lentibus lentulos: a ciceribus cicerones Honorē aũt maximū cōsecutū is se putauit: q̄ iccirco bubulcus dictus est: qm̄ in arādo bobus sciēter uteret. Nec fuit grauior cēsura q̄ q agrū male coleret cēsoria n ota affici. Refert aũt. M. Cato illū ãplissime laudādum fuisse quē bonū colonū suī ciues noīarēt. Seruius rex bouū ouiūqꝫ effigie primus æra signauit. Cur aũt gloriã adoreã a farre dixerūt nisi q̄a eū demū uerã laudē iudicabãt: quã ex agrorū cultura reportarēt. An ne in uno romano po pulo: quãuis ipse p̄clarissimū exēplū ee possit diutius cōsistã uideamus. q̄to quoqꝫ in honore rei agrariæ discipli na apud cæteras natiões sp hīta sit. Nã apud græcos sapra q̄nqꝫ atqꝫ q̄drgīta de ea re scriptores enumerant. In q̄ bus p̄ncipes hīt Hieronē syracusanū & epicarmū discipulū Attalū ꝓterea & philomatrē. A sapīe uero fontibus ꝓfecti Democritus Abderites: Xenophō socraticus: architas tarētīus. Et pipateticorū p̄nceps Aristoteles cū Tirtão, siue theophrasto eiꝰ discipulo. Nō tñ mīorē laudē meruerūt latini scriptores quorū p̄mū sese offert. M. cato cēsorius: post hūc duo Saserne pater ac filius diligentius rē agrariã erudierūt. Tremellius deinde: scrofa de eadē re eloq̄ntius scripsit. Mox doctissimus oīm latinorū. M. Varro illã optīe expoliuit. Secutus hos ē poeta no ster cuiꝰ carmīe tãtã auctoritatē cōsecuta est agricultura: ut nulla ciuilis disciplina magis cū sapīa cōiūgi posse q̄ illa uideat: ī q̄ re eū quē sibi imitādū, ꝓposuerat Hesiodū lōgissimo sibi īteruallo a tergo reliq̄sse oēs ītelligunt. Scripsit Iulius Iginius scripsit Cornelīꝰ celsus: Scripsit Iulius acticus: Scripsit & Iulius græcinus: Quid aũt ī agricultura explicatiꝰ absolutiusqꝫ. Moderato columella legere poterimus. Quid distīctiꝰ Rutilio paladio. Nã & ī sua illa nãlis historiæ nūerosa serie suū agrorū colēdorū disciplinæ locū ita tribuit. C. Plinīꝰ ut & pluria & p̄clarissima ī eã p̄cepta dederit. Addã si placet q̄ ex. S. C. decretū fuit ut pœni māgōis octo & uigīti memorabi lia uolumīa in latinã liguã ꝟterēt. Nec mirū cupiã uideri oportet si apud eos q & prudētia & modestia insi gnes eēnt uiri in tãta ueneratiõe hīta sit in huiuscemodi disciplina: q̄ñ q̄dē ex oībꝰ q̄bus uita hūana cōtīet artifi ciis nullū neqꝫ uitæ degēdæ nō dicã cōducibiliꝰ: sed ne magis q̄dē necessariū: neqꝫ ad mores optimos: & purio ris uitæ īnocētiã cōseruādã magis ex usu iuēiri possit. Nã ut ꝓterea multorū artificiorū īhonestas sordes: & mer cenarios plerosqꝫ q̄stus: q̄bus aīus corpusqꝫ effeminat: & iuuētus pēitus corrūpit nōne mercatura ipsa: quæ tñ si nō sordida sit honores suos facile tueat maximis grauissimisqꝫ piculis singulis pene horis expōit. Absporr tãda īportãdaqꝫ assiduo multa sūt: & sæpe uel una tēpestas: uel unus pyratarū latronūqꝫ īcursus tpis mometo ea oīa aufert: quæ uix multis ānis multisqꝫ laboribus accumulata fuerāt: neqꝫ nostra solū amittimꝰ: uerū ēt qa fidē fallere cogimur multos in eādē calamitatē trahimus. Fœnerari uero qs nō nouit oībꝰ mortalibus uchemēr ter pnitiosū ee. Quæstū uero ex re militari oēs scimus sine rapina & fāguīe ee nō posse. Oratoria uero facultas aut medicīa: aut iuris ciuilis scīa paucis admodū dat: quibꝰ & a natura īgēiū & assiduis uigiliis disciplīa ꝓuēit Neqꝫ sine sūma pfidia is q absoluta doctrīa caret id pollicet q̄d in sitia ꝓhibitꝰ deīde p̄stare nō pōt. Nã & me dicus ægrotū suæ fidei cōmissū sæpissime ad īteritū īducit: & orator causidicusqꝫ cliētis cām īsciēia deceptus, p dit. At agricultura bñfica liberalisqꝫ ē: & sine cuiusq̄ scelere multiplici fœnore quæcūqꝫ accepit cū summa fide reddit. Nã quæ aduictū: quæqꝫ ad uariū corpis cultū ptinēt oīa a cultura agrorū sūt. Hæc suis laboribꝰ hoīes a uoluptatibus arcet: & ad oīa grauiora ferēda īstituit. Inuidiæ auaritiæ iniqtatis deniqꝫ oīa semīa extīguit. Cū nos p̄uo uiuere assuefaciat. Cōsultores ī re publica ītegros, ꝓducit: & æqtatis cupidos. Milites ãt robustos & la borē tollerātes gignit: Longeqꝫ plures ab rusticão aratro q̄ a ciuili delicataqꝫ úbra profectos īpatores aīaduer tes. Et mirãtur adhuc si oēs pene excellētissimi uiri agricultura delectari sūt eāqꝫ solã oblectationē q̄ aīos ur banis curis affectos releuarēt: cæteris oībus añposuerūt. In qbus qs nō iure laurētiū medicē pētē tuū uel p̄cipu um enumeret. Qui quãuis florētīæ reipublice habenas sua sapina moderet: q̄uis cūcta p̄us p̄uideat: & p̄uisa p̄ us obuiã eat: q̄uis uniuerse ciuitatis salus: dignitas: maiestas ex eius cōsilio pãdeat: q̄uis nihil in italia uniuersa gerat cuiꝰ illū ignarū ee opteat q̄uis oēs penes italiæ p̄ncipes: oēs populi. Multi ēt extra italiã tãti illū faciant ut nēo maiore auctoritate apd oēs sit: quãuis ꝑp ea oīa q̄ dixi nullius ex his q uiuūt uiri nulliꝰ oīo uita occu pātior sit. tñ īter tot tãqꝫ uarias tãqꝫ difficiles occupatōs ita agricultura dlectatꝰ sit ut p̄diū suū ābrēse copia cul tuqꝫ nulli ex iis quæ italia uidet: mō iudiciū ip̄m rectū assit postponēdū uideat. nã & uilã ita ædificauit: ut ex cluso regio nīoqꝫ luxu & urbãos honorificētissime recipiat: & rusticãos cōmodissime tueat frugibꝰ ãt & peco ri cuiuscūqꝫ gñris sint: & horrea & caule cōgruis locis suisqꝫ ordinibꝰ ira distīcta sint eaqꝫ uenustate cōstructa ut usu simul & pulcritudīe cōmēdari iure possint. nihil deē: nihil uacat: nihil deniqꝫ nō optīe ei rei cui ædificā tū ē īseruit. ager ãt ipe oī gñre absolutus ē. Neqꝫ. n. decē q fruges ferat: nec q uites & reliq̄s arbores mirifice di stīctas alat. nec q pecus pascat: nec dēiqꝫ q ortos submīstret. Assūt uiuaria & piscinæ. Assūt q̄ aq̄tilibꝰ auibꝰ in seruiãt lacūæ. assūt uariarū uolucrū ornithōes & colūbaria atqꝫ pullaria ut cū eo uētū sit ãtiq̄rū uillarū uerū si mulachrū facile sese uisētibꝰ offerat. hūc igit tu hmōi pētū: cū ñ mō patrīonii sed uirtutū quoqꝫ oīm illiꝰ heres futurꝰ: sis tibi ī h ac quoqꝫ re ītãdū, ꝓpōe & nostras huiuscemōi īterptatōs tuo noī dedicatas: diligētiꝰ p lege.

De laudibus agriculture

Vm duæ uitæ traditæ ſint hominum Ruſtica & Vrbana: antiquior eſt multo ruſtica. Prius enim rura coluerũt homines quã urbem haberent. neq; ſolum antiquior cultura agri: ſed etiam melior unde qui eam colerent: piam & utilem uitam agere credebant. omnium enim rerum ex quibus aliquid exquiritur: nihil eſt agricultura melius: nihil uberius: nihil dulcius: nihil homine libero dignius. Dirigitur ea ad duas metas: ad utilitatem & uoluptatem: utilitas quærit fructum: uoluptas delectationem. Hinc Homerus Laerten lenientem deſiderium quod capiebat e filio colentem agrum & eum ſtercorantem facit. Agro enim beneculto nihil poteſt eſſe: nec uſu uberius: nec ſpecie quidem ornatius. nec uero ſine cauſa olim præponebant ruſticos Romanoſ urbanis: quoniam qui in oppido ſederent: q̃ qui rura colerent: deſidioſiores putabãt Romulus item quo temperanter omnes uiuerent: & iuſta potius q̃ lucroſa eligerent: tum ad tolerantiam laborum meditandam: nullamq; pecuniam precioſiorem uirtute æſtimandam: deſides quidem & ſordidas: cupiditatumq; turpium allectrices artes: tanq̃ corrumpentes delenteſq; corpus & animum exercentium: ſeruis & aduenis tractandas exhibuit. Durauitq; diutiſſime probro habita eſſe apud Romanos hæc opera. neq; ea cuiquã Roma oriundo exercita. Duo uero tantum ſtudia reliquit liberis. Agriculturam: & belli artes. Videbat enim q; hac uita homines temperatiores fierent: atq; uenereis illecebris minus caperentur. Imperfectamq; putans utranq; uitam alteram ab altera ſeparatam: eoſdem militarem ſimul & ruſticam uitam uiuere inſtituit: ut pace & bello exercitio non carerent. Hunc autem uiuendi morem etiam apud Sueuos legi germanorum omniũ belicoſiſſimos: qui centum pagos habere dicuntur. Ex quibus quotãnis ſingula milia armatorum bellandi cauſa ex finibus eduncunt. Reliqui uero qui domi manſerint: ſe atq; illos alunt. Hi rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt: illi domi remanent. ſic neq; agricultura: neq; ratio atq; uſus belli intermittitur. Sed priuati atq; ſeparati agri nihil eſt. numæ quoq; Pompilio non minori curæ q̃ Romulo fuiſſe agriculturam legimus. Conſiderans enim uir idem ciuitate neceſſaria affluentia abundare oportere: agrum omnem diuiſit ĩ eos qui Pagi uocantur. Præfecitq; pagis ſingulis ſingulos magiſtratus: inſpectores & cuſtodes ſuæ quoſq; partis. ii enim circumeuntes aſſidue: bonoſque & malos deſcribentes agricultores regi deferebant. Iſque laudibus proſequẽs diligentes agricolas & comitate complectens: ſegnes autem & ignauos opprobriis infectans: ad colendos agros melius quenque inuitabat. Itaque ita liberati bellis & urbanis negociis multum ocii nacti: coloni omnes fiebãt hinc ait ille. Paſcebatque ſuas ipſe ſenator oues. Vnde & Quĩtius Cincinnatus obſeſſi conſulis & exercitus liberator ab aratro uocatus ad dictaturam uenit: ac rurſus faſcibus depoſitis ad eoſdem iuuencos rediit. Itemque C. Fabricius: & curius dentatus: alter pyrrho finibus italiæ pulſo: domitis alter Sabinis: accepta quæ uiritim id uidebantur captiui agri ſeptem iugera: non minori induſtria coluit quã fortiter armis queſierat. Caius autẽ Licinius Trib. Plæb. primus populum ad accipiendas leges in ſeptem iugera forenſia e comitiis eduxerat. Si quis præterea agrum ſuum paſſus fuerat fordeſcere: eumque indiligenter curabat: ac neque arauerat neque purgauerat. ſiue quis arborem ſuam uineamque habuerat derelictui: non his ſine pœna fuit: ſed erat opus cenſorium. cenſoreſque ærarium faciebant. Erat etiam cenſoria caſtigatio: minus arare q̃ uerere. Demum ſine agricultoribus: nec conſiſtere mortales. nec alii poſſe manifeſtum eſt.

Agricul ture lau des

De Agriculturæ Scriptoribus.

Agricu ture ſcr ptores

unt qui de Agricultura ſcripſere permulti. Varro plus quinquaginta nominat: ſic etiam Collumella uolumine primo. Plinius autem libro. xviii. & Columella libro primo ſcribunt q; Heſiodus princeps omniũ de Agricultura præcepit. Apud Romanos autem de agricultura primus Cato inſtituit. deinde duo ſaſernæ pater & filius eam diligentius erudierunt. poſt hos ſcrofa Tremelius. deinde. M. Terentius Varro expoliuit. mox uergilius laude carminum extulit. Nec minus ſtudium habuerunt Iulius Iginius cornelius celſus. Iulius atticus & Iuuius moderatus columella. Exinde Plinius maior quã plurima ſcripſit.

Que ſint Agricolis neceſſaria: Deq; Maronis georgicis.

Agrico lis nece aira

Quicunque ſe in agriculturæ ſcientia perfectum uolet profiteri auctore Columella: ſit oportet rerum nature ſagaciſſimus: declinationum mundi non ignarus: ut exploratum habeat quid cuique plagæ conueniat: quid repugnet. ſiderum ortus & occaſus: ſeu mauis emerſum & ocultationes memoria repetat: ne ĩbribus uentiſque imminentibus opera inchoet: laboremque fruſtetur. cæli & anni præſentis mores intueatur. Quæ quidem prænoſcere ſine lumine animi: & ſine exquiſitiſſimis diſciplinis queã q̃ non poſſe crediderunt. Hinc Maro ĩ georgicis ſuis non ſolum poetica agriculturæque præcepta quamplurima: uerum etiam amplam aſtronomiæ atq; Philoſophie copiam: & parce & ſobrie nuſquã reprehendendus aſperſit. opus itaq; ipſum elegantiſſimum eſt & floridũ teſtimonio quoq; Fauorini Philoſophi. qui ut gellius ſcribit libro. xvi. c. x. dicebat: q; quæ Vergilius reliquit pfecta expoſitaq; qbuſq; ipoſuit ſenſus: atq; delectus ſui ſupmã manũ: oĩ poeticæ uenuſtatis laude florent. Sed quæ ꝓcraſtinata ſunt ab eo: ut poſt recenſerent: & abſolui: qm̃ mors præuenerat nequiuerunt: nequaq̃ poetæ elegantiſſimi nomine atque iudicio digna ſunt. De æneide quidem Fauorinus intellexit: uel potius de illius portiõe Sed Ouidius aliter ſenſit: ait enim primo uolumine de remedio. Tantũ ſe nobis elgi debere fatentur: Quantum

Vergilio nobile debet opus. De triſtibus etiá libro ſecundo ait: Et tamen ille tuæ fœlix æneidos auctor &c. Statius quoq; diuinam æneidam appellauit. Et Symmachus apud Macrobium ſaturnaliorum libro .i. inquit. Hæc eſt quidem Euangele Maronis gloria: ut nullius laudibus creſcat: nullius uituperatione minuatur. Omneſq; apud eum in libro .v. Vergilium non minus oratorem q̃ poetam habendum pronuntiant: in quo & tanta ornãdi diſciplina & tam diligens obſeruatio rhetoricæ artis oſtẽderetur. Notandum quoq; ut idem Macrobius libro ſat. vi. inquit: Maronem poſt Agriculturæ præcepta: ut legentis animum uel auditum nouaret: ſingulos Georgicon libros ſũma cum elegantia argumenti interpoſitione concluſiſſe. Primum de ſignis tempeſtatum. De laudatione ruſticæ uitæ ſecundum. Tertius uero definit in peſtilentiam pecorum. Quarti finis eſt de Orpheo & ariſteo: non ocioſa narratio. Scribitur autem opus ad mecœnatem. Georgica uero interpretantur terræ opus ſeu officium. Gea enim terra ẽ: ergon opus ſeu officium georgia græce latiẽ agricultura dicitur. geogos agricola. georgio agrum colo. Voluminis autem cuiuſlibet Argumentum carminibus .vii. patebit. De Mecœnate.

Quod Georgicon libri continẽt

Georgica

Mecœnas

Mecœnas Auguſti tempore floruit: uir quidem & doctus & inclytus: cui & clariſſimus & fidiſſimus erat. Suetonius enim de auguſto ſcribit: Aeger autem in domo Mecœnatis cubabat: & paulo inferius. Exagitabat in primis non nunq̃ Mecœnatem ſuum. huic quantum Auguſtus confideret: quantumq; tribueret: Appianns etiam libro .v. bellorum ciuilium oſtendit. ſcribit enim q̃ gerente bellum Auguſto in freto Siculo contra Sextum Põpeium Mecœnatem Romam ire monuit: ut eos qui ob magni Pompei beniuolentiam elati fuerant diligentia cõprimeret. Dicitur autem duxiſſe originem ab Hetruſcis Regibus. unde Horatius ait: Mecœnas atauis edite regibus. & Propetius libro .iii. ad Mecœnatem: Mecœnas eques hetruſco de ſanguine regum. Intra fortunam quis cupis eſſe tuam. Hinc Acro docet eum contempſiſſe ſenatoriam dignitatem: manſiſſeq; ſemper in equeſtri ordine. Scripſit autem inter alia librum: qui prometheus: inſcribebatur: ut Seneca epiſtola .xix. meminit de quo etiá Epiſtola .cxxv. plura dixit: interquæ illa quoq; commemorat. Magni ingenii uir fuerat: ſi illud egiſſet uia rectiore: ſi non uitaſſet intelligi: ſi non etiam in oratione deflueret. maxima laus illi tribuitur manſuetudinis: pepercit gladio: ſanguine abſtinuit: nec ulla alia re q̃ poſſet: q̃ licentia oſtendit. Erat præterea ſtilo remiſſo: moli: & diſſoluto: ut etiam macrobius ſat. libro .ii. docet. Eius demum familiaritate Vergilius uſus ẽ: & Horatius: multaq; bona ab ipſo recepere. hinc ait lrbro .ii. g. Tuq; ades: inceptumq; una decurre laborem: O decus o famæ merito ps maxima noſtræ mecœnas. Martialis item: ſint mecœnates non deerunt Flacce Marones. Quantum uero Horatius etiam illi debuerit in Odarum commentario preſenti anno elaborato oſtendimus. Vbi autem eſt. M. at. edite regibus: addatur: Et libro .iii. car. Tyrrhena regum progenies.

De exordio.

q Vid faciat lætas ſegetes. Quod principium latine uel exordium dicitur: græci uidentur proemium nominaſſe: ut Fabius quarto uolumine ſcribit. Cauſa autem principii nulla alia ẽ: q̃ auditorem: quo ſit nobis in cæteris partibus accommodatior præparemus. Id uero fieri tribus maxime rebus conſtat: ſi beniuolũ attentum: docilem fecerimus. Non quia iſta non per totam actionem ſint cuſtodienda: ſed quia initiis præcipue neceſſaria Vergilius itaq; beniuolum Mecœnatem reddit a perſona eiuſdem: cum ei potius q̃ alii opuſ dedicet: eũq; randũ appellet. Attentum uero & docilem: quia breuiter & dilucide ſummam rei: de qua cognoſcere debeat: indicat. Solent enim latini poetæ rem tractandam proponere: inuocare poſtea: exin uero narrare. Proponit Maro dicens. Quid faciat lætas ſegetes &c. Inuocat ibi. Vos o clariſſima mundi lumina &c. Narrat autem illic. Vere nouo gelidus &c. Sed cur poeta ab agorum cultura incipiat: poſtea uitium ratiõe non caret: Quoniam apud Romanos: primo ut neceſſe erat arua tantum coluere. multoq; ſerior uitium cultura eſſe cœpit: quod etiã Plinius libro .xviii. commemorat. Culturas autem uitium & arborum Emolphus Athenienſis primus inuenit: auctore Pli. libro .vii.

De propoſitione totius operis.

Quid faciat lætas ſegetes: quo ſidere terram Vertere Mecœnas. Id argumentum ẽ primi quidem uoluminis Vlmiſq; adiungere uites Conueniat. Argumentum ſecundi. Quæ cura boum: qui cultus habendo ſit pecori tertii Argumentum. Atq; apibus quãta experientia parcis: quarti & ultimi uoluminis Argumentum.

VERGILIVS in æneide ſecutus eſt Homerũ licet longo interuallo. In bucolicis Theocritum: a quo non SERVIVS
u lõge abeſt. In georgicis Heſiodũ: quẽ longe reliqt. Heſiodus ex aſcræa ciuitate natus ſcripſit ad perſem fratrẽ librũ quem appellauit. ἔργα καὶ ἡμέραϲ .i. opera & dies. Hic liber cõtinet quo mõ & quo tpe agri ſint colẽdi. Nõ tñ trãſtulit titulũ: ut bucolicorũ trãſtulit. Sicut etiã æneiden appellauit ad imitationẽ Odyſſeæ & tamẽ illũ per periphraſin exprimit prĩo uerſu, dicẽs quo, opera & qbus tẽporibus ager collẽdus ſit indicabo. Ingenti ergo arte ſui ingenii uim ĩdicauit lata coartãdo: & anguſtiora dilatando. Nã Homeri & Theocriti prolixitatem coarctauit. Breuitatẽ aũt unius libri heſiodi ĩ quattuor diſtĩxit libros. Nec id temere. Nam teſte Varrõe: aut aruus ẽ ager .i. fationalis. Aut arboribꝫ cõſerẽdꝫ Aut paſcuus pecoribus. Aut floribus ĩ quo ſũt horti apibus cõgruẽtes. Nã & ſi georgicũ ſit ἔργον γηϲ̃ i. terræ opus. q̃ res primus duobus cõtinet. tñ ad utilitatẽ agricolæ ptinẽt pecus & apes. libri ſũt didaſcalii. Et quia p̃ceptũ & doctoris & diſcipuli ĩdiget. ſcribit ad Mecœnatũ ut heſiodus ad Perſã. & Lucretius ad Meminũ. Lætas. Pingues ut eſt cinis: Intermiſſio arandi: Incenſio ſtipularũ & ſtercoratio. ergo læ tas: quia ſimus q per agros ſpargit: lætamẽ uulgo dicit. Segetes: terras. Vt horreſcit ſtrictis ſeges enſibus. Sydere: tpe: Ex ſyderibus enĩ colliguntur tpa. Quattuor primis uerſibus q̃ttuor libris oñdit ſequẽtes. Vlmiſq; adiũgere uites. Quæ res pertinet ad ſecundum librum.

Carmina Ouidii Naſonis.

Quid faciat lætas ſegetes quo ſydere ſeruet.
Agricola: ut facilẽ terrã p̃ſcidat aratris:
Semina quo iacenda modo: cultuſq; locorũ.
Edocuit meſſes magno cũ fœnore reddi.

Carmina Antonii Mancinelli.

Argumentum libri primi.

Scribit arãd⁹ ager quo ſidere: Quidue ſerẽdũ
Alternis annis. Quid læta & pinguia reddat.
Arua ſimul ſegetes. Quo tpe rite ſerendũ.
Diuidit & tæli zonas: & tempora lunæ.
Sidera ſæua docet: Diuũq; indicit honorem:
Hinc tempeſtatũ pronoſtica plura notant.
Cæſaris hinc diram portenta notantia cædem

P. Vergilii Maronis Georgicorum Liber primus: Ad mecœnatem.

Vid faciat lætas ſegetes: quo ſidere terram
q Vertere mecœnas: ulmiſq; adiungere uites

ANTONIVS. Mancinellus. Quid faciat. Ordo eſt hinc canere incipiã: Quid faciat lætas ſegetes &c. Caue dicas ut ille hinc .i. poſt bucolica. quid enĩ ſtultius. Lætas ſegetes i. pingues feraces fertiles terras: uel læta ſata. Eſt enim ſeges frumenti fructus: Seges
uti Marcellus etiã docet. Dicit itẽ teſte Varrone ſeges quod aratũ: ſed necdũ ſatũ eſt. qñq; abſolute pro omni terra ponit. Maro li. iiii. g. Nec pecori opportuna ſeges. Dicit autem ſeges a ſatu ut Varroni placet. Quo ſidere. quo aſtro: quo tpe: ex ſideribus. n. tempora colliguntur: Vnde Macrobius li. ii. ait: nil aliud tempora niſi curſum ſolis efficere. & agricolis ſiderum cura neceſſaria ut oſtendimus. deſidere autem aſtro & ſtella quomodo differunt: uide Mac. li. i. de ſom. Vertere. effodere: arare. Vlmis: adiũgunt uites ulmis: quoniã ulmoꝝ leuis eſt umbra: et nutriens quæcunq; opacat: ut ſcribit Pli. li. xvii.

CHRISTOPHORVS Landinus. Quid. f. lætas ſegetes. Quid q̃ res. nã quis terra ſua ſponte producat fruges. tñ multo uberiores fiũt artificio humano quod nũc demõſtrandũ proponit. Quapp cũ pp inquiſitionẽ huius doctrinæ. q̃ multiplex uariaq; eſt difficilior oĩo res ocurrat q̃ fuerit bucolicũ carmen. in quo paſtoꝝ ruditas ſola fuit exprimẽda: diuerſa rõe utrunq; opus aggreſſus ẽ. Nã ĩ bucolicis: neq; proponẽdũ fuit. neq; inuocãdũ pp facilitatẽ. Nã ut ait Horatius. Nec deus interſit niſi dignus indice nodus Inciderit. Si q̃ aũt ægloga fuit q̃ paſtoralẽ formã excederet: tunc ſeorſum diuinũ ĩplora uerat auxilium. Vt Sicelides muſæ paulo maiora canamus. Et in alio loco. Pergite pierides chromis & mnaſylus in antro. Itẽ in amore Galli: qui pene tragicus erat. Extremum hunc arethuſa mihi cõcede laborem. Hic uero & diſtincte abſoluteq; proponit. & ea quibus indigebat numina ſapienter inuocat. Quæ duo cũ procœmii uice fungant ſtatĩ auditores & dociles cũ demonſtret de qbus rebus ſit dicturus reddit: & ſimul attentos cũ pponit ſe q̃ apprime utilia ſint dicturũ facit. nec minus attenti ẽt reddimus ex inuocatione quia ex illa ſignificat rerũ magni tudo: q̃ & ipſa in p̃mis eos q audiunt attẽtos facit. Ex ppoſitiõe igit q̃m oſtẽdit ſe laboratuꝝ pro utilitate cõi: & Seges
ex inuocatiõe: q̃m magna quædã uideat polliceri: beniuolentiã a ſua ſibi perſona cõciliat. Segetes. Seges a ſatu di gaudiũ
cit. Et q̃m ſatio fieri nõ põt niſi aſſit terra: q̃ ueluti mater ſemen recipiat. atq; fruges cõcipiat: iccirco & terrã ipſã Letiti.
& fruges qui fœtus illius ſunt ſegetem appellant. Lætas differt lætitia a gaudio. Nam gaudium eſt cum animus exhilarat aliq̃ re grata atq; iucũda. neq; tñ ita ad exteriora diffundat ultra modũ ut facile appareat. Lætitia uero ẽ cũ ita mouet aĩus aliq̃ re iucũda: ut ẽt ad exteriora egrediat ille motus & maxĩe ĩ uultu appareat ĩ ipo homĩe. Hinc dicũt ſtoici gauditum in ſapientẽ cadere poſſe. lætitiã nõ poſſe: Deinde p quãdã tranſlationẽ: q̃m pinguis habitudo in brutis aĩalibus lætitiã quãdã præferre uideat: dicimus lætũ pingue. ut Glande ſues læti redeunt. Ea dẽ rõne & terrã q̃ fertiliſeſt: quoniã ex ipſa exuberantia frugum uideat lætitiã oſtendere. Vnde ipſe in ſupioribus dixit: Oſa nunc rident: dicimus lætas ſegetes .i. fertiles. Et læta ubera. i. fertilia: qa lacte plena. Et q̃m læti notiones exprimere cœpimus dicimus lætum .i. celerẽ. quoniã in iis in qbus animis lætat celeritate utimur. Ponimus

etiam lætum pro bene uolente. ut uobis lætus ego hunc candentem in littore taurum. Nam qui libenter rem facit cum lætitia facit. Sic contra: Tristem pro inuito. ut Terentius. Inuitat tristis. Vertere. Optime. Nam terra siue aratro: siue ligonibus siue bipalio: siue quocũq; ferramento excolatur illam uertimus. Ex eo quod dicit uertere
Vertere ostendit absolutam. Nam ut ait Donatus: Vertere est in imam partem penitus transferre.

SER. Quæ cura boum. q. c. h. s. p. Aut in sequẽti e pexegesis est: ut hoc sit quis cultus habẽdo sit pecori. quod est quæ cura boum. aut per excellentiam ait boues: & postea itulit cætera pecora: ut maius animal separet a maioribus. Sicut de hominibus: Reliquias danaum atque immitis achilli. Habendo. Vt habeatur Experientiam: Vsu: natura: doctrina. Parcis. Seruatricibus: frugi. quæ nulla mella custodiunt. Liber & alma ceres: Stoici dicunt unum esse deum & unam esse deam & eandem esse potestatem: quæ pro ratione nostrorum officiorum uariis nominibus appellatus. ergo eundem solem liberum & appollinem uocant. Eandem lunam dianam cererem iunonem & proserpinam dicunt. Vsi pro sole & luna liberũ & cererẽ iuocat. Quæ. d. a. Quorum cursu tempora computãtur. Luna enim menses: sol annum facit.

Cõueniat: quæ cura boũ: qui cultus habendo
Sit pecori: atq; apibus quãta experientia parcis
Hinc canere incipiam. Vos o clarissima mũdi
Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum:

SER. Paribus cõcurrere telis Lucanus: Pares aqlas & pila minãtia pilis. Iteꝝ.u.phili. Ciuitas ẽ Theſſaliæ ĩ q̃ prĩo Cæſar & Pompeius poſtea Auguſtus & Brutus cũ Caſſio dimicauerũt. Nec fuit ĩdignũ ſupis: q̃ſi exclamatio ẽ ad deos. Aematiã Theſſaliã dictã ab æmathio rege. Hæmus ãt mõs ẽ Theſſaliæ. Incuruo: Vnaps orõnis ẽ. Scabra.r.Aſpa.uñ & ſcabies dicit̃ a corpis aſpitate. Galeas inanes. Cõcauas ut Galeã ante pedes ꝓiecit inanẽ. Grãdia.o. Aut multa aut igentia: quaſi antiquorũ heroũ. Dii patrii .i.&.r.u.ma. Patriidii ſunt q̃ ꝓſunt ſingulis ciuitatibus: ut Minerua Athenis: Iuno Carthagini: Indigetes autẽ proprie ſunt dii ex hoibus facti: quaſi ĩ dijs agẽtes: Abuſiue ãt oẽs dii pñt dici ĩdigetes: tanquã nullius rei egentes. Veſtaq;. m.q̃.t.t.&.r.p.ſ. poetice. Nã uerũ nomen numinis ꝙ urbi Romæ peſſet ſciri ſacroꝝ lege, phibet̃: ꝙ aſus q̃dã tribunus plebis enũciare ĩ crucẽ leuatus ẽ.

Hæmus

patrii dii

ĩdigetes

Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum uidere philippi.
Nec fuit indignũ ſuperis bis ſãguine noſtro.
Emathiam & latos hæmi pingueſcere cãpos.
Scilicet & tempus ueniet quũ finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila.
Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes:
Grãdiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.
Dii patrii indigetes & romule: ueſtaq; mater:

philippi ANT.M. Philippi. Philippi ciuitas ẽ ĩ Macedõia quæ Datos olim dicebat̃. Crenida aſi Dati nomen appellata. fontes q̃ppe plurimi circa collẽ huberius ſcaturiũt aquis. Eũ locum Philippus uallo ſepſit: & a ſe Philippos nũcupauit. Cõdita ẽ enĩ ciuitas ĩ prærupto quodã colle. Apud Philippos demũ & Caſſius & Brutus pugnantes contra Auguſtũ & antoniũ uicti ſibi ipſis mortem cõſciuere. de q̃bus omnibus uideto Ap.li.iiii. prius aũt circa eadẽ fere loca pugnarũt Cæſar dictator & Põpeius. unde Lucius Florus ſic ait: Sic ꝓcipitantibus fatis ꝓlio ſũpta Theſſalia eſt: & Philippicis cãpis urbis imperii generis hũani fata commiſſa ſunt. nunq̃ ullo loco tantũ uirium populi Romani tantũ dignitatis fortuna uidit. Emathiam. Emathia ut Pli. ſcribit li.iiii.c.xi. antea dicta: poſtea Macedonia. Auctor quoque Solinus q̃ addit ab Emathio primo rege dictam. Hæmi. Hæmus mons eſt in Thracia uaſto iugo ꝓcumbens in pontũ: auctor Pli.li.iiii. Thracia autẽ ut oſtendit Ptolomeus li.iii. iũcta eſt Macedoniæ: unde & Lucanus li.vi. ait: Qua iuga deuexus pharſalica porrigit hæmus. Pila: Modeſtus ſcribit pilum fuiſſe telum maius ferro triãgulo unciarũ.ix. haſtile pedum quinq; & ſemis. q̃d ſuo tpe ſpiculũ dicebat̃. ad cuius iactum exercebant̃ præcipue milites: q̃d arte & uirtute directum & ſcutatos pedites: & loricatos equites ſæpe tranſuerberabat. Grãdia oſſa. olim fuiſſe homines grandiores & Homerus indicat & Vergili. hinc luuenalis ait ſat.xv. Terra malos homines nunc educat atq; puſillos. Dii patrii. expoſitis eb cæſarream cædẽ ꝓdigiis actis: nunc ipſum Auguſtũ Romanũ imperium fouere optat. Indigetes. Feſtus ait indigetes dii: quorum nominita uulgari non licet: & Indiges æneas appellatus eſt ab aſcanio poſt humanum abſceſſum. Liuius autem ſcribit appellatum louem Indigetem. Sunt & qui dicant Indigetes dici: qui ex hominibus ad conſecrationem ueniunt: ut Aeneas &c. Romule. Romulus. xviii. natus annos potitus eſt Romano regno. annos autem. xxxvii. dominatus. quintum autem & quinquageſimum uitæ agẽs a ciuibus ſuis interfectus eſt (licet uaria de morte referantur) cum iam imperium nõ regie ſed tyrannice exerceret. Poſt hæc Iilius Proculus in forum procedens: Romulum inquit ego ex agro aduentens uidi abeuntem ex urbe armatum: qui ubi ꝓximus mihi fuit ita eum dicere audiui: Nũtia Romanis Iuli ꝙ me ſortitus ab initio uitæ genius in cœlum dũcit mortali expleto ſæculo: ſum autem Quirinus. Succedens exinde in regnum Numapompilius ipſum Romulum: ut naturam ſuperantem mortalem templi adornatione: & anniuerſariis ſacrificiis Quirinum uocatum ſtatuit honorari. hæc ex libro ſecundo Dionyſii. Veſtaque mater. Erat Veſta urbis Romæ cuſtos: quam uirgines ſeruabant perpetuo igni. Cuius extictionem ſuper grauia omnia Romani timebant: Interitum urbis ſignum id aſſumentes: quacumq; acciderit cauſa: De quibus omnibus plura Dionyſius libro ſecundo & Ouidius in faſtis.

emathia

pilum

ĩdigetes

Romulus

Veſta

CHRI. Paribus. Nam utrinq; pila erant. Emathiã. Theſſalia quæ ab Emathione rege ſic dicitur. Nã græce ἅιμαθία dicitur. Hũc Memnonis filii auroræ & Tithoni fratrem fuiſſe ait Probus. Hæmi. Mons Thraciæ ab Hæmo filio Boreæ & Orithyæ. Saltem. Quaſi dicat: Si rapuiſtis Cæſarem maturum uirũ: & qui optimus eẽt imperii defenſor: ſaltem placeat ſeruare hunc iuuenem qui euerſo morte Cæſaris imperio ſuccurrere poſſit. Veſtaq;. De ueſta & palatio alio loco dicetur. Ne prohibete. Tacite oſtendit ſuis uiribus poſſe modo dii non impediant ſuccurrere: Maxima ergo laus ꝙ ſolus & iuuenis ualeat. non dico conſeruare bene inſtitutum ſæculum: ſed reſtaurare iam euerſum. Laumedonteæ periuria troiæ. Laumedontis perfidia in Apollinem ac Neptunnum uulgatiſſima eſt. Sed & aliam in herculem meminit Diodorus ſiculus ait enim. Herculem cum argonautis in colchos enauigantem in Phrygium mare perueniſſe: & heſionem filiam Laumedontis in littore religatam: & monſtris marinis iuſſu oraculi deuorandam expoſitam uidiſſe eamq; liberaſſe: & mõſtra interfeciſſe. Propterea que premium ſibi Laumedontem obtuliſſe equos inuictos. At herculam eoſdem equos apud ipſum Laumedontem donec ex colchis rediret depoſuiſſe. Reuerſo deinde herculi denegaſſe depoſitum Laumedontem. Q_ua ex re ira parcitum herculem & Laumedontem & reliquos filios qui ſecum ſenſerat interfeciſſe. Soli autem Priamo qui fidem ſeruandam & equos reſtituendos cenſuiſſet troianum regnum reliquiſſe. Remouet autem culpam belli ciuilis a Cæſare Iulio: & reiicit in peccata troianorum: unde Roma originem ducit. Quæ autem ſcelera nunc orbem premunt: dicit eſſe quia dii hominibus Cæſarem inuiderunt.

Patrii indigetes. De Iano Fauno: Euandro: Aenea: Carmente & cæteris qui ex hominibus dii habiti ſunt.

Romule ſcilicet urbis conditor.

SER. Laomedõteæ. Excusat Augusti tẽpora: & cũ dicit suis uiribus nõ cõpensare dãna reipu. q̃ ea maiorẽ nitiis defendisse confirmat. Hora. Negligis imeritis nocitura postmõ te natis fraudẽ cõmittere. Atq; hoium q. Cum celestes possis mereri. Vbi fas. u. a. n. apud homines. s. q spnunt licita appetẽtes illicita. Abductis. c. ad bella. s. ut & latos uastant cultoribus agros. Hinc mouet euphrates illic germania bellum. Vndiq; mouet bellum. Euphrates namq; oriẽtis est fluuius. Germania aũt occidentis ꝓuincia. Arma ferunt uicinæ urbes. Hoc est & extema & ciuilia bella desæuiunt. Vt cum carceribus. Hoc uult dicere: res qdem publica habet imperatorẽ sed tanta uitia tẽporũ ꝓteritorũ: q̃ in dies singulos aucta sunt: quemadmodum in processu equorũ cursus augeat: ut ea optimus rector refrenare nõ possit: sicut & auriga a feruẽti cursu equos nõ põt plerumq; reuocare. Adeunt se in spatia. i. currẽdo plus eorum cursus. augetur. Currus. ide st equi. sane scindum translationem hanc esse: non comparatio quæsi ponat infine otiosum est.

Euphrates

germania

Quæ tuscum tyberim & romana palatia seruas
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere sæclo
Ne prohibere: satis iam pridẽ sãguine nostro:
Laomedonteæ luimus periuria troiæ.
Iam pridem nobis cœli te regia cæsar
Inuidet, atq; hoium queritur curare triũphos
Quippe ubi fas uersũ atq; nephas. tot bella p
Tã multæ scelerũ facies: nõ ullus aratro
Dignos honos: squalent abductis arua colõis
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet euphrates: illinc germania bellũ
Vicinę ruptis inter se legibus urbes
Arma ferunt. sæuit toto mars impius orbe:
Vt quũ carceribus sese effudere quadrigæ
Addũt se in spatia & frustra retinacula tendẽs
Fertur equis auriga: neq; audit curr9 habẽas.

Finis primi Georgicon.

AN. M. Tuscũ tyberĩ: Stra. libro. y. scri. q; ex apœninis montibus tyberiis effluit pluribusq; auctus amnibus ptim p ipsam excurrit Hetruriã: deinceps uero ipsam disterminans. primũ qdem ab ea diuidit Vmbriã: postea uero Sabinos & latinos Romæ ad littus usq; finitimos. legito itẽ plura in Plinio libro iii. c. vi. Romana palatia. Cornelius Tacitus scri. urbem Romam in palatino mõte ꝑmũ ædificatã: in eoq; reges ꝑmũ deinde Cõsules postea imperatores maiori ex ꝑte sedẽ habuerunt. Et in bello macedõico Liuius ostdit in palatio fuisse ædem magnæ matris deum a iunio Bruto dedicatã: fuit & ibidẽ ædis uictoriæ eodem teste li. viii. de secundo bel. pu. ĩ eodem palatio ut scribit suetonius Cæsar augustus tẽplum apollini dedicauit. Hunc iuuenem. Cur augustum intelligẽs iuuenẽ appellat late iam diximus in Tytiro hic illũ uidi iuuenẽ melibœe. lãpridẽ multi: & n. romanorum ab ãnibale Mario & Sylla a Cæsaræ & Põpeio & aliis antea fuerant interẽpti

tyberis

Roma

Luimus. purgauimus. luo. n. a luce dicit ut scribit Var. Laomedõteæ. secundũ fabulas apollo & neptunus troiana mœnia struxere. fictũ ẽ ut aiunt: qm̃ cũ troianorũ peeũia in sacro eorũ deorũ seruaret: ab eis laomedõ petiit reditũq; se iurás uñ mœnia ĩstaurauit: postea tñ nõ reddidit. hĩc datus est fabulæ locus: q; deos decepit/ quos uult Maro hic ꝓpera ẽt ĩ romãos sæuisse. lãpridẽ nobis. ĩ augusti gratiã luliũ Cæsa. iã diu a diis desideratum asserit. Aratro dignus honos. de agriculturæ honore uidero inprincipio. Conflantur. Fabricantur cõuertuntur. Euphrates. hũc maior fundit armenia ut scribit Solinus. longisq; excursibus Babyloniam diuidit tãdem in sinum Persicum defertur. Mouere autem Euphratem bellum ait propter Parthos. ii. enim clade Crassiana altius animos erexerant: ciuilesq; discordias populi romani læti acceperant itaq; ut primum affulsit occasio non dubitauerunt erumpere. ultro quidem inuitante Labieno quimissus a Bruto Cassioq; fuerat ut hostes in auxilium sollicitaret. Ventidius tamen Antonii legatus & Labieni copias & omnem Parthicum equitatũ inter Orontem & Euphratem occidit. de quibus plurima Lucius Florus. Germãia: hoc ideo dicit quia post cæsaris cædem germani ab romanis descierant. Augu. tamen Suetonius tradit eos ultra albin flumen submouit. Legibus. fœderibus. Ruptis. propter cæsaris obitum. Carceribus: carceres uocantur unde mittunt eq dicti q; cohercentur equi ne inde exeant añq; magistratus signum misit auctor Var. Quadrigæ. quattuor simul iũcti quadrigæ q̃si quadriage uocant ut scri. Gel. li. xviii. c. viii. Auriga. aurigæ ꝓprie sunt curruũ regẽtes. dicitur autem auriga quia splendorem sibi agat auris. i. fau oribus populi hoc est clamoribus. Priscianus de xii. car. Curus ipi quadrigæ. per id autem innuit Martem nullo obstante seruire. obierat enim Cæsar populorum terror & rector.

Luo

Laomedon

Fuphrates

carceres

auriga

Palatiũ

CHRI. Palatia. ꝑ tota urbe. Nam palatium fuit ãtiquissima sedes roma. ut apparet ubi de Euandro narratur. Facies. Formæ. Et curuæ. r. quid. enĩ scelestius esse potest q̃ feramenta ad usum agriculturæ instituta unde uita humana & alitur & assiduo labore pia castaq; cõseruatur ad bellaque & homines perdunt: & oium scelerũ semina ꝓbent: trãsferre. Magna ergo indignatio q; nõ solum ab usu rei sanctissime auertant. sed etiam turpissimæ attribuat. Euphra. Parthos intelligit quorum imperium euphratem pertingebat. Est aũt Euphrates secundũ christianos unus ex quattuor fluminibus qui ex delitiarum paradiso effluũt. Pris. uero illum ex Armenia maiori nasci uolunt: & armeniam a Cappadocia distinguere. Vt cum carceribus. Non uitio principis sunt bella sed impetus bellorum añ ipsum motus nondum reuocari poesit: ut ipi aurigæ iam ꝓcipiti cursu arctos equos sistere nõ possunt. Addũt se in spacia. i. ꝑ spatia currendi augent cursum. Fertur equis. i. equorum arbitrio agitur & non suo.

Finis primi georgicon.

SER: Actenus aruorum cultus & sydera cœli Nūc te bacche canā. Mire iterauit illū uersū. Quid faciat lætas segetes quo sydere terrā in hoc át libro exequit' culturā agri cōsiti: q omnium arborū cōtinet genera. Et sciēdū ē Ver. uites quoq; arbores dicere. ut Nec secius oīs in unguem arboribus positis secto uia limite q̄dret. Et Hactēus: ut multi uolūt una ps orōis ē & ē aduerbiū significās hucusq;. alii duas ptes uolūt ꝓnomen & aduerbiū ut sit tenus hac sicut Crurū tenus a mento palearia pendēt sed melius ē unā partē accipe orōnis hactenus. Sydera cœli: pleonasmos: nec. n. sūt alibi q̄ i cœlo sydera. Bacche: inuentorē pro uitibus posuit: de q̄bus catexochē in hoc libro loquitur nā uites p̄cipuæ sūt licet & aliarū arborū faciat cōmemorationē. Nec nō sylueſtria tecū uirgulta. i. īfœcūdas arbores. q̄b p̄cipue i italia uites cohærēt

Ouidii poetæ tetrasticon in librū. ii. georgicon

Actenus aruorū cultus & sydera cœli
Pāpineas cāit ille comas: collesq; uirētes
Descriptasq; loci uites & dona liæi.
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lætos:

Tarde cre. oli. res. n. diu duratura tardio crescit.

ANT. M. Argumentum secundi uoluminis

Proponit bacchū q; uocat Maro rite secundo.
Arboribꝰ diuersa datur natura creandis.
Panditur insitio. Vitis diuersa notatur.
Italiæ laudes: species telluris habentur.
Quo uitis ponenda mō quo tpe. quid uer
Afferat. hinc uiti qualis sit cultus habendus
Cōmoda syluaꝝ monstrat laudantē agrestes

AN. M. Hactēus aruoꝝ. Huius quoq;. ii. uolumīs argumetū carminibus patet. sed cur poeta ab agroꝝ cultura īcœpit postea uitiū d̄ exordio scribēs apuit ubi & uitiū aborūq; culturas Emophū Atheniēsē p̄mū iuenisse Pli. referente edocui. Hactēus. cecini s. est. n. Meso zeugma. Sydera cœli. Pleonasmos ē in dictiōe cœli. i. suphabūdātia. de qua late fabius li. ix. Te bacche. i. tua mūera ut uites de quo latius ibi. Poculaq; iuentis acheolia miscuit uuis. Dicit' át bacchus a furore quē īcuti t cultoribus suis ut Probus asserit. Sylueſtria uirgulta. siluestres arbores: īter q̄s & gēistas & syler & salices accipe. De uirgultis át diximus in Tityro. Tarde crescentis oliuæ. Pli. li. xvii. c. xii. scri. Natura tarde crescere oīa lōgo æuo durātia. at q̄ cito occidūt uelocia eē ut ficus malus pirꝰ. Idēq; li. xvi. c. lxi. scri: ad sua tpa durasse in Linterno Aphricani p̄oris mālu satas oliuas. & myrtꝰ eodē loco conspicuæ magnitudinis.

CHRI. Quoniā poetaꝝ est curare ut seq̄ntes libri aūcedētibus ānectant'. facit hoc Maro ut plurimū p aliquā cōiunctionē: ut te quoq; magna pales: & alibi post q̄ res asiæ. Itē at regina graui iādudū saucia cura. & Sic fat' lachrymās. Hic uero ut idē p̄stet utitur colore rhetorico. quē trāsitionē appellāt quo facile iis q̄ dicta sunt ea q̄ dicēda restāt: adnectunt'. in p̄cedēti igit' libro & aruorū cultū: & ea q̄ ad rōnem syderū ptinerēt descripserat. Nūc q̄d secūdo loco sibi ꝓposuerat explicat. s. ulmisq; adiūgere uites. Te bache nō

P. Vergilii Maronis Georgicon Liber secūdꝰ.

h Actenus aruoꝝ cultus & sydera cœli: Nunc te bacche canā: nec non sylueſtria tecum Virgulta & prolem tarde crescentis oliuę

Bacchꝰ solū Bacchū dicit pp uires quaꝝ inuentor phibet'. sed pp oēs arbores. Dionysiū. n. posuerūt ꝓ ignea ui solis: q̄ poma ac fructus oēs arboꝝ decoqt ac maturat. Nā uis seminalis q̄ a sole in terrā descendit priapi noīe honorat' cuius qp ad siccos ptinet fructus bona dea: q̄d uero ad plātaria Dionysius dicit'. Ergo qa ignea uis solis ē Dionysius: iccirco ægyptii Osirim quē solē īterp̄tant' Dionysiū teste Diodoro siculo appellauerūt. Vñ eumolpus poeta: Ignoculū radiis dionysiū dixit. Et Orphe. eū splēdoris auctorē scri. Atq; hæc ad physicen. Historia uero duplex ē. aliter. n. græci aliter ægyptii sētiūt. Aegyptii. n. Dionysiū Osirim nomiant: quē uolūt diuinis uirtutibus uirū p̄ditū fuisse ægyptiiq; regno & isidis quā lunā cererē noīant cōiugo potitū uniuersū orbē peragrasse. Et ut sis tritici ordeiq; reptrix fuit. Antea. n. iter alias herbas īcognita oriebāt': sic osiris nysa q̄ locus arabiæ fœlicis ægyptio cōterminus ēe nutritus: ꝓpeaq; & a loue patre & a loco illo dionysius appellatꝰ uitis reptor fuit hoiesq; docuit & uitis cultū & uini usū atq; cōseruationē. Volūt p̄terea ægyptii oleā quoq; nō át Mineruā ut græci dicunt inuenisse. hic p. arabiā & rubeū mare ad indos: & orbis terræ terminos, pgressus ē. In indis uero & alias urbes. & Nysā cōdidit monumentū eius in q̄ nutritus fuerat: in qua hederā ēt seuit: ꝓfectus ē & ī asiā: & p helespōtū ī Europā: & ī thracia sibi aduersātē Lycurgū īteremit. Maronēq; p̄fectum suum. & uitis colēdæ pitū ī regiōe q̄ ab eo Maronea dicta. est reliqt: & Macedonē filiū in regno quæ ab eo macedonia appellata est. Atq; hæc de Dionysio apud ægyptios. græci uero uaria referūt. alii. n. unū. alii tres ponunt: Sūt etiam qui huius dei formam hūanā fuisse pegēt: sed uini dationē dionysiū dicāt: Terrāq; sua sponte uites protulisse: Dimetora aūt apriscis nominatū q; sit ex duplici matre: primamq; genesim nūerant qñ in terra posita planta incrementū acci pit Secundā qñ fructus maturescāt. unde altera ex terra: altera ex uite dei origo ē: Quod uero dicunt ex ioue & Cererenatum & a gygantibus discerptum ac elixatū: ac rursus a Cerere cōpositis mēbris in iuuenem reductum physicū est. Nā ex terra & imbre incrementū sumit uitis ad uuas creādas: quæ ab agricolis calcādo lāiant': multiq; uinū decoquunt ut melius fiat uinum. Ceres aūt rursus mēbra cōponit: qa terra singulis annis succum uitibus ad nouas uuas subministrat. Est etiā physicū quod dicant ui fulminis ex utero Semeles abductū: & donec tempus maturo fœtu datum cōpleret Iouis fœmori assutum. Nā ignea ui in uuis maturescit. Vex cū iā ex uuis expressum est uinum: quia nondum satis concoctum est iterū in lacubus ebulli at necesse est Diodorus autem ait terram antiquos thyonem a sacris quæ sibi fiebant cum sacra θυιαδ dicant: & semelem quasi castam ab eo q̄d

Dionisyus

est. ϰιννά. Bis autē eius genesim a ioue esse: q̃a cū in deucalionis diluuio pisset rursus post pluuias in terra aparuit Sed hæc physicæ. Fabulose uero dicūt tres fuisse Dionysios p̃mum indū: q ex uitibus sua spōte nascentibus calcandarū uuaꝝ inuētor & uini pomorūq; cōditor fuit: Quoniā aūt barbatus ē & barbā indi usq; ad mortē nutriūt: Hic orbē peragrās calcationē uuarū i torcularibus adinuenit a quibus lenæus appellatus est secundus ex ioue & pserpina uel ut alii dicūt ex Cerere fuit q̃ p̃mus boues aratro iūxit antea. n. manibus terrā fœdiebāt mortales pp qđ imortales honores meruit eiusq; simulacrū cornibus insignit ut inuentor aratri demōstret. Tertius iouis & semeles filius fuit: q post secūdū ortū ex femore iouis in Nysam indiæ a ioue delatus: & a nymphis educatus est pulcherrimus: & mulieribus delitiis deditus exercitū ex mulieribus cōfecit thyrsisq; illas armauit i. astis hedera iplicitis cū fert ea cuspide. quo dolo reges nihil tale de mulieribus credētes iteremit. Inter quos pē theus apud græcos. Miraūs apud indos: Licurgus apud thraces fuit. Quoniā uero ex idia triennio elephāte in uectus orbē pagraui græci illi Trieterida. i. triēnalia sacra īstituerūt orbē pagrās docuit sacra & mysteria. certamīa musica, pposuit. cūctaq; i pace cōpōebat dicūt p̃mū fuisse q multis cōgestis spoliis i patriā triūphās redierit Probus ait Baccharī ē furere: Vū bacchæ dīr sacerdotes. q̃ p furorē sacra Liberi celebrāt. & ipe Bacchus dicit a furore quē suis incutit cultoribus. Et prolē. Nā a radice pullulat & ueluti filios, pducit. Vū illæ plantæ alio trāsferunt. Auctūno pāpineo: Pro uuis pāpinos possunt. Labris. Vasis maioribus in quibus unum ebulliens spumas agit. labrū. n. uas capaceus est Cicero i epistolis: labrum si in balneo non est fas ut sit.

Baccha ri

bacchæ

Labrum

Huc pater o lenæe (tuis hic omnia plena
Muneribus. tibi pampineo grauidus autūno
Floret ager: spumat plenis uindemia labris)
Huc pater o lenæe ueni. nudataq; musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis
Principio arboribus uaria est natura creandis
Nāq; aliæ nullis hominum cogentibus ipsæ
Sponte sua ueniunt. cāposq; & flumina late

SER. Huc pater o l. pater licet gñale sit oīum deoꝝ tñ, pprie libero sēp cohæret Nā liber pater uocatur Lenæus ät ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, i. a lacu. Nā qđ donatus dicit ab eo quod mētē leniat: non, pcedit nec enī pōt græcū nomē latinā ætymologiā recipe. Tibi floret ager. In honorē tuū exultat. & lætus ē. Nā au tūnali tēpore re uera florere non pōt ager. Pāpineo autunno. Pāpinoso: ut nemus frōdeū pro frondosū Vindemia. Cū uindemiā nūero singulari dicimus unius āni significamus. cū plurali multorū ut messē messes hyemē hyems hæc. n. semel tñ ānis singulis cōtingūt multi tñ uolūt uīdemiæ eē totius orbis generaliter: uindemias singularū ptiū: ut plus significēt singularis q̃ pluralis nūerus: Sicut plus ē cū dicimus: per terram pluit q̃ per terras. Tunc enim omne elementum non terras aliquas significamus. Musto. Mustū nūero tñ singulari dicimus sicut & uinū licet Oui. abusiue dixerit musta sed hoc ille plus fecit quod & mustus dixit cū ut diximus de his nominibus tres casus tñ usurpari cōsueuerint. Principio arboribus. Creandarū arborum naturaliter sunt tria genera. Aut. n. sua spōte nascūtur aut ex seminibus fortuito iacentibus surgūt aut ex radicibus pullulant. Nā cætera usus inuenit fauente natura. Spōte sua. spōte mō nomen: ē quia iūctū ē ei genus: quo caret semper aduerbium. Veniūt: Crescunt alibi illic ueniūt fœlicibus uuæ. Cāposq; flumina late curua tenēt. p trāsitum ostendit in quibus locis arbores spōte nascunt. s. in humidis. Nā terra est mater rerum omnium & seminū cūctorum creatur.

Vindemia

uīdemiā

uīdemiæ

Mustū

AN. M. Lenæe. Lenæus bacchi nomen lenos enī torcular dicitur Lenæus torcularis ut Probus ait. Gra uidus autunno: non grauidis in ablatiuo sed grauidus i nominatiuo legendum est. sic enim antiqui textus habent: est autem diastole figura. Floret: lætus est. Labris ahenis. Cothurnis: uideto ægloga: septima. Musto nouo: & hic Pleonasmos est Epexegis: nam ut scribit Nonius Mustum non solum uinum uerum nouellum quicq̃d est dicitur recte Næuius utrum sit melius uirgineman uiduam ducere uirginem si musta est. Principio: canam uidelicet. Arboribus uaria est naturacreandis. Marro in hac re Theophrastum secutus est: ille enim li. ii. inquit: Arborū & summatim plantarum generationes aut sponte aut semine aut radice aut auulsione aut ramo aut surculo aut ipso trunco factitāt. Videto item paulo inferius ibi uidelicet hoc natura modos & cætera.

Lenæus

CHRISTO. Huc pater o lenæe. ueni Consueuerunt & poetæ & oratores cum clausulam formant ut pluri ma interponant antequam eam claudant repetere principium sic in buccolicis. Nam cum incepisset pastorum musam damonis & alpheſiboei: & antequam adderet uerbum. scilicet dicemus multa interposuisset repetiit damonis musam dicemus & alpheſiboei: Sic & in hoc loco: cum dixisset. Huc pater o leneæ post longam hyperbaton repetiit. Huc pater o leneæ ueni. Principio. breuiter proposuerat se de arboribus dicturum. Deinde inuocauerant. Huc pater o lenæe quod proemium est: Nam ex propositione comparat docilitatem summam rei breuiter exponens: Item beniuolentiam a re quia illam utilem ostendit & a persona sua cum aliorum utilitate se laboraturum proponat: ex inuocatione autem: qa non adhibet nisi magna proponant attētionem sibi cōciliat. Principio arboribus. Plini. ait. Arbores quas naturæ debeamus tribus modis nascuntur: sponte: semine: radice: Collumella uero scribit: Placet nobis sicut Vergilio duo genera surculorum: quorum alterum sua sponte gignitur: Alterum humana cura prouenit: Primum materiæ magis aptum: secundo uero fructibus. Arboribus. Et fructices simul & uites intelligit. Verum ita plantas distinguunt arbores appellent quæ magnitudinem excellant. ut oleæ: mali: piri. quercus & similes frutices pero qui ad eam magnitudinem non perueniunt: & tamen herbas excedunt: ut sint rubi. sentes: uirgæ sanguineæ. Ouidius Et densi frutices: & uncto cortice uirgæ. Tertium genus est uitis: quæ nec arbor nec frutex appellatur: ut Plinius Collumellaq; ostenduut

plantaꝝ

Veniunt: nascuntur. Campos & flumina. Quia in solo pinguiori ut campi sunt & humidiori quale est iuxta flumen faci lius plantæ proueniunt.

SER. Vt molle siler. Arboris genus est. Et notandum genus neutrum de arbore quod est admodum rarum

Glauca canētia frōde salicta locū salicum pro ipsis arboribus posuit. Bene aūt ait: & glauca & canētia: nā salix i ab una parte alba est. ab altera uiridis. Sane cacephatō ē glauca canētia. Pars autē posito de semine surgūt quacunq; ratione proiecto: uel auibus uel ab hominibus ne incipiant esse industriæ. Atq; hītæ grais oracula quercus. Nam in dodonæo memore arbores dantes responsa fuisse dicunt. Habitæ autē grais. Vel quasi non rediens dixīt: uel quasi italus qui loca illa nesciret: uel re uera quōdam habitæ. qa illo tempore itaq; silebāt Pullulat ab radice. Mira. in singulis est proprietas nā ut spōte sua ueniunt. Surgūt de semine. pullulāt e radicibus. Vt cerasis ulmisq;. Hæc cerasis his cerasis facit. Sane cerasus ciuitas est ponti: q̄ cum

Cerasus

deflesset Luculus genus hoc pomi inde aduexit: & a ciuitate cerasum appellauit. Nā arbor cerasus pomū

cerasum

cerasum dicitur: hoc autem etiam ante luculū erat ī italia sed durum & cornū appellabat: quod postea mixto nomine cornocerasium dictum est. Parnasia laurus a parnaso monte Apolini consecrato.

cornocerasium

Hos natura modos p̄mum dedit. Bene primū: nā ut supra diximus fauor naturæ fuit ēt ad alios inuēiendos usus. Contra naturā. n. nihil hominū inuētū ualeret. Vin rōne: ut inueni germana uiā. Hīc plātas tenero inter plātas & plātaria hoc interest. q̄ plātæ raptæ sunt de arboribus. Plantaria uero q̄ ex seminibus nata cū radicibus & terra ppria transferuntur: ut Et uiua sua plantaria terra. Sulcis: Fossis: ut

plantæ plātaria

lusim uel tenui uitē cōmittere sulco. Hic stirpes obruit aruo. Altius depōit ualidiores cū radicibus plātas. Quadrifidasq; sudes. Ita robustas ut possit in quattuor partes diuidi. Et acuto robore. Pro acuti roboris accipimus: & bis idem dixit: Nā & ralli & sudes idem sunt.

Curua tenent. ut molle siler lentæq; genistræ
Populus & glauca canētia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine: ut altæ:
Castaneæq; nemorūq; iouī quæ maxia frondet
Aesculus atq; habitæ grais oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis densissima sylua
Vt cerasis ulmisq; etiā parnasia laurus
Parua sub ingenti matris se subiicit umbra
Hos natura modos primū dedit his genꝰ oē.
Syluaq; fructicūq; uiret. nemorūq; sacrorum.
Sunt alii: quos ipse uia sibi repperit usus.
Hic plantas tenero abscindens de corpe matrꝭ
Deposuit sulcis. hic stirpes obruit aruo
Quadrifidasq; sudes & acuto robore uallos.

AN. M. Molle siler Pli. li. xxiiii. c. xxxvi: īqt Siler folia illita frōti capitis dolores sedāt serpētes & hunc fruticē refugiunt: bacchulūq; rustici ob id ex eo gerūt: Genistæ Pli. li. xix. c. ii. inqt asia ex genista facit lina ad rætia p̄cipua in piscādo durātia frutice madefacto. x. diebus: & libro. xxiiii. c. xxxiii. ait. genista quoq; usum p̄stat flores apibus gratissimi gēista itē tusa cū axungia genua dolentia sanat. Populus legito Pli. li. xvi. c. xxvi. Glauca: glaucus color uiridis cæruleus dicit: ut in Gel. legit li. ii. c. xxvi. Salicta. Pli. xvi. c. lii. scri. de salice q̄ ī asia tria genera obseruant. nigrā utiliorē uiribus: cādidā agricolaꝭ usibus. tertiam q̄ breuissima ē quā Elicē uocant.

Siler genistæ

glaucus color

Tria genera salictum

Castaneæ. de is multa Colu. li. v. & Pli. li. xv. Aesculus arbor est glādifera ab edo: nā eius fructu oli hoīes uescebāt Et Pli. li. xvi. c. vi. īqt: glās optima ī q̄rcu atq; grādissima: mox æsculo. Oracula q̄rcus. Existimant in Dodonæi iouis oraculo querci uocalē fuisse ex qua. Minerua argonautis futura p̄dixit probus auctor: Strabo. uero li. vii. inqt. Dodonæū aūt oraculū quēadmodū &c. quodāmō derelictū est. Videto latius ægloga. ix. Cerasis. Cerasi an uictoriam Mythridaticā. L. Luculli non fuere in italia. at urbis anno secentesimo octogesimo is primum uexit e pōto. septentrione frigidisq; gaudēt Pli. li. xv. c. xv. Parnasia laurus Pli. li. xv. c. ultimo scribit q̄ duo eius genera tradit Cato: Delphicā & Cypriā Delphicam ēē æquali colore: uiridiorem: maximis bacis atq; e uiridi rubentibus. hac uictores Delphis coronati: & triumphantes Romæ. Cypriam esse filo breui nigro per margines imbricato crispam. Se subiicit: attolit. Hos natura modos plinius libro. xvi. c. xlv. inquit Arbores quas maturæ debeamus tribus modis nascuntur: Sponte aut semine aut ab radice. Cura numerosior exīstit: sed latius uide ibi principio arboribus &c. Syluarum. sylua ad hyle quod est materia dicitur. uel a xylon quod est lignum. est autem sylua generalius nomen. Fruticum. Frutex est qui ad iustam magnitudinem arboris non assurgit. & statura similis est multis herbis: sed non demoritur neq; arescit ut herba. Nemorum De nemore uideto ægloga sexta. Via ratione. Hinc plantas. Plinius libro. xvii. capite septimo inquit auulsisq; arboribus stolones uixere. quo in genere & cū parui sunt auelluntur: partemq; aliquam e matris quoq; corpore auferunt secum: hoc modo plantantur punicæ coryli Mali sorbi Fici: in orimisq; uites. Stirpes. crassos truncos cum radicibus. Quadrifidasq; sudes. perticas uel surculos in quattuor partes fissas. ait enī Theophrastus libro primo. Oleas quoq; & ficos multifidas demittere assolēt Pli. etiā libro decimoseptimo capite septimo ait ex eodem inuentu est surculos abscissos serere. hoc primo sepis causa factum sambucis cotoneo & rubis depactis. Mox & culturæ ut populis alnis salici: q̄ uel inuerso surculo seritur. Acuto robore uallos. i. palos acutos & surculos. seruntur. n. surculi quadrifidi & acuti.

sylua Frutex

Duo genera laurus

CHRI. Siler. Furis faciendis accommodata est arbor: populi autem & salices non nisi in aquosis proueniūt Vt Cerasis. Lucullus rediens e mithridatica uictoria ex urbe ceraso quæ in ponto est aduexit in italiam arborem quā ab urbis nomine cerasum appellauit pomum eius Cerasium dicitur. Parua sub ingenti Mirifice delectat oratio quæ contrario declamat ut hic. paruum est ut ingens. Via ratio & artificium. Vsus. Experientia. De tenero corpore. Quia uirgulta teneriora excerpuntur. ut uidemus in fico & in salice. Quadrisidas. Vat olea.

Siler Cerasū

SER. Syluarũq; aliæ. Propago ꝓcipue uitibus cõgruit. Vnde apparet syluas eũ ẽt de uitibus dicere. Et ui ua sua plantaria terra. Et aliæ syluarũ expectãt plãtaria cũ sua terra uiua. i. naturali: ut uiuoq; sedilia saxo inde ẽ mutata ignorẽt subito ne semia matrẽ. Quin & c. s.: Caudicibus posuit, p codicibus: sicut caulẽ, p colẽ: sau ricẽ, p sorice dicimꝰ. Fit ãt qđ nũc dicit de oliua & myrto quaꝝ sicci stipites seccãt usq; medullã & terra infossit ex se arborꝝ gignũt: qđ sine dubio miꝝ ẽ. Trudit: urgẽte nã, pcreat' sicco ligno: Ex arido. Radix oleagina. De riuarũ ab olea: ipune uidemꝰ. Sine dãno sui & loqtur de insitiõe: Sane ĩsitas arbores dicimus ĩsertas uero cãs aut fabulas. Lapidosa corna. dura: alibi. Lapidosaq; corna dãt rami. Generatim. p singula genera. ge neraliter aũt simul oĩa γενικῶς καὶ κατὰγένος. Segnes terræ. Pigræ infœcũdæ: Et docet posse in dustria ẽt loca aspima ad fertilitatem, pduci. Ismara mõtes thraciæ. Taburnus. mõs cãpaniæ. Ve stire uero iplere significat. Tuq; ades mœcenas: a desto: & inceptũ fauorẽ omnibus libris impẽdito: nã ubiq; eũ iuocat. O decus o famæ. m. p. ma. no stræ. Hora. O & pſidiũ: & dulce decus meũ. Pe lagoq; uolãs. d. u. p. simplici generi carminis præsta fauorẽ: ut uella fauore accipiamus patẽs pelagus carminis facilitatem. Hoc aũt carmẽ facile esse ipse significat dicẽs. in manibus terræ: hoc est in facili & impromptu res posita est.

insitus
insertus
generatĩ
generali
ter
Ismara
Tabur/
nus

Syluarũq; aliæ pressos propaginis arcus
Expectãt: & uiua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ: summũq; putator
Haud dubitat terrę referẽs mandare cacumẽ
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno
Et sæpe alterius ramos impune uidemus
Vertere in alterius: mutatãq; insita mala
Ferre pirũ & prũis lapidosa rubescere corna
Quare agite o proprios generatĩ discite cultꝰ
Agricolæ: fructusq; feros mollite colẽdo:
Neu segnes iaceãt terræ iuuat ismara baccho
Conserere: atq; olea magnũ uestire taburnũ.
Tuq; ades: inceptũq; una decurre laborem
O decus o famæ merito pars maxia nostrę
Mœcenas pelagoq; uolans de uela patenti

AN. M. Propaginis arcus. Pinus bacca & propa gine seritꝰ. Citrea item grano & propagine. Auctor Pli. libro decimoseptimo capite septimo. Terræ mãdare cacumen uti de salice dictum est. Caudi cibus caudex dicitur in arbore quod supra terram caudex
implex assurgit in herbis uero caulis appellat' ut caulis
Theophrasti interpretes oñdit: Radix oleagina. Ra Radix
dix ẽ qđ subter telluri cohæret. Olea aũt Theophra Olea
sto teste li. ii. plurimis modis uenire uidet' : nã et trũ co ramo cõciso radice ligno uirga. Impũe sine dã no. Vertere supple se in alterius. s. ramos ismara: ismarus Thraciæ mõs insignis oleo & uino teste Vibio. Ta burnũ Taburnus mons est apuliæ regiõis: q̃ sertilis ẽ oleæ ut Probus inqt: Poeta li. æn. xii. meminit ẽt dicens Ac ueluti ingenti syla sũmo ue taburno: Quũ duo cõuersus inimica in pſia tauri frõtibus incurrũt &c. Tuq; ades ꝑmo uolumĩe Augustũ cæsarẽ inuocauit. hic uero Mœcænatẽ cui & totũ opus dedicat. Incœptũq; una decurre laborẽ. i. auxiliare mihi tuo ingenio. Patẽti pelago. i. patẽti & amplæ materiæ. Vela studiũ & auxi liũ. Volãs. citus & festinus in antiquis textibus & uolãs & uolẽs legit' : utrunq; conuenit.

CHRI. Et uiua. Quæ cũ radicibus transferunt'. Nam uegetatiua quæ nutrit & auget a radicibus est: quæ oris stomachiq; officio fungitur: humorem enim de propinqua terra assumũt. atq; decoquunt: unde decoctus p ar borem spargitur. Ergo uita uegetatiua in his est autem ĩ is quæ radicibus carent non ita omnino est. Sua terra Nam uehementer proficiunt arbores quoꝝ radicibus sua terra hæret. Nã radices quæ excussa sua terra tra trã sferũt' non ita fœliciter coalescunt. Radices egẽt aliæ. arbor radices habet pro ore stomachoq; atq; epate. his enim de proxima terra humor attrahitur: atractusq; in succũ quo arbor alat' decequit': surgit a radice trũcus cu ius pars interior medulla pro osse est. Medulla ligno ambit' quod carnis uicem sustinet: Lignum ipsum subtilis cartilago circundat: quæ arbori uena est. Nam per eã humor a radice decoctus est innutrimentum cõuersus trs hitur per omnes partes ueluti membra arboris hinc rami: frondes. flores. fructusq; reparantur. Hæc circuncisa ergo arescat oportet arbor: a libro libros dicimus qm̃ in nonnullaꝝ arborum libris ante usum chartarũ. antiqui scribebant. Cortex postremo: quæ durior exteriorq; est: librum ita uestit: ut pelles pilliq; aĩalia tegunt. ut sit tãq; ue stis contra frigora & calores truncum denique unde rami exeunt codicem & caudicem dixerunt. Vertere in alterius. De insitione tractat de qua paulopost. Ex sicco: Non ex sicco: sed quod siccum uideatur. Segnes Quæ desidiosæ non ferant fructus. Vestire. Translatio ab humanis corporibus. Ismara. Mons in thracia hic est cuius pars aspera incultaq; est. altera uero uinetis oliuetisq; spectabilis. Est in regione maronea: ĩ qua Dio dorus ait Bacchum interfecto Lycurgo reliquisse Maronem præfectum præmonstratoremq; uinearum: & ab eo maroneam dictam ac regione expugnata ait Homerus Vlyxem uinum exportasse: Plinius autem antiquissi mam claritatem uino maroneo dat. additque aristeum primum oĩum in hac gente mel miscuisse uino suauita te præcipua utriusque naturæ sponte prouenientis. Maroneum uicies tantum addito aquæ miscendũ Homerus prodidit. Et mutianus ter consul sextarios singulos octogenis aquæ miscerĩ comperit præsens in eo tractu. Ta burnum: Mons in samnio oliuetis conspicuus. Ades. Faue. Nam tanq; á deum inuocat. Dii autem sua præ sentia iuuant. Decurrere laborem. artificiosissime dixit. Nam decurrere ostẽdit summam facilitatem adiuuã di in Mœcenate: Per laborem autem difficultatem in se propter ingenii inopiam significat. Petitio ergo hæc cõ tinet honestatem. Honestum enim est amico subuenire in re præsertim inchoata: ne turpiter ab incœpto resiliat continet facilitatẽ cum ipso suo stilo ac doctrina facile pſtare possit. Continet utilitatem: cum magna pars de coris famæque nergilianæ in ipsum redundatura sit.

Vestire

SER. Nō ego cuncta.m.amp.u.opto.non ſum uniuerſa dicturus:nec poſſunt ꝙre & ſuã extenuat poſſibilitatem:& Mœcenatis auribus ex ſui cãminibus breuitate blãditur. alii aliter accipiũt. Coſtat mœcenatẽ fuiſſe litteratum peritũ.& plura cõpoſuiſſe carmina.Nã ẽt Aug.Cæſaris geſta deſcripſerit:quod teſtat:Hora.dicẽs:tu ꝙ pedeſtribus dices hiſtoriis prælia cæſaris mœcenas melius ductaq; ꝑ uias regum colla minaciũ.ut hoc nun dicat:incœptũq; una decurre laborẽ.i.adeſto.& ſimul ſcribamus.Licet.n.quæ tu ſcribis eſſe conſtet ingentem meũ aurem carmẽ & breue ſit & totum id explicare non poſſim debes tamẽ fauere minoribus.ut pelagoq; uo/

lãs da uela patẽti.ſit ingentia ſcribe. Et primi le
ge littoris orã.i.Faue minora.ſcribenti: Nõ ego cũ
cta meis Lucretii uerſus.ſed ille ænea uox ait nõ fer
rea. Primi lege littoris orã:Lege nauticus ſermo ẽ
q nũc & ad nauigandũ & lectionẽ põt referri.Nam
hoc dicit faueto prĩcipio uel hũilitari carminis mei

Non ego cuncta meis amplectí uerſib9 opto,
Non mihi ſi linguæ centum ſint:oraq; centũ:
Ferrea uox.ades.& primi lege littoris oram:
In manibus terræ:non hic te carmine ficto
Atq; per ambages & longa exorſa tenebo
Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras
Infœcũda quidem ſed læta & fortia ſurgnnt
Quippe ſolo matura ſubeſt.tũ hæcq°q; ſiqs
Inſerat:aut ſcrobib9 mãdet mutata ſubactis
Exuerint ſylueſtrem animũ:cultuq; frequẽtí
In quaſcũq; uoces artes haud tarda ſequẽtur.
Necnon & ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis
Hoc faciat:uacuos ſi ſit digeſta per agros,
Nunc altæ frondes & rami matris opacant:
Creſcentiq; adimũt fœtus:uruntq; ferentem.
Nam quæ & ſeminib9 iactis ſe ſuſtulit arbos
Tarda uenit:ſetis factura nepotibus umbrã.
Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores

In manibus terræ.i.in facili & imprõptu eſt terra
rum deſcriptio.qđ ϖροχειρον græci dicũt. Non
hic te carmine ficto.i.ſmpliciter uniuerſa deſcribã
neq; ut in æneide aliquibus figmentis:aut ullis utar
ambagibus. Lõga ãt exorſa dicit proemia longe re
petita q̃ conſtat eſſe uitioſa. Spõte ſua.Ad illud qđ
omiſerat redit & exeqtur qualitatẽ triũ geneꝝ:quæ
ſupra memorauit arborũ.ſ.ſpõte natarũ: ꝓcreataꝝ
ex ſemine & earũ quæ de radicibus pulluſant. In
fœcũda fœtu carentia:& ꝑ trãſitũ rẽ phyſicam tãgit
Nã ſemen eſum ſalicis dicit infœcunditatẽ mulieri
bus gignere. Læta & fortia quaſi ĩ hoc ipſis arbo
ribus genus ſit fœcunditatis. Quippe ſolo natura
ſubeſt qa ut ſupra diximus naturaliter rerum oĩum
mater eſt terra:& uniuerſa intra ſe cõtinet ſemina:
Natura Hinc ẽ qppe ſolo natura.ſubeſt natura.n.dicta ẽ ab
eo ꝙ naſi aliqd faciat.Mire aũt ait ſubeſt.i.ineſt latẽ
ter:nã nõ apparet.uñ epicurei dicũt nihil eẽ qđ non
habeat originẽ ſui.nã hoc ẽ gigni de nihilo nihil: ĩ
nihilũ nil poſſe reuerti: Scrobibus mandet mutata
ſubactis nos ſcrobes genere dicimus maſculĩo: licet
Lucãus dixerit cõtra artẽ exigua poſuit ſcrobe. Syl
ueſtrẽ aĩum naturalem aſpitatem & infœcunditatem. Voces arces.Fœcũditates ex arte uenientes. Hoc faciet
i.erit fæccunda ſi fuerit inde tranſlata. Vruntq; ferentem.Quæ ferre poſſunt ſi ei umbra nõ noceat. Pomaq;
degenerant.mõ degenerãt.in peius uertunt:alias in melius. Poma aũt arborũ ex ſemine procreatarum dicit
quas cõſtat niſi inſitæ aut tranſlatæ fuerint non reſpõdere qualitati ſeminis ſui.

AN.M. Non mihi ſi nõ optarem ãplecti cũcta inqt ſi centũ &c. Ferrea uox firma indeficiens. Et prmi le
ge littoris orã nauiga extremitatem ꝑmi littoris.i.a principio huius uoluminis tuo mihi ingenio:ac ſtudio fa
ue. Per ambages.uerborum circuitus. Lõga exorſa:longa exordia unde ſtatim ad narrationem cõuertitur
Infœcũda:ſterilia. Læta ampla. Solo natura ſubeſt de natura & terræ ſemibus uideto ægloga:vi.& li.i.
g.ibi ĩpoſuit natura locis.& ibi latius.Quiq; nouas alitis nõnullo ſemine fruges. Mutata Pli.li.xvii.c.viii.
inqt añ oĩa igit ĩ ſimilẽ trãſferri terrã aut meliorẽ oportet.ꝑfodere ſcrobas añ ſi fieri poſſet tanto donec pingui
ceſpite obducãt.Mago añ ãnũ fieri iubet ut ſolẽ pluuiaſq; cobibãt Arborẽ nec minorẽ bima nec maiorẽ trima
tranſferri qdam ꝓcipiũt.Alii quũ annũ ĩpleat.Pleriq; id demũ cauẽt ut plaga deputati cacuminis meridiem ſpe
ctet. Subactis.i.uerſatis excultis & effoſſis Cultuq; freq̃nti.Pli.li.xvii.c.xli ait atq; in totum omnis cura
fertilitatẽ adiicit.fertilitas ſenectam. Ferentem ſ.fœtus.

CHRI. Nõ ego cuncta meis.& hoc rem facilem facit:qa nõ in omnia ſed ĩ pauciora auxiliũ ĩploret. Primi
littoria qa nõ audeo profundum petere.i.grandiorẽ materiã aggredi: In manibus terræ.Terræ ſunt in mani
bus meis:ac ſi dicat in pñti opere:Vel ſunt in manibus omniũ hoc eſt in prõptu.Nam materia nõ ẽ recõdita:ſed
omnibus euidens. Nõ hic.te.c.f.nõ ſunt hic poetaꝝ fabula quæ plus uoluptatis q̃ utilitatis continent. Per am
bages quod poetarũ eſt.qui & altius rpetunt ut Ennius qui a materia agros nauis exorditur diſceſſum Medeæ.
altius enim repetunt ipſi poetæ:& longius pro ſequuntur. Lõga exorſa.exprmit quod intelligit ambiages

Sponte ſua.Suaptæ natura & non humano artificio.Eſt autem ſententia ꝙ q̃is terra omnium rerum ſemĩa
in ſe contineat:tum in diuerſis locis ſemina diuerſis arboribus accommodatiora habet.Quapropter quæ in ipſa
natura proueniunt:fortius ualidiuſq; ſurgunt tãq̃ a ſole proprium ipſius ſemen continente .ergo natura.ſ.pro
pria illius arboris. Infœcunda:non enim producit fructum:ſed pro fructu ipſa abundantiſſima eſt differt ãt
fœcundum & facundum.Fœcundus.ideſt fertilis a fœtu quaſi plurimum effundens fœtum.Facundus uero a
Fœcũdo fanddo eloquens & copioſus in oratione eſt. Inſerat aut ſcrobibus :ideſt foſſis.Duplici enim uia miteſcunt
facũdus ſyluaticæ arbores in ſerẽdo & in mitius ſolum tranſferendo.Scribit Columella.ante annum q̃ poma diſpone
re uoles ſcrobes fodito ita ſole pluuiæq; macerabuntur:& quod poſueris cito compræhendes,Sed ſi eodem an

no semẽ ponere uolens: ante duos menses fodito. & stramentis eas completo & incendito: quo latiores scrobes feceris hoc erunt latiores sapidoresq; fructus diximus autem scrobem & scobem Scrobem .n. appellamus fossã Scobem uero minutia illa: quæ aut limando aut terebrando: aut aliquo modo terrendo cadunt sed etiam dum locum deuerrimus quicquid immunditiarum educitur scobem dicimus iuuenalis. Et tamen unus semodio sco bis hæc emundat seruulus unus: Aium syluestrem .atqui animus rationalis est & quo sapimus anima uero qua uiuimus .ille proprius hominis: Hæc nobis & cum brutis & cum plantis cõmunis est. Quomodo ergo deponunt animum cum illo careant. Sed usus est translatione ab homine: nam ut homo si ex agresti incultaq; uita in ciuilem & bonis artibus excultã traducatur ferina uita deposita miteſcit sic arbor ab inculta regione in cultum agrum translatum sumat mitiorem succum. Artes ideſt succos quos per artificium induxeris. Nã quæ seminibus. Dicit quidem arbor ex suis seminibus progignere arbores. Sed in ea re duplex est incommodũ & quod tardius crescunt: & quod degenerant: Nam & mali & pyri non referunt maternos succos & uitis uuas rariores munitoresq; producit. Recte autem dixit poma: nam nuces siue iuglandes sint siue amygdalæ siue castaneæ siue auellanæ non ita degenerant.

Scrobẽ
Scobem
animus
anima

Et turpis auibus prędam fert uua racemos
Silicet & oibus est labor impendendus: & oẽs
Cogẽdæ in sulcũ ac multa mercedæ domãdæ
Sed trũcis oleæ melius propagine uites.
Respõdent: solido paphiæ de robore myrtus
Plantis eduræ coryli nascuntur & ingens.
Fraxinus: herculeæq; arbos umbrosa coronæ
Chaoniiq; patris glandes etiam ardua palma
Nascitur; & casus abies uisura marinos
Inseritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida

SER. Fert uua racemos. Vuã ꝓ uite posuit. i. fructum pro arbore sane racemus botryõis ẽ ps & botryo græcũ ẽ Et sic uuã ꝓ uite posuit. sicut Hora. ꝓ uino. nã ait Decubũ & plo domitã caleno nubiles uuã: Cogendæ in sulcũ In ordinẽ cõponẽdæ aut certe arãdæ. Multa mercede multo labore a seqn te quod ꝓcedit intellige. Sed trũcis oleæ. Quia supra ait. Trudit̃ e sicco radix etiã redit ad eos modos quos inuenit industria. Dicẽdo aũt melius oñdit ẽt alias arbores posse ex truncis procreari. Sane olea est arbor ipsa uñ deriuatũ est oleũ Oliua uero fructus ipse uñ ẽ oliuũ. Legimus tñ & oliuam de arbore ut incũbens terreti damõ sic cœpit oliuæ. Solido. p. sicut & olea Paphiæ aũt uenere a papho insula in qua Venus colitur: Veneri autem myrtus ẽ cõsecrata uel qđ hæc arbor gaudet littoribus: & Venus de mari dicit̃ procreata: uel q; ut medicorũ ĩdicãt liberi hæc arbor apta est mulierũ necessitatibus plurimis. Plãtis eduræ coryli nascuntur. Duras dixit non ad lignum sed ad fructum ipsarum referens. Alii eduræ legunt quasi non duræ: ut paulopost Enodes trunci: ideſt sine modis ut modo eminentis non augentis habeat significationem. Sane coryli proprie dicuntur. nam auellanæ ab Auellano Campaniæ opido ubi abundãt nominatæ sunt. Herculeæ. Ipse alibi: Herculea bicolor eum populus umbra. Chaoniiq; patris Iouis epironici. Ardua palma. aut alta: aut ad aquam facile peruenitur. Casus anies uisura marinos. Est .n. abetis species apta nauibus: quam sappinum uulgo uocãt. Ex fœtu arbutus horrida Versus dactilicus. Nam male quidam horres legunt horrida autem hispida Et iam transit ad insitionem quæ duplex est. Nam aut insitio dicitur cum insisso trunco surculus fœcundæ arboris steri li inseritur: aut oculorum impositio: cum incisso cortice libro alienæ arboris germen inserimus.

Olea
Oliua
Coryli
auellana

AN. M. Tarda uenit. nisi. s. digesta fuerit p uacuos agros & poma in peius uertentur. Vua uitis ipsa: nisi e seminario fuerit transposita turpes racemos producet. Sationis .n. uitium duo genera ut scribit Colu. li. iiii. c. xiii. maleoli. uel uiuiradicis quod utrũq; ab agricolis usurpatur: & in prouinciis magnis maleolineq; .n. seminariis studẽt. nec usum habẽt faciẽdæ uiuiradicis. Trũcis oleæ. de hoc lege Catonẽ titulo. xlv. Propagie uites De hoc uidero Colu. li. iii. c. vii. Myrtus & ligno & ramo ꝓuenit. Pli. li. xvii. c. xvi. scribit q; ramo seruntur & punica palis laxato prius meatu. Iẽ myrtus Capite uero. vii. dicti li. xviii. ait q; myrti genera omnia ĩ Cãpania bacis serunt Romæ propagine Tarentina. Paphiæ myrtus. Paphos Cypri urbs portũ habebat & templa optime structa: Stra. li. xv. auctor est Pli. uero li. ii. ait q; celebræ phanũ hẽt ueneris paphos in cuius q̃ dam area nõ pluit. Paphiæ ergo uenereæ. Eduræ coryli. nõ duræ fragiles. De corylis plura in Tityro. Herculeæq; arbos umbrosa coronæ. i. populus Herculis tutelæ subiecta: qui et aiũt ad inferos accedens populea frõde se coronauit: Chaonii patris. i. Iouis Dodonæi: uide latius li. i. g ibi Chaoniam pingui &c. Palma: de hac uideto li. i. g. palmas epiros equa. Abies plinius li. xvi. c xvi. scribit abietem expetitam nauigiis. sitũq; habere in excelso montium ceu maria fugerit. Idem Pli. li. xvi. capite. lv. ait q; abies admirationis præcipuæ uisa in naui q̃ ex ægyptio Caii principis iussu Obeliscũ in Vaticão circo statutum: quattuorq; trũcos lapidis eius dẽ ad substinendum eum abduxit. Qua naue uihil admirabilius uisum in mari certũ ẽ. Lõgitudo spatium ob tinuit magna ex parte Ostiẽsis portus latere leno: q̃ arboris crasitudo q̃ttuor hominum ulnas cõplectent iũ implebat. Arbutus horrida. Versus est dactylicus. Arbutus autem arbor est fructicosa. pomum habet simile terrestibus fragis. dicitur alio nomine Vnedo argumetno unum tantum edendi. plura plinius libro. xv. capite. xxiiii: Valentes ideſt feraces.

Abies in gens
Nauis
obelisci
obelisco
uaricam
arbutus

CHRI. Labor Laboriosus cultus rñdet satisfaciunt uotis tuis. Paphiæ. Veneri dedicatæ: Na Venus pãphi colitur: quæ urbs: Cypri insulæ est Cicero Oẽs tibi Cyprios cõmendo paphios præsertim. Hora. Venus regna gnidi paphiq;. Ardua quæ sua natura ardua. alta adeo annixa petit: ut nullo pondere sup imposito ĩflectat: sed crescens oẽm molẽ constanter efferat semp aduersus difficultatem nitens qđ qñ proprium fortitudinis est eam est ut palma uictori ꝓmium detur. Fœtu. Pro surculo posuit

paphos

SER. Et ſteriles platani malos geſſere ualentes: Dicit quid ī quā arborē debeamus inſerere in arbuto nucē in platano malū. in orno pyrū ſed caſtaneæ fagos eget expoſitionē: nō. n. in caſtanea fertili fœcunda fagus ī ſe riē uū aūt hypallage eſt ut ſit caſtaneæ fagos pro fagi caſtaneas geſſere aut eſt mutāda diſtinctio ut ſit Et ſteri les platani malos geſſere ualentes. Caſteneæ. hoc eſt infœcundæ arbores platani ſortes ramos caſtaneæ porta uerūt. fagos ornuq; icanuit albo flore piri. Secundū quā diſtinctionē fagoſ licet breuis ſit gos finalitatis tam ratione pduc̄: Fagos. n. incipit eē nomīatiuus caſus græcus ſingularis nā pluralis noſter ē accuſatiuus. alii neu trū probant & ita accipiunt caſtaneæ flore fagos in canuit: piri flore ornus ĩcanuit ut ſimiliter fagos no minatiuus ſit græcus. Nec modus inſerere aut nō ſimplex & fortuita ratio. ſed ea q̄ Ingenti labore col ligiē: Aut hoc dicit ſi ē idē īſerere qđ & oculos īpōe re q̄rū rerū diſcretionē hoc loco memorat: ſicut nos diximus ſupra. Trudūt ꝓpellūt. eiiciunt. Tuni cas. i. libros arboris interiores. Huc ex aliena. quia ait ex aliena: arbore. & ē mutatio iō nō ait hic inclu dūt ſed huc: ſic Cice. includū in carcerē cōdemna ti utiq; qa illuc fuerāt aliūde deducti. ĩoleſcere. Cō creſcere σύμφυεῖν. aut rurſum enodes trunci reſecā

Et ſteriles platani malos geſſere ualentes
Caſtaneæ fagos: ornuſq; incanuit albo
Flore piri: glandemq; ſues fregere ſub ulmis
Nec modus īſerere atq; oculos īpōere ſimplex
Nam qua ſe medio trudūt de cortice gemmæ
Et tenues rumpunt tunicas an guſtus in ipſo
Fit nodo ſinus huc aliena ex arbore germen:
Includunt: hudoq; docent inoleſcere libro
Aut rurſum enodos trunci reſecantur & alte.
Finditur in ſolidum cuneis uia: deinde feraces
Plantæ imittuntur: nec longum tēpus & īgēs
Exiit ad cœlum ramis fœlicibus arbos:
Miraturq; nouas frondes & non ſua poma.

Liber tur. Rurſum hic nō hēt ſignificationē iterandi: ſed. habundat. Libo. liber dicit ꝑs corticis interior Miratāq; ē nouas frōdes: & ſua poma Ingēs phā

CHRI. Hæc loca. n.t. fabula iasonis atq; medeæ nota ẽ apud nasonem. Sed quæ de medea scribat diodorus siculus breuibus perstringam. Soli duos fuisse filios refert aeetem & perseum & illum colcorum: hunc Tauricæ regionis regem: sed utrunq; crudelitate insignem. Persem autem Hecatem filiam. habuisse quæ patre crudelior extitit. Nam cum uenatiõe delectaretur homines pro ferris arcu interimebat & uenenis pestiferis opã dãs id quod anconitum dicunt adiuenit. Venena autem expiebatur illa hospitum cibus admiscens. Patrem autem ueneno cum extenxisset regnum sibi uendicauit. Post hæc condidit templum dianæ: cui hostiæ humanæ sacrificarentur. Ex aeetæ patruo circen & medeam filias peperit & ægialeum filium & circe in ueneficiis cũctos superauit omnium herbarum uiribus cognitis: & altetum pharmacorum genus quod ad beniuolentiam ualet inuenit. Inde sarmatæ regi quod aliqui scythen uocarunt data: illum ueneno interemit. & cum iam occupato regno multa crudelia fecisset: pulsa inde insulam desertam apud occeanum occupauit: uel potius in italiam fugiens promontorium ab ea deinceps circeum dictum tenuit. Medea easdem artes & a matre & a sorore edocta do per se e uiculis emittens. at pater & sua crudelitate & uxoris suasu suspectam habens in liberam custodiam tradidit medea autem effugiens in solis lucum qui iuxta mare est eo tempore quo argonautæ ex taurica deuecti appulerunt peruenit. Noctu ergo ad lucum accedens legem de hospitibus mactandis ab ea audiuerunt. Sed fretu uirginis mansuetudine suum illi consilium aperuerunt. at illa & quæ essent pericula adeũda exposuit: & se auxiliatricem futuram promisit. Et iason iureiurando se illam uxorem ducturum spopondit. Erat pellis arietis: quam ex quodam oraculo phryxus nouercam fugiens. arietem sacrificans in templo martis suspendit. Post hæc regnanti aeetæ datum est oraculum: tunc illum moriturum cum aduenæ pellem auferent. hac ergo de causa & propter simul innatam crudelitatem morem mactandorum hospitum induxit: quo illos ne in suum regnum uenirent absterreret. Lucum autem ipsum circũducto muro muniuit: custodeq; ex taurica regiõe multos reduxit. hinc fabulæ a græcis fictæ a tauris ignem spirantibus custodiri lucum. Nam tauri dicti sũt. scilicet propter nominis similitudinem & propter crudelitatem humanarum hostiarum ignis adhibitus est. Per serpẽtem autem mostruosam crudelitatem intellexerunt. Dixerunt autem ariete uectum esse. quoniam eius nauis, pra arietem pictum habuit. alii dicunt scytarum regem qui aeetæ gener erat eo tempore in colchos deuẽisse quo contingit phryxum cum pædagogo captum: eum cum adamaret a socero dono accepisse: quem cum pro filio habuisset regnum sibi reliquit. Pædagogum autem qui crios idest aries nominabat diis mactauit. pellem quæ decorari in templo ex quadam lege suspẽdit. Et cum oraculum extitisset periturum regem cum ipsa pelis ab aduenis diriperetur eam deaurauit. & diligenter costodiendam tradidit. Medea autem argonautas ad lucum clãduxit. & ueniens ad portas urbis: quam sybarim dicunt in qua erat colchorum regia: quæ nocturno tempore clausæ erant uigiles tauricæ appellauit. at milites illi utpote regis filiæ statim aperuerunt: illi ipetu facto ac custodibus partim cæsis partim fugatis pellem arripuere. ac euestigo ad naues rediere. aeetes argonautas insecta tus primo cõgressit iphitum Eurysthei filium. mox urgente melagro & ipse rex interẽptus est: & multi colchi reliqui in fugam uersi. iasonem autem & cleartem atalantemq; & thespiadas uulneratos paucis diebus medeæ radicibus herbarum sanauit hæc diodo. Poeta autem non historiam sed fabulam quæ notissima est, psequitur

massicus

Grauidæ. ut ostendat nõ mõ esse fruges sed optimas & copiosas. Massicus. mons est cãpaniæ olim minerue sacer: cuius in radicibus surrentum est: ubi fiunt optima uina. Nam strabo cum de campania scribat addit: hinc romam optima uina aduehi. falerna setina & calena: quibus surrẽtina contendunt. facto. n. nuper eorum periculo qm̃ longa accipiunt uetustatem. Bellator. Quãuis hoc epithetum homini proprie accõmodandum sit: tñ equus nescio qua ĩnata prudentia equitem ueluti ratione utens mirifice in prælio iuuat. Sese. a. i. quasi dicat de industria & non naturali motu magnanimitatem in ingressu ostendat

SER. Hinc albi clitumne greges: & maxima taurus uictima: clitumne uectus ẽ. Clitumnus aũt fluuius est in Meuania: q̃ ps Vmbriæ ptis Tusciæ: de quo fluuio dicit Pli. in hi. na. q̃ animalia quæ eũ potauerũt albos fœtus creant. Maxima uictima: quia triumphãtes de albis tauris sacrificabant. Sæpe tuo pfusi flumine sacro, flumine fluẽto. Perfusi aũt tauri qui ante triũphãtes usq̃ ad tẽpla ducebãt. aut certe pfusi greges ītelligamus quod ad equos triũphales põt referri. Duxere triũphos. Si equi duxerũt. si boues deduxerũt. Hic uer as. atq̃ assi. men. æstas. Ver assiduũ uerna tẽperies. Nã uer assiduũ, pprie eẽ nõ põt seu longũ. Bis gra. pe. uer̃ est inde. n. est ī bu colicis. Lac mihi nõ æstate nouũ nõ frigore defit. Bis po. uti. ar. i. biferæ sunt arbores. At rabidæ tī. absunt: malũ armeniæ. Et sæua le. se. malũ Libiæ Semina. genera. & est Lucretii sermo. Nã q̃ ait sæua aut cruẽta accipimus: aut re uera sæua semina: ut. n. ait Pli. Animalia q̃ sunt cũ acutis unguibus frequenter parere nõ põt uitiat. n. intrinsecus se mouẽtibus pullis. Nec miseros fallũt aconita legẽtes. mira arte usus est ut excusaret rẽ quã negare nõ poterat. Nam aconita nascunt in italia: sed ea nõ obesse dicit: quia sunt oĩbus nota. Aconita aũt nata dicunt esse despumis cerberi: quo tpe Hercules eũ ab inferis traxit. Quod qa in saxibus & cotibus nasciť aconi tũ dicitť ἀπὸ τῆς ἀκόνης .i. a cote. & dicimus τὸ ἀκόνιτον καὶ τὰ ἀκόνιτα neq̃ tanto squammeus. Sũt qdã serpentes in italia sed nõ tales quales in egypto aut in Aphrica

Clitūnus

Aconita

Hinc albi clitumne greges: & maxima taur9
Victima sæpe tuo perfusi flumine sacro:
Romanos ad templa deũ duxere triumphos
Hic uer assiduũ: atq̃ alienis mensibus æstas.
Bis grauidæ pecudes: bis pomis utilis arbos.
At rabidæ tygres absunt: & sæua leonũ.
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes
Nec rapit immẽsos orbes p humũ: neq̃ tãto.

ANT. Clitumne. in phalisco Clitumni amnis aqua pota cãdidos boues facit. In Boetia amnis Melas: oues nigras: Pli. li. ii. c. cvi. Hinc albi clitumne greges. Ordo est: o clitumne: hinc ex Italia albi greges: & taurus maxima uictima: sæpe tuo sacro flumine pfusi: duxere romanos triũphos ad tẽpla deũ. Triumphantes enim albi eqs curru ĩaurato: capite coronato lauro p urbem uecti capitolium ascẽdebant ad templum Iouis optimi maximi: ubi mactato albo tauro: domũ postea repetebãt. Templa deũ. Erat in capitolina arce celeberrimum Iouis optimi maximi templũ. de quo Tac. li. xix. meminit. Erat & Iunonis monetæ. itẽ Mineruæ delubr̃. In capitolio demũ deor̃ omniũ simulacra. colebãtur: ut Seruius libro. ii. inqt: ibi ualet: Ecce autẽ panthus &c. Hic uer as. atq̃ alienis mẽsibus æstas. hoc ait: quoniã ut etiam Strabo li. vi. scribit: Italia subiacet uniuersi aeris tẽperiei. Solinus item inquit inesse Italiæ locorum salubritatem & cœli temperiem. quod & Pli. scri. Tigres de iis uideto ægloga. v. Leonũ. de his legito Pli. li. viii. c. xv. Aconita. uideto ægloga. viii. Prima autem. Necate Aconito plurima scribit.

Clitumnus

CHR. Hinc albi clitumne greges. Clitumnus umbriæ fluuius est apud Meuaniam defluẽs: exquo si uacca ouisue post cõceptum biberit albos parit. Idem scriptores, pbati de Cephiso Boetiæ flumine asserunt. Cum melas eiusdem regionis fluui. nigros greges reddat: unde mela: dicitur: quia μέλας, græce nigrum significet. Xanthus græce flauum significat. Hinc Xanthum Troiæ fluuium dictum uolunt: quia lanas in gregibus flauas producat. Neq̃ credat quisq̃ hæc incredibilia. Nam Aristoteles in libro de animalibus ait aquas etiam ad colorem facere. Videmus etiam & omnium rerum optima parente terra uarios & qui sapore & colore & uirtute differant humores emergere. In Sicilia himera fluuius in duas partes diuiditur: & in altera dulcem saporem retinet: in altera falsum assumit. Sunt & fontes qui quoniam per uenas pingues fluxerunt omnino uncti sint. hinc qui in Lipari siciliæ flumine natant ueluti oleo unguntur. Apud hierapolim Phrigiæ urbem fontes ebnliunt: ex quibus aquæ per fossa deriuatæ post annum lapidescunt. In Paphlagonia fons est e natura uini: ex quo qui potant temulenti efficiuntur. In Arcadia Clytoris urbs spelunca habet: unde fluens aqua abstenyos potantes reddit. Ad eum fontem Melampum scribunt rabiem filiarum proeti sacrificiis purgasse: restituisseq̃ uirginum mentes in pristinam sanitatem. hæc autem cur non fieri posse credamus: cum ex uno animalis corpusculo: quod eodem cibo potuq̃ enutritum sit sanguis pituita bilis atrabilis: ac postremo urina & sudor a colore sapore ac naturali ui multum differentes humores appareant. Maxima uictima. Nam triumphantes tauros auratis cornibus insignes sacrificabant: qua nulla maior est uictima Italia ad eo genus bubulum adamauit: ut ab italis. i. uitulis nomen acceperit: Capitale erat bouem interimere. Reseruabatur hæc uictima ioui. hinc Paulus æmilius in triumpho macedonico. cxxx. boues cum auratis cornibus sacrificauit. Hic. Ista italia. Ver assiduum. Sed quo pacto poterit esse assidua ueris temperies: si etiam sint rapidi calores æstatis. Sed dicit assiduum: quia non intercedit frigus: sed quod hyemis est occupat uer. Aestas autem occupat autumnum. unde dixit alienis mẽsibus æstas hoc autem intelligit de ea parte italiæ: quæ ad tyrrhenum mare & ad meridiem uergit. Aconita. aconitum planta est quæ ab Auicena dicitur strangulator. Duæ sunt species: altera dicitur lycoctonos. i. strangulator lupi: altera dicitur pardaliphontes. i. strangulator leopardi. Prima species abundat italia diuerso colore ab altera: sed folia similia platano nisi essent minora & nigriora & magis incisas hastam habet didomo similem & leuem ad cubitum altam: semen in folliculis oblongis. Pardaliphontes teste Plinio folia habet ciclamis non plura quattuor aut cucumeris leuiter hirsuta sed minora: & hasta duarum palmarum: Radix similis est Gamarro marino: alii dicunt caudæ scorpionis sed limpida ut alabastrix. Sunt qui myoctnonon appellarint: quoniam procul ex longinquo odore mures necat. Nascitur in locis nudis scilicet petrosis quos aconas uocant: ut ait Plini. Alii dictum uolunt ab acone portu qui est in ponto, hanc herbam natam fabulantur ex spuma cerberi ad superos ab hercule extracti.

Clitumnus. cephiso Xãthus

Himera Liparis hierapolim clytoris

Aconitum

SER. In ſpiram aũt dicit in collectionem uolubilitatis quod eſt a funibus tractũ. Adde tot egre.ur. Laudat italiã ciuitatibus: quas & plures hẽt & maximas: & opportuniſſime collocatus. Fluminaq; anti.ſu.la.mu. Quod laudat ẽt Cicero in republica. Mare quod ſupra.i mare adriaticũ. Quodq; alluit infra.i.tyrrhenum. Te

Larius lari maxime. larius eſt lacus uicinus alpibus: qui iuxta Catonẽ in originibus per ſexaginta tendit milia. Et lari us lari uocatiuus facit: ſicut iulius iuli: mercurius mercuri. Teq; fluctibus & fremitu aſſurgẽs benace mari/

Benacus no. Benacus. lacus eſt italiæ: qui magnitudine ſui tẽpeſtates imitatur marinas. Aſſurgẽs autẽ uocatiuus eſt caſus ut ſit memorẽ: & te o benace aſſurgens. i. tumeſcẽs fremitu marino aut certe antiptoſis ideſt caſus p ca/ ſu: aſſurgẽs pro aſſurgẽtẽ. An memorem por. lu. ad. clau. In baiano ſinu Campaniæ contra Puteolanam ciuitatẽ duo lacus ſunt: Auernus & lucrinus: q olim ꝓpter piſcium uectigalia magna ꝓſtabant. Sed cũ maris impetus plerũq; irrũpens exinde piſces excluderet: & redemptores grauia damna paterentur: ſupplicauerũt ſenatui. & profectus. C. Iulius Cæſar ductis brachiis excluſit partẽ maris: quæ ante ifeſta eſſe cõſueuerat. Reliquit breue ſpatiũ p auernũ qua & piſciũ copia poſſet intrare: & fluctus nõ eẽnt moleſti: quod opus Iulii dictum eſt. Sed hæc ambitioſe undã iuliam appellauit fremẽtẽ cõtra moles a iulio oppoſitas. Indignatum magnis ſtridoribus æquor Indignatum a ſolita excluſum licẽtia: & indignatione ſuã ſtridoribus prodens.

Squãmeus in ſpirã tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias urbes: operũq; laborem.
Tot congeſta manu prærũptis oppida ſaxis
Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros.
An mare qđ ſupra memorẽ qđq; abluit infra:
An ne lacus tantos. te lati maxime: teq;.
Fluctibus & fremitu aſſurgẽs benace marino
An memorẽ portus: lucrinoq; addita clauſtra.
Atq; indignatũ magnis ſtridoribus æquor.
Iulia qua ponto longe ſonat unda refuſo
Tyrrhenuſq; fretis immittitur æſtus auernis.

Angues ANT. Anguis. Scribũt in India ſerpẽtes in tã tam magnitudinẽ adoleſcere: ut ſolidos hauriant ceruos: tauroſq;. Metrodorus circa Rhyndacũ amnem in ponto: ut ſupra uolantes quãuis alte perniciterq; habiles hauſtu raptas abſorbeant: auctor Pli. li. viii. cap. xiii. In ſpiram: reuolutionẽ. Sub antiquos muros. hoc eſt ſub antiqua oppida. Multa ſiquidem italiæ oppida prope mœnia uel intra labentia flumina habẽt. An mare. Italia ut Pli. ſcri. li. iii. c. vi. ſita eſt inter duo maria: infer & ſuperum. Inferum a græcis Tuſcum: & Tyrrhenum uocat. Superũ uero Adriaticum appellant ab adria inclyta urbe ut ſtrabo ait Probus etiam inquit. Cingit italiã a ſeptẽtrione Adriaticus ſinus. ab meridie Tuſcum mare.

Italiæ maria Tyrrhenũ mare adriaticum ſuperum appellatur: Tuſcum inferum. Lacus tantos. larius uti ſtra. li v. meminit: in Gallia Ciſalpina prope Comum urbem lacus eſt: quem Adua fluuius auget. inde amnem Padum ingrediens. Eſt autem ut idem ſctibit li. quarto latius longitudinis fere ſtadiorum trecẽtorum. latitudinis triginta: qui amnem eiicit Ticinum ſẽne grandem. Benace. Benacus ut ſtra. in fine li. iiii. ait: locus ſtadioꝝ quingentũ longitudinẽ hẽt: latitudinẽ uero. xxx. de quo Myncius amnis effluit. Eſt etiã lacus Verbanus longitudinis quidẽ ſtadiorũ. cccc. latitudo uero anguſtior eſt q̃ Benaci: emittit fluuium aduã. oẽs aũt tres dicti lacus in Padũ influũt: oriunt q; ex alpibus Lucrinoq; addita clauſtra. lucrinus ſinus uſq; Baias latitudinẽ pãdit: qui ex exteriori pelago p aggerẽ longitudinis ſtadioꝝ. viii. latitudinis aũt unius orbite arcet. Illũ aũt ab hercule traducendaꝝ Cerionæ boum cã aggeratũ fuiſſe, phibẽt. quẽ cũ pedibus pambulari pp fluctus igruẽtes p hyemes ſupne: uix poſſet Agrippa exornatũ melius conſtruxit: leuioribus enĩ lẽbis præſtat ingreſſum. intra aũt lucrinũ ſinum Auernus eſt q cõphẽſam Miſenũ uſq; tellurẽ manualem efficit inſulã: a matis ſpatio iter ipm atq; Cumas. Eſt aũt auernus & fundo & hoſtio ſin cõmodus: & magnitudine & natura portũ cõtinẽs: uſum tñ portus nequaq̃ præbẽs: qm ante illũ lucrinus portus iaceat. Supcilia aũt ardua. auernũ undiq; circũcludũt: ꝑter hoſtiũ. ſuo qdẽ tpe amœnis culta modis inqt ſtrabo. olim aũt agreſtibus referta nemoribus: & proceris arboribus inuia. nã poſtea auerni lucũ ſuccidit agrippa locis p pulchra adornatis ædificia. hæc exſtra. Iulia unda. iuliũ portũ intelligit. de quo Suetonius in auguſto ſic ait. Donec nauibus exinde ægre fabricatis: ac. xx. ſeruoꝝ milibus manumiſſis: & ad remũ datis portũ iulium apud Baias ĩmiſſo in lucrinũ & auernũ mari: lacũ efficit: in quo cũ hyeme tota copias exercuiſſet Pompeiũ inter Milas & Naulochũ ſupauit. Aeſtus. is eſt maris acceſſus. i. inqetudo. unde & æſtuaria: p quæ mare uiciſſim tam accedit: q̃ recedit fretũ aũt appellatũ: q; ibi ſemper mare feruebat: nã fretum eſt anguſtum & quaſi feruens mare ab undarum feruore nominatum.

Lucrinꝰ Auernꝰ

Iulius portus Aeſtus

CHR. Hæc rapit. Sũt qdẽ ſerpẽtes ſed nõ tãti quãti apud aſacheos æthiopiæ populos qui ſũt uiginti cubitoꝝ: aut quãti in india qui ſecũdũ Megaſthenẽ ceruos & tauros ſolidos haurire ꝑnt. Regulus aũt in punico bello ad flumẽ Bagradã tormẽtis & baliſtis ſerpentẽ cõfecit centũ uiginti pedũ. Nihilominus & in italia Boiæ ita magnæ efficiunt ut ſub Claudio imperatore quædã occiſa ſit: cuius in aluo ſolidus infans ſpectatus ſit. Ego aũt eo anno qui ſeptuageſimus ſupra mille ac quadrigẽtos a ſalute noſtra enumerat in agro caſentinati & in ea apẽnini parte unde Arno fluuio origo ẽ nõ procul ab eo caſtello quod Caſtaneanũ uocãt ſerpẽtẽ interfectũ uidi cuius magnitudo odoi inſeci canis maguitudĩe nõ uinceret. ille aũt q occidit uel tetro ſerpẽtis odore: uel alia occultiore cã nullo uulnere ab eo ictus: nullis uerberibus percuſſus: poſt paucas dies e uita exceſſit. Veꝝ hæc rariſſima ſunt. In ſpiram. Quid ſpira ſit dicemus in ſecũdo æneidos. Mare qđ ſupra. mare ſuperũ: qđ uergit ad ſuperiorem ꝑtẽ mũdi. i. ad ꝑtẽ ſeptẽtrionalẽ quæ nobis ſublimis ẽ: ut hic uertex nobis ſemp ſublimis. Dicit aũt adriatici cum ab adria colona etruſcoꝝ. Incipit aũt a pyreneis montibus Epiri: & p italiã ſuperiorẽ extẽdit uſq; ad gallos Quodq; abluit infra. Mare tyrrhenũ eſt qđ abluit italiã a meridie q̃ mũdi plaga infima ẽ ac depſſa. unde dixit in ſuperioribns de polo meridionali: Aſt illũ ſub pedibus ſtyx atra uidet. Incipit aũt ab oſtio Vari quod flumen italiã a

Gallia diuidit: & discurrit ad fretũ usq; siculũ. Quare aũt dicat tyrrhen. i. etruscũ alio loco appebit. Lari. lariꝰ lacus ẽ pisciũ copia excellẽs in gallia cisalpina, ppinquus Como urbi: a qua ẽt comanꝰ appellat. Ex hoc abdua fluit. Benacus aũt eiusdẽ galliæ lacus in mõtiũ faucibus locatus. Vñ ui uẽtoꝝ insurgẽte ueluti mare uariis tẽpestatibus æstuet. Benacus Mintiũ flumen emittit. Idẽ lacus aureas harenas hẽre dicit: sed profecto piscem gignit nusq; alio loco repertum: quem incolæ carpionem uocant sapore suauissimo. Larius Benacus

Hæc eadẽ argẽti riꝝos æriſque metalla
Ostendit uenis: atque auro plurima fluxit.
Hęc gẽus æreꝰ uirũ marsos pubẽque sabellã.
Assuetũque malo ligurẽ uolscosq; uerutos:
Extulit: hęc decios: marios magnosq; cãillos

SER. Auro plurima fluxit. i. copiosios fuit in rẽ ptiosiorẽ. Assuetũq; malo ligurẽ. i. labori. Volcosq; uerutos. Italiæ populi sũt. Extulit hæc decios Creauit. Decii aũt duo fuerũt: quoꝝ unus bello latino: alter gallico se. p republica deuouerũt. Marios. marii multi fuerũt: quoꝝ unus fuit septies cõsul. Camillos. abusiue plurale ẽ numerũ. p singulari. nã Camillus unꝰ fuit q a gallis sublata signa reuocauit Camillꝰ

ANT. Metallũ: metallũ a metallo dicit quod ẽ scrutor uel inqro. nã in oĩ fere materia: una iuẽta uena: nõ procul iueniẽ alia. qđ & Pli. notauit li. xxxiii. c. viii. Auro. auꝝ asturia plurimũ gignit: neq; in alia pte terraꝝ tot sæculis hæc fertilitas. Italie parcitũ ẽ uetere iterdicto patꝝ. alioq; nulla fœcũdior metalloꝝ quoq; erat tellus. &c. Pli. li. xxxiii. c. v. Marsi italie populi uelocitate pedũ plurimũ ad cursũ pstãt: ut Dionysius scri. Solinus aũt ait: Marsoꝝ gẽtẽ serpẽtibus illæsam eẽ: sed nihil miꝝ. a Circes filio hi genus ducũt. & auita potẽtia deberi sibi sciũt seruitiũ uenenoꝝ: iõq; uenena cõtemnũt. Stra. uero li. v. ait: q; alba marsis finitima est in excelso loco cata saxo. prope Fucinus ẽ lacus lõgitudine par pelago. Is aũt Marsis & uicinis maximo oĩbus usui fit. Metalũ Fugimꝰ Sabellam. Sãnitas itelligit: q ut Festus ait: dicti sũt a colle sãnio: ubi ex Sabinis aduẽtãtes cõsederũt. Pli. uero li. iii. c. xiii. ait: q; sãnitii erãt italie populi: quos sabellos & sãnitas græci dixere. Ea gẽs ut Florus li. i. ait: opulenta erat fallax rapida ac furiosa: & ĩ exitiũ urbis agitata: ptinax. sexies enĩ rupto fœdere: cladibusq; ipis aiosior erat. hos tñ qnquaginta ánis p fabios & papirios patres eorũq; liberos urbs Roma subegit ac domuit. Sũt aũt Sãnites ĩter Cãpaniã & Apuliã: ut ostẽdit Stra. li. v. regionẽ mõtanã possidẽtes & mari nõ admodũ proximi. hæc aũt natio exĩgua ẽ qdẽ: cæteꝝ fortitudie cõspicua. ostẽtata Romanis eoꝝ sæpissime uirtute: tãdẽ quũ libertatẽ asseq; uel lent desciuerũt. unde Marsicũ exarsit bellũ. Marsicũ aũt iõ noĩatũ: qñ a Marsis rebellãdi suscitatũ fuerat initiũ. Sanitii Marsicũ bellum,

Assuetũq; malo ligurẽ. Liguria in ipis Apœninis montibus ĩter Galliã atq; Hetruriã sita ẽ: nihil descriptiõe dignũ hñs: nisi q; uicatim uitã agũt. terrã arãtes asprimã: fatigẽtesq; ligonibus. ĩmo uero saxa ĩcidẽtes: ut Possidonius ingt. ita strã li. v. Diodorus ẽt li. vi. scri. ligures patriã hitãtes asperã ac oĩo sterilẽ plurimo labore continuoq; uitã purã agere. Venatõibus cõtinue uacare. captisq; feris fructuũ inopiã substẽtare: in terra cubare ut plurimũ. hocq; pacto prisco more absq; apparatu aliquo uiuere. Deniq; mulieres uiroꝝ uiros feraꝝ robur & uires hẽre. feroces eẽ: & acuti ĩgenii: nõ in bello solũ: sed ĩ cõi uita &c. Propter supradicta igit mala & labores ait Maro: assuetũq; malo. i. latrociniis ut quidã uolũt: pp illud æneidos. Vane ligur &c. nã Poeta hic eos laudat: & diodorus uitã purã agere eos scribit. Volscosq; uerutos. Dionysius Alicarnaseus li. vii. inquit. Vrbs uolscoꝝ ĩsignis Velitre magna ipa & populosa. hæc ille. pp qđ legẽdũ ẽ apud Sylliũ li. viii. Setia: & in celebri miserũt ualle uelitræ. i. freq̃nti ualle: nã adhuc uestigia Appiæ uiæ in eius ualle existũt distãtis a mœnibus stadia duodecim uel circa. Celebrat ẽt hodie cõtinue urbs ipsa a pegrinis illac trãseũtibus: quũ ab urbe Roma Neapolĩ petũt: & e tõuerso. Fuit inde Augustus Octauius oriũdus. de quo late apud Trãquillũ q ĩter alia sic ait: Velitris antiqtus acta de cœlo pte muri rĩsum ẽ: eius oppidi ciuẽ qñq; reꝝ potituꝝ. sero tñ documẽtis apparuit ostentum illud. Augusti potentiã portẽdisse. Distat aũt ab urbe Roma uiginti milibus passuũ: ab Lauinio uero milibus passuũ tribus. Verutos. Verutũ est telũ breue & angustũ: ut scri. Nonius. Probus uero ĩquit. Volsci ueruti iõ dicunt: q; dolonibus in plio soliti sint uti. Decios. De iis & reliquis late Plinius de uiris illustribus. Verutũ

CHR. Aeris metalla: noie metalli uenit quicquid ex terra effoditur in terræq; uisceribus ueniq; diligẽtius inquiriẽ. unde & lapidicinæ metalla appellãtur e græco uerbo. nam μεταλλάω inquiro significat. Argẽtũ ẽt a græca appellatõe est. Illi. n. ἀργύριον dicunt. Fit aũt ex argẽto uiuo & sulfure albo: plus tñ est de aereo aqueo q; argẽti uiui q̃ de sulfute. unde minus põderis in eo q̃ in auro. Duplex aũt argẽtũ est: simplex & cõpositũ. Simplex liqdũ ẽ: & argẽtũ uiuũ appellat: cuius substãtia aquea est subtili terreno mixta robusta mixtõe & idissolubili: & hoc inest sibi ex magna siccitate terrea qua nõ liq̃scit in siccitate plana. albedinẽ trahit ex subtili terræ albedine & ex admixtõe aeris. Argẽtũ aũt uiuũ cũ sulfure sũt materia oĩum metalloꝝ. Aes uero qđ cuprũ ẽt dicũt ex sulfure & argẽto uiuo ut cætera metalla cõponit: sed plus ẽ in eo sulfuris q̃ argẽti. Sed sulfur ẽ terreũ non pure rubeũ calorẽ hñs adurẽtẽ. Argẽtũ uero ẽ mediocre nec nimis subtile: ut ostẽdit Aristoteles. auꝝ aũt creat ex sulfure subtili & rubeo & ex uiuo argẽto subtili & albo: plus tñ cõfert ad illud formãdũ de soliditate sulfuris q̃ de aereo aquoso uini argẽti. Quapropter solididius põderosiusq; est q̃ argẽtũ. Aere uiꝝ. de nũerosis populis italiæ sic loquit Pli. Hæc ẽ illa italia q̃ Aemilio Paulo &. C. attilio cõsulibus nunciato gallico tumultu sola sine externis auxiliis & sine trãspadanis equitũ. xxx. milia: peditũ. lxx. milia armauit. Et Diodorus li. iii. scri. romanos quasi hãnibalis adnentũ puidẽtes cẽsum fecerũt & ciuiũ suoꝝ & socioꝝ decies cẽtena milia hoĩum q essent bello apti descripserũt. Marsos ultra picenũ uestini sunt & marsi: & peligni: & marrhucini: & ferẽtani samnite populi. Natio exigua est: sed fortitudine cõspicua. Nã & aduersus romanos fortiter puguarũt. Idẽ pro illis socii fecerũt. Postremo libertatẽ & ciuitatis cõmunionẽ cõsequi uolẽtes repulsam passi bellũ marsicũ excitarunt, aitstra. De origine marsoꝝ alio loco dicet. Sabellã. samniticã. hæc a sabinis est. Lygurẽ. lyguꝝ Genua metropolis est. Verutos. Quia telis quæ uerubus similia essent utebantur in bello. Aes Aurum Italia Argẽtũ Metalla

SER. Scipiadas duros.b. Scipiadas pro scipionibus dixit: sicut amazonidum pro amazonũ alibi posuit. Scipiones aũt duo fuerunt: auus & nepos: quorum unus leges uictæ Carthagini imposuit: alter eandem diruit. Hæc aũt oĩa plenius in.vi. diximus. Imbellẽ.a.r.ar. in auertẽdo reddis imbellẽ. Romanis aũt arcibus: a romãis urbibus a romano ĩperio. Magna uiꝝ. uirorũ fortiũ. Et iam cõcludit laudãs eã a uiris: a fertilitate rerũ a Saturni ĩperio. Tibi res &.a.l.&.a.i. Tibi in tuã utilitatẽ scribo carmẽ georgicũ. Antiq̃ aũt laudis uel magnæ: uel q̃ apud antiquos ĩgenti honore fuit agricultura. Ascræũq̃ carmẽ. hesiodicũ. Nam hesiodus ascræus de ciuitate ascra fuit. Nũc locus aruorũ. Nũc inqt tps est naturã agrorũ describere. Ingeniis naturis. Multi culpãt in hoc loco Vir. q̃ in unũ coegit quattuor librorꝝ ppositiones. ná &: de aruo & de cõsito: & de pascua: & florido isto loco cõmorãt: qđ ideo nõ est reprehẽdendum: quia nõ ea late exequit: sed carptim & breuiter trãsit: quæ latius explanat in singulis. Quæ robora cuiq̃. q̃ sit uniuscuiusq̃ possibilitas. Quis color. quæ species: sicut dicimus: quo colore ille recitauit. i. specie. licet breuiter ẽt sit dicturus de colore terrarꝝ. Difficiles pene steriles & parũ creãtes. Colles maligni. i. infœcũdi. Tenuis. ubi argilla. sine humore qa est & pinguis. Dumosis. spinosis & uepribus plenis. Calculus. lapis breuis terræ admixtus: dicto calculus q̃ sine molestia sui breuitate calcetur. Viuacis oliuæ: diu uiuẽtis. Hic supra. Tardæ crescẽtis oliuæ Res. n. diu duratura tarde crescat necesse est. Tractu. Plaga regione. Dulciq̃ uligine læta. terræ uligo proprie est naturalis eius humor: ex ea núq̃ recedẽs. Bene aũt dulci addidit ad discretiõnem amaræ. uliginosus ergo agerẽ semp humidus dicit̃ qui aliquando siccat̃.

Calculus

Scipionem

ANT. Scipiadas. Vt P. Scipionem & Cneũ fratres: qui in Hispania pro Romão imperio occubuerunt. & Cornelium Scipionem publii filium: q̃ deuicta Carthagine Aphricanus dictus est. Cuius frater. L. Scipio ob Asiam deuictam asiaticus est appellatus. Et Cnei scipionis. P. Corneliũ Nasicam filiũ qui in tota urbe uir optimus iudicatus est. Adde & iis. Scipionem æmiliaꝝ Carthaginis exitium. De Scipionibus autem hæc & plura Plutarchus. Cæsar. Augustum intelligit: ná ut scribit Lucius Florus Scythæ miserãt legatos augusto & Sarmatæ amicitiam petentes. seres etiam habitãtesq̃ sub ipso sole Indi: cũ gemmis & margaritis elephantosq̃ inter numera trahentes nihil magis q̃ longinquitatem uiæ imputabant: quam quadriẽnio impleuerant. Parthi quoq̃ quasi uictoria permaneret: rapta clade crassiana signa retulere: hæc ille. meminit ẽt Sueronius.

Saturno

Saturnia tellus. saturnus enim in italia regnauit: quo tempore aureũ seculũ fuisse aiunt. construxitq̃ urbem in monte Capitolino: quam saturniam appellauit. hinc Maro li. viii. ait: Hanc Ianus pater: hãc saturnus condidit arcem. Ianiculumq̃ illi: huic fuerat saturnia nomen. Et Varro scribit Tarpeium monte saturniũ a saturno appellatũ: & ab eo saturniam terram. Magna uiꝝ. ordo est: magna parẽs uiꝝ: repetitur enim parẽs

Antiquæ laudis. quanta agricolis laus esset olim circa principium aperuimus. Præterea antiquorũ multis in talia uinearũ cultura laudi fuit. de quo uide to Pli. li. xiiii. c. vi. Laudabatur item Italia ob generosa uina de quibus item Pli. li. xiiii. c. ix. Sanctos fontes musarũ. s. Ascræũ carmẽ. Hesiodi ascræi itelligit: q̃ pnceps oĩum de agricultura præcepit & carmĩe executus est: quẽ postea Maro hic in g. imitatus est. de Asera aũt latius ægloga. vi.

Ingenuo

Ingeniis. i. naturis & qualitatibus. Ingeniũ nãq̃ dicitur sua sponte natura: qđ hic ẽt. Nonius ĩtellexit. Primũ cano. s. Difficiles primũ. sensus est: q̃ terræ difficiles: colles maligni i. steriles. Terra ubi est tenuis argilla: & arua calculis plena oliuis gaudent. Tenuis argilla. non pinguis creta. Pli. li. xvii. c. y. scribit Argillosam terrã esse q̃ opi difficillima: quæq̃ rastros acuomeres ingẽtibus glebis cneret. Calculus lapillus. Dulci huligine: dulci pinguitudine & naturali humore: nõ aũt amara. Atq̃ pinguis humus: sensus est: q̃ humus pinguis & fertilis dulci huligines & cãpus herbosus & fertilis hubere & abundantia: qualis cãpus in mõtis cõualle eẽ solet. & agri q ex positus est austro: & qui filicẽ hẽt uitibus cõueniũt: & uina optima, producũt. Mõtis conualle. Cato agrum optimum iudicat ad ra. montium: planicie in meridiem excurrente: quæ est totius Italie situs. Pli. li. xvii. c: quinto.

Scipiadas duros bello & te maxime cæsar:
Qui nunc extremis asiæ iam uictor in oris
Imbellem auertis romanis arcibus indum.
Salue magna parens frugũ saturnia tellus
Magna uirũ: tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior: sanctos ausus recludere fontes.
Ascræumq̃ cano romana per oppida carmẽ:
Nũc locus aruoꝝ ingeniis: quæ robora cuiq̃
Quis color & quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primũ terræ collesq̃ maligni
Tenuis ubi argilla & dumosis calculus aruis
Palladia gaudent silua uiuacis oliuæ.
Indicio est tractu surges oleaster eodem
Plurimus. & stratis baccis siluestribus agri.
At quæ pinguis humus dulciq̃ huligine læta:
Quiq̃ frequẽs herbis & fertilis hubere cãpus
Qualem sæpe caua montis cõualle solemus
Despicere, huc sũmis liquũtur rupibꝰ amnes

CHR. Te maxime cæsar. Magno artificio iam peruenit ad laudes Cæsaris: quod maxime cupiebat: & ita rem deduxit ut neq̃ a laudibus italicis quas sibi proposuerat aberraret. Neq̃ qua quidem re omnis laus euanescit. quicq̃ per adulationem inferre uideatur. Indum: ad indos núquã puenit Cæsar. sed blanditur sibi quia pacato orbe terrarum. Indorum legatio ad eũ Romam uenit. Intelligit autem de arabia quam domuit per. C. aquilium & per æthiopiam quam superauit per Petronium. Salue. mira & breuissima cõclusio: nam hac dictione salue colligit ex superioribus eam esse dignam ueneratione. Deinde per fruges infert copiam omnium quæ ex terra gignuntur: que diximus esse pro bonis corporis. per uiros ĩtelligit uirtutes illorum & egregia facinora quæ po

fuimus p ro bonis animi. Preterea opa humano artificio edita ut urbes opida & quæ iis similia sunt quæ regioni erunt loco bonorum fortunæ. Saturnia. q. d. digna quæ saturnia apelletur: digna quæ Saturnum auctorẽ ꝓceptorem q̃ tum morum tum agriculturæ habuerit. Tũc enim præceptore dignus est discipulus: cum illi sese parem addiscendo reddidit. Saturnia. saturnum ueteres putabant largitorem omniũ fœlicitatũ. Hinc fertilia loca saturno dedicabãt. ergo saturnia. i. fertilis. Dionysius aũt Alicarnaseus ait in primo libro. Nullam terrã fertilitate Italiæ cõparabo. In quo loco demõstrat quicquid est quo carere uita nõ debeat nusquã esse præstãtius q̃ in italia. Tibi. n. i. in honorẽ tuũ artẽpsam describo agriculturæ: ex qua tibi prouenerũt laudes: q̃ antiquæ fuerunt utpote a saturno profectæ. Ausus. Tanq̃ rem arduam & pene supra meas uires. Ascræum. Sententia ẽ primus apud latinos de re agraria uersibus scribã imitatus Hesiodũ. Non oratione soluta scripserat ante eũ latine. M. Cato. Saserne duo pater & filius Ttemelius Scrofa. M. Terẽtius Varro. Imitatus ergo Hesiodũ qui uersibus græce de reagraria scripsit. Quãuis idem Menecrates Ephelius fecerit. Ascræũ. Qui ex ascra fuit: hæc ut ipse scribit penes Heliconẽ est. Vituperat aũt ab eo suis uersibus. Appellat. n. rus infœlix: & ꝙ hyeme dirum sit æstu triste: & nullo tẽpore optabile. Nunc locus. pene propositionem restaurat. Ingemis. trãslatio ẽ ab homine. Habet enim animus humanus duplicẽ uim: alteram qua ꝑcipiãt: alteram qua iam ꝑcepta retineãt. Et illã quidem docilitatẽ: hanc memoriã appellant. Vtrũq; autem complectuntur cum ingenium dixerunt. Ergo in hoc loco ingeniũ dixit ĩnatã cõnaturalemq; uim: quæ quidem uaria in uariis terrarꝫ generibus reperiẽt. Quæ robora. ad quid quæq; ualeat: & interpretatus est quid dixerit ingenia.

Fœlicem q̃ trahũt limũ: quicq; editus austro.
Et filicem curuis inuisam pascit aratris
Hic tibi prævalidas olim multoq; fluentes.
Sufficiet baccho uites: hic fertilis uuæ
Hic laticis: qualem pateris libamus & auro.
Inflauit quũ pinguis ebur tyrrhenus ad aras.
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta
Sin armenta magis studiũ: uitulosq; tueri.
Aut ouium fœtus: aut urentis culpa capellas

SER. Fœlicem limum, terrarꝫ. s. i. fertilẽ. Nã fluminum limus est noxius. Huc. Illuc. Filicem curuis inuisam. filices radices sibi inuicẽ nexæ etiã cum auulsæ fuerint renascũtur. Olim. quouis tempore. Pateris & auro. i. pateris aureis. endiadem facit: ut Meléq; & montis. Pinguis tyrrhenus. Victimarũ s. carnibus. Inflauit ebur. tibiarꝫ dicit: quibus in aurem sacerdotis eam solebat. Lancibus pãdis. Aut patulis: aut extorꝫ pondere curuatis. Fumantia reddimus exta. sacerdotum usus est uerbo. Reddi enim dicebant exta cum probata & elixa aræ supponebãtur. Aut urentes culta capellas. omne enim ꝙ momorderint urunt: & exiccãt. unde est. Et ad morsu signata in stirpe cicatrix.

ANT. Filicem inulsam aratris id ait: quia ex una radice q̃ plures exeunt filices: & radices ipsæ longæ sunt in obliquũ: quibus qdem sues pinguescũt. folia cimicem necãt. serpentẽ nõ recipiũt. Pli. li. xxiiii. c. xliiii. Prævalidas. amplas. Sufficiet: subministrabit. Bacho. uino. Fertilis. s. est. Laticis uini. Pateris & auro. i. pateris aureis per Endiadin. Libamus ad aras. s. Pinguis tyrrhenus. Tuscus tibiicen significat: uel ꝙ nõ sit subtilis musicæ: uel ꝙ tumeãt buccæ inflãtes tibias quæ significant ebore dicto: Probus scribit potius tĩ pinguis uictimarꝫ carne. Ebur. tibiã itelligit: quãuis tubiã nõ tibiã Tyrrheni inuenerint. Vñ Ver. Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clãgor: & Pli. li. vii. scribit Aeneã tubã inueniisse piseũ Tyrrhenũ. obliquã tibiã Mydã in Phrigia. geminas tibias Marsiã. In eadẽ gẽte ly Tibia dios modulos Amphion. cũ tibiis canere uoce Trozenius Dardanus instituit. Adhibebat autem tuba nõ solũ Tuba in prædiis sed in omnibus festis diebus propter laudis uel gaudii claritatẽ. unde & in psalterio dicitur. Canite initio mensis tuba in die insigni solennitatis uestræ. præceptum enĩ fuerat iudæis ut initio noue lunæ tuba clangerent. Tibias autem diu funeribus fuerunt adhibitas mox & sacris gentilium. Tyrrhenus. Tyrrhenos Romani Hetruscos appellant: atq; Tuscos. Græci uero eos hoc noĩe nominauerũt a Tyrrheno Atys filio: qui ex Lidia colonos hãc in regionem dimisit. Cæterum Tusciæ longitudinem maximã a Luna usq; Ostiam: ꝑ litus stadiorꝫ milibus duobus & qngentis scribit Strabo libro. v. & Pli. li. iii. ait: ꝙ Tyrrheni a sacrifico ritu lingua græcorum Tusci sunt nominati. Pandis. curuis. Magis studium. supple est tibi. Aut ouium fœtus: aut Tyrrhe Caprarꝫ &c. s: cum sua uocali præcedẽti tollitur in scansione. quidam uero textus antiquifœtum hñt. Vrentes culta morsus capelle. hoc ideo: quia ut Pli. scribit li. viii. c. xlvii. Capris anima est: q̃ ouibus ardẽtior. earũq; morsus arbori exitialis. oliuam lambendo quoq; sterilem faciunt: eaq; ex causa Mineruæ immolant.

CHR. Filicẽ. Filicis teste plinio duo sunt genera: Alterꝫ nec florem habet: nec semẽ: pñte rigia uocãt græci: quam masculum putant ultra bina cubita crescunt: nec graui odore sunt: ex una radice plures exeunt. Alterum genus philipteron dicunt uel pterin est non fruticosa breuior molliorq; ac densior ad radicem cauliculata. Radices utriq; longæ in obliquum nigræ precipue cum inarueret. Difficile illa agri purgantur: tamen renascantur. Capellas urentes culta. Caprarum morsus arboribus exitialis est. Oliuam etiam lambendo sterilem reddit hoc animal. Sunt qui credant hoc prouenire ex illarum febricitanti adurentiq; & idcirco pestilenti anheli Capræ tu. Aiunt enim capras nunquam febre carere. Obidq; in uenditionibus a priscis non esse solitum præstari de sanitate. satisq; fuisse si uenditor diceret. Aio has capras bene esse beneq; bibere. Refert autem Archelaus non naribus sed auribus spirare. Ferunt quinq; mensibus ut oues: pariuntq; etiam quaternos raro senos. In pascendo semper ad altiora progrediuntur: pinguescunt pinguedine sterilescunt. Quibus cornua sũt annorum numerum per incrementa nodorum ostendunt: quæ illis carent mutilæ dicuntur. Tondentur in Cilicia capræ ut alibi oues. In Syria auribus mensura palmari & dodrantali: ac nonnullæ demissis adeo ut spectent ad terram ait Aristoteles. Vita ad octauum annum.

Esse a tremendo

SER. Saturi aut fœcundi: aut q̄ est iuxta oppidū Saturnum tarentum: enim & saturum uicinæ sunt sibi Calabriæ ciuiates Hora: Me satureiano nectari rura cabalo. Liquidi fontes puri sine pestilentia. Et quartū lōgis carpent armenta diebus Exigua.t.g.r.n.r. ut in ænei.diximus. Hoc dicit Varro ubertatē fuisse in rosulano agro postq̄ uelinus siccatus est lacus: ut ibi longam punicā superaret herbā. Aut unde iratus: scilicet infœcundita te diuturna. Antiquasq̄ domos aut re uera antiquas: aut caras Salustius tantū antiquitatis curæq̄ maioribus pro italica gente fuit: Est autē echasis in ista descriptiōne. Ieiuna glarea sicca & sterilis terra. Casia & rosima rinus apibus aptæ sunt herbæ. Tophus scaber. lapis asperrimus unde & scabies dicta ab asperitate.

Saltus & saturi petito longinqua tarenti
Et qualem infœlix amisit mantua campum
Pascentem niueos herboso e flumine cygnos
Nō liquidi gregibus sōtes nō gramina desunt
Et quantū longis carpent armenta diebus
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet:
Nigra fere & presso pīguis sub uomere terra
Et cui putre solū: nāq̄ hoc imitamur arādo:
Oprima frumētis non ullo exæquora cernes
Plura domū tardos decedere plaustra iuuēcis
Aut unde iratus syluā deuexit arator
Et memora euertit multos ignaua p annos
Antiquasq̄ domos auium cum stirpib9 imis
Eruit: ille altum nidis petiere relictis
At rudis enituit impulso uomere campus
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias roremq̄ ministrat
Et trophus scaber & nigris exesa chelydris
Creta negant alios æque serpentibus agros.
Dulcē ferre cibū: & curuas præbere latebras:
Quæ tenuē exalat nebulā fumosq̄ uolucres:
Et bibit hūorē: & quū uult ex se ipsa remittit:
Quęq̄ suo uiridi semper se gramine uestit
Nec scabie & salsa lædit rubigine ferrum
Illa tibi lætis intexet uitibus ulmos.
Illa ferax oleæ est illam expire colendo
Et facilem pecori & patientem uomeris unci:
Talem diues arat capua & uicina uescuo

Nigris chelydris .nocentibus. Negant.s. Nix cander & Solinus: qui de his rebus scripserunt.

Dulcem ferre cibum ordo est æque dulcem hoc etiam dulcem. Quæ tenuem exhalat nebulam nūc dicit agrum omnium rerum feracem. Quattuor q̄p pe imitatur genera agrorum qui solus potest quod illi quattuor: sicut sequētia indicant. Fumosq̄ uolucres: quasi fumos. s. ex humore: Quæq̄ suo sē per. naturali. s. non coacto. Nec scabie & sa. rubigine ferunt. ꝓprie est. nā rubigo q̄si scabies ferri est.

Vescuo

Talē diues arat capua iō diues quia talem arat. Et uicina uescuo. uescuus mons mons ē ligurie sub alpibus positus. Nā cāpaniæ mōs quidam Vesuuius dicit̄ ꝓ quo multi uescuū positū uolūt.

tarentū

AN.M. Saturi tarenti: a satura palude ei uicina. uel ob agri bonitatē ut Probus ait. Lōginqua ta. est. n. Tarentū Calabriæ ꝓxima urbs extrema italiæ de quo late Stra. li. v. Florus scri. Tarentū calabriæ quondā & Apuliæ totiusq̄ Lucaniæ caput: positū in ipsis adriatici maris faucibus. Mātua cā. de amissis Mantuæ aruis late diximus ī argumēto Tityri. In flu. Myntio uidelicet: qui Mātuā præterfluit.

Exigua tāntū Cæsar uopiscus cū causam apud cē sores ageret campos Rosiæ dixit italiæ fumen eē: in quibus perticas pridie relictas gramen operiret: sed non nisi ad pabulum probant Pli. li. xvii. capite. iii.

Nigra: pula terra ē optima & operi satiua q̄ temperatæ hubertatis est molis facilisq̄ culturæ nec madida nec sitiēs & post uomerē nigrescēs: & quā recētem exgrūt īprobæ aliter uomerē comitantes: corui q̄ aratoris uestigia ipa rodētes: Pli. li xvii. capite. v.

Nāq̄ hoc imitamur arādo sensus ē q̄ arando fit solū putre neq̄. n. ut īgt Colu. li. ii capite: aliud ē colere q̄ soluere & fermētare terrā iōq̄ maximos q̄stus ager præbet. Plaustra de iis li. g. i. Syluā deuexit Nouale intelligit. cæsa uetere sylua uideto ī Tityro de nouali. At rudis. i. sterilis & macer. Enituit. incanuit: nō nigruit uti pīgui agro euenit. Ieiuna gla

Glarea

rea. i. sicca macraq̄ terra minutissimis lapillis mixta Glareosū oleis solū aptissimū ī Venafrano: Pli. scri. li. xvii. c. iii. Casias. de casia late ægloga. ii: Pli. pterea li xxi. c. de cura & pabulo apiū ait. haꝫ ergo causa oportet serere thymū rosā uiolas lilū fabā casiā & plura Humiles. candidæ enimesiæ magis se humi spargunt suntque odoratæ. Roremque: rorem marinum intelligit. Thophus scaber: Plinius libro. xvii. capite. iiii. ait q̄ tophus scaber natura friabilis expetitur quoq̄ ab auctoribus pro uitibus scilicet: Sequenti uero capite inquit fruges alit tophacea alba quæ si sit inter fontes reperta est ad infinitum fertilis. Chælydris. Calabria chelydris. frequentissima est ut Soli. scribit titulo de italia.

capua

Diues capua. Strabo libro quinto scribit Capuam Campaniæ caput esse: Campaniamq̄ cāpos oēs fœlicitate superare. Et Plinius libro. xviii. inquit q̄ quantum uniuersas terras campus ille Campanus antecedit tātum ipsum pars eius quæ laboriæ uocantur: quem phlegreum græci appellant. finiunturq̄ laboriæ uia ab utroq̄ latere consulari: quæ a puteolis & quæ a Cumis Capuam dicit. Vescuo iugo. Vescuus uesuius & uesuuius dicitur est ät mōs in Campania teste Solino: qui ut scribit Stra. iibro. v. amœnissimis habitabat̄ agris excepto cacumine. Dicūt alii neapoli ad quartū lapidē proximū eē. De hoc Pli. lunior quomodo suo tempore arserit late scribit libro. vi. epistola uero. xvi. & . xx.

CHRISTO. Putre solum Nam hoc facile se radicibus frumenti peruium præbet a radicibus autem omne

alimentum accipit planta. Tardius quoniam ponderosiora grana insunt. Syluam hoc nostra tempestate usu compertū eū est inculta & syluosa nostri apēnini iam coli cœpta sint. In quibus ex singulis sextariis supra uigessimo quinto redidisse manifestum sit. Antiquas. d. utitur ecbasi ut asperitatem præceptorum huiuscemodi festiuitate exhilaret. Rorem: Rosmarinis appellatur. græce uero dicitur libanothis. Veseuo. & uesuui & uesulus & ueseuus dicitur iste mons Vesuuius igitur mons Campaniæ ē: cui ab oriente Pompei sunt. nec p cul est Neapolis & Nola: & nuceria. de hoc scribit Strabo. Hisce locis incumbit mons uesuuius amœnissimus habitatus agris excepto cacumine fructum nullum ferentem. Sed cineres in prospectu habente & cauernosa antra saxis ignibus arrosis. Ergo plagam istam prioribus annis ardere solitam coniecturis assequimur. Restinctam autem esse cessante materia: Quæ forte fertilitatis illius causa extitit. excoctas. enim glebas pingue aliquid habere quod uberiores fructus afferat. Est autem locus iste nobilitatus morte Plinii nouocomensis. Nam dum ignium ex hoc monte scatentium miraculum uisere cupiens incautius naui accedit fauilla cinere ac fauila opressus neque aduersantibus uentis remeare ualens: periit dem Basso poetæ euenisse dicunt. Montem autem hunc Vesuuium uterque Plinius & suetonius de uiris illustribus: & Pompeius Strabo: & Eusebius de temporibus appellant est præterea Vescenus alpium mons e cuius radicibus effluit Padus: sed de huius fertilitate nemo extat auctor. Vesuuius

Ora iugo: & uacuis clanius nō æquus acerris
Nūc quo quāq; modo possis cognoscere dicā
Rara sit an supra morem si densa requiras
Altera frumentis quoniā fauet altera baccho
Densa magis cereri: rarissima quæq; lyæo
Ante locum capies oculis: alteq; iubebis
Insolido puteum demitti: omnēq; repones
Rursus humū: & pedib⁹ fūmas æq̄ bis harēas
Si deerūt rarum: pecoriq; & uitibus almis
Aptius huber erit. si in sua posse negabunt
Ire loca: & scrobibus superabit terra repletis
Spissus ager: glebas cunctātes crassaq; terga
Expecta: & ualidis terram pscinde iuuencis
Salsa autē tellus & quæ phibetur amara
Frugibus infœlix. ea nec mansuescit arando
Nec baccho genus: aut pomis sua noia seruat
Tale dabit specimē: tu spisso uimine qualos
Colaq; prælorum fumosis diripe tectis
Hucager ille malus dulcesq; a fōtibus undæ
Ad plenum calcentur: aqua eluctabit' omnis
Scilicet & grandes ibūt per uimina guttæ
At sapor indiciū faciet manifestus: & ora
Tristia tentantū sensu torquebit amaror
Pinguis item quæ sit tellus: hoc deniq; pacto
Dicimus: haud unquā māib⁹ iactata fatiscit

SER. Et uacuis clanius nō æquus accerris. Acerræ ciuitas est campaniæ haud longe a Neapoli: quā Clamus præterfluit fluuius: cuius frequens inundatio eam exhaurit unde ait uacuis: idest in frequentibus. Supra morem. Abundanter plus æquo. Isti autem uersus incomparabiles sunt tantam habent sine perisologia aliqna repetitionem. Densa magis cereri. Bene addit magis. Nā hoc uult ostendere qd ubi melius nascitur. Potest etenim frumentum in rara: & uinum in densa: sed non fœliciter nasci. Locū capies. Eliges. ut aut capere aut captas iam despecta re uidēt'. In solido. Ne ager sit concauus. Aptius uber erit. aptio ubertas & fertilitas. Glebas cūctantes. Validas graues: & magnas: ut Auidusq; refringit cunctantem. Expecta. proba Nec mansuescit arando. Dum arat ut alibi de arboribus. Ita exuerint syluestrem animum Sua nomina: Propriam generositatem. ut Et nos aliquod nomenq; decus gessimus. Tale speciem. Talem probationem. Spisso uimine pro spissi uiminis. Prælorū: idest quallos: per quos uinum defluit qui & ipsi a colando dicti sunt. Præla autem trabes sunt: quibus una iam calcata p̄mitur. Eluctabitur: Cum mora egredietur. Amaror. Amaritudo & est sermo Lucretii et uera lectio: nā multi amaro legūt ut sit sensu amaro AN. M. Clanius Campaniæ flumen est Clanius iuxta acerras: a nomine gigantis ita dictus Non æquus autem Acerris ideo existimatur q̄ eas sæpe inundet quæ uacuæ iccirco dicuntur q̄ pene defertæ sunt auctor est probus Lyæo. lyæus bacchi nomē a lyo quod est soluo: eo q̄ mentem & membra uinum dissoluat. unde sequitur paralysis. Huber fertilitas. Proscinde iuuēcis ad frumenta ferenda: scilicet. Salsa tellus. Plinius libro. xvii. c. iiii. ait salsaq; terræ multo melius creduntur tutiores a uitiis innascentium animalium. Amara Plinius libro. xvii. c. v. ait terram amaram siue macram siquis p bare uelint demonstrant eam atræ degenereq; herbæ. Specimen. documentum indicium signum experimentum. Qualos. calathos. Cola prælorū idest torcularium uasa uiminea: seu crates illas uirgeas quæ uinaceis supponūtur p̄lis. i. lignis q̄bus calcata uua p̄mit'. Fumosis tectis. solēt enī hmōi res ī tecta seruari ne pluuia putrescant. Eluctabitur. exibit. Amaror. Gel. libro primo capi. xxi scribit hoc loco legendum esse amaror & non amaro. aitq; poetam id a Lucretio sumpsisse qui quidem libro quarto dixit. Quum tuimur misceri absynthia tangit amaror. Fatiscit. dissoluitur reperitur.

CHRI. Nec baccho genus: eum saporem illi naturalis est. Non seruat ergo genus: quia degenerat. Specimē cognitionem ab eo quod est specio uerbum abusu remotum sed sunt in usu composita: ut aspicio despicio respicio & alia.

SER. Habẽdo dũ habeť. Lenteſcit.cohæret:luſto lætior ultra modũ pluſq̃ oportet. Ah nimiũ ne ſit mihi fertilis illa.i.ne herbæ pluſq̃ oportet creſcẽtes ſpẽ adimãt frumẽto; unde ait in ꝓmo.luxuriẽ ſegetũ tenera depaſcit in herba. Primis ariſtis.i.herbis ſurgẽtibus quarũ luxuries futuris frugibus nocet q̃s culmi tenues ferre nõ poſſũt. Et qſquis color. Vera lectio ẽ qſquis color.Nã male qdã & qcunq; legũt excludẽtes at ut ſit: Et qſquis color ſceleratũ exqrere frigus difficile ẽ:Alii colos legunt ut excluſos fiat ſynalipha:& ſcãdamus & quiſquis colat ſceleratũ:ut ſit quẽadmodũ inter ſe coliſſe uiros & decernere ferro:qđ nõ procedit:tũc. n.r ſ mutať cũ longa opus eſt ſyllaba ut labor labos honor & honos hic autem non ſolum longam non facit ſyllabam ſed etiã excluditur s cum ſuperiori uocali: unde legendum eſt & quiſquis color. Quod nec obſcuritatum affert nec fidem derogat lectioni

Sed picis in morẽ ad digitos lenteſcit,habẽdo
Humida maiores herbas alit:ipſaq; iuſto
Lætior:ah nimium ne ſit mihi fertilis illa:
Neu ſe prævalidã primis oſtentat ariſtis
Quæ grauis eſt ipſo tacitã ſe pondere prodit
Quæq; leuis:prõptũ ẽ oculis prediſcere nigrã
Et quiſquis color,at ſceleratũ exqrere frigus
Difficile eſt piceæ rantũ taxiq; nocentes
Interdũ aut hederæ pandunt ueſtigia nigre
His aĩaduerſis terrã multo ante memento
Excoq̃re;& magnos ſcrobib9 cõcidere mõtes
Ante ſpinatas aquiloni oſtendere glebas

Sceleratum nocẽs omnia exurens. Hederæ pãdunt ueſtigia nigræ.Hederæ indicant frigus nam ueſtigia indicia dicit. Nigræ autem dicit ad albarum diſcretionem ut Hedera formoſior alba. His animaduertereris.i. agri qualitate deprehenſa. Terram multo ante memento excoquere:Hoc dicit nõ eſſe eo anno ponendas uites:quo fodiuntur ſcrobes ſed poſt annum ut calore & frigore:& labore ruſti/ci poſſit terra putrefieri.

AN.M. Habendo. dum habetur. Humida.m. h.alit.Plinius libro.xvii.capite iiii.inquit nec ſemper aquoſa eſt terra:cui proceritas herbarum. Quæ grauis eſt idem libro.xvii.c.iiii. ait:Nec grauis aut leuior iuſto depræhenditur pondere quod enim terræ pondus iuſtum intelligi poteſt. Piceæ Picea montes amat atq; frigora hæc plurimam reſinam fundit idem libro. xvi.c.xv. Taxiq; nocentes.eſt enim uenenoſa arbor de qua late idem libro xvi. Hederæ nigræ.idem libro xvi.c.xlviii.ſcribit hederam inimicam ſatis omnibus ſerpentium frigori gratiſſimam:eſt autem candida & nigra.de qua etiam latius ægloga ſeptima.

Picea

Hedera

His animaduerſis:ideſt terrarum natura percepta uel cognita. Excoquere.calore uidelicet & frigore. Multo ante ſcilicet q̃ lætum infodias uitis genus. Scrobibus hoc dicit quoniam uitium ſurculi teſte etiam Plinio. libro decimoſeptimo capite.xx.ſeruntur & in ſcrobe & in ſulco longiori:ſuper quos tenerrima ingeritur terra ſed eſſe uitis radicem in media ſcrobe oportet.Et Collumella libro tertio.capite.iiii.ait.item ſi ſcrobibus aut ſulcis uineam poſituri erimus:optimum erit ante annum ſcrobes uel ſulcos facere. Magnos montis. hoc iubet: qæcliuoſa altiores poſcunt ſcrobes qđ idem Plinius libro decimoſeptimo capite uigeſimoprimo docet.& Maro ſuperius ait:Apertos bacchus amat colles.Collumella etiam libro tertio capite quarto ait. Curandum autem eſt ut locis arduis & cliuoſis altius uitis deponatur q̃ ſi humidis & planis. Aquiloni: ut eius ſcilicet frigore excoquãtur.

CHR I. Ah nimium ne ſitOratio pathetica quæ ut plurimum imperfecta profertur : aut ex indignatione : ut Quos ego.aut ex dolore:ut Ah ne te frigora lædant. Ah tibi.n.t.g.l.a.p.Ergo & ex dolore pathetica eſt oratio itaq; ſubintelligendum eſt uereor. Taxiq;.n de hac arbore in ſuperioribus dictum eſt. Piceæ.Arbor unde ẽ pix.Hæc in frigidis montibus oritur:feralis arbor & funeri indicio ad fores poſita:gemmam candidam gerit: & thuri ita ſimilem ut admixta dinoſci nequeat. Aſia picem indicam probat græcia piericam.Vergilius nariti/am. Hederæ nigræ.hedera iam dicitur in Aſia naſci negauerat Theophraſtus nec in Indiа niſi in morte Meroharpalus ut in Medis ſereret fruſtra multis modis laborauit.Alexander auctor ex indiа ob raritatem coronato exercitu rediit exemplo Bacchi inimica arbor ſatis omnibus frigori ſerpentum gratiſſima:ut mirum ſit in ullo honore haberi Mas inuenitur & fœmina.Mas maior coporre & folio duriore & pinguiore. flore ad purpuram accedente . Vtriuſq; autem flos ſimilis eſt roſæ ,ſylueſtri niſi q; caret odore herbarum teſte Plinio ſpecies tres ſunt candida:nigra:& elix.he ſpecies in alia diuiduntur.Nam alia tantum fructum candida:alia & folio. Fructum uero candidum ferentium aliis denſis acinus & grandior racemus in orbem circunacti qui uocantur corymbi.Aliis minor acinus ſparſiorq; racemus .Simili modo in nigra alii ſemen nigrarum:alii croceum:ex his minus nigra folia habentem quidam nyſiam alii bacchiam dicunt maximus exiſtentibus inter nigrans corymbis.Apud græcos quidam huius duo genera faciunt a colore acinorum erythranum :ideſt rubus acinis & chryſocarpum.ideſt aureis.Fœlicistria genera herbaceæ altera candido folio.tertia uerſiculos quæ thracia dicitur Adoleſcit in longitudine herbacea Arbores autem necæ candida omnemq; ſuccum aufert.tanta enim craſſitudine augeť ut ipſa arbor fiat.Eſt & rigẽs hedera quæ ſine adminiculo ſtat:obidq; uocata ciſos contraq; q̃ nunq̃ niſi humi ſerpit chameciſos dicitur.arabice uocatur aſſan ſiue Thalibech:ſimilis hedræ:Similax denſis geniculata cauilibus ſpinoſa fruticoſa ramis folio hederaceo paruo non anguloſo emittit pampinos flore candido olente lilium.Fert racemos labruſcæ modo colore rubro.In fauſta omnibus ſacris & coronis quoniam ſit lugubris uirgine eiuſdem nominis propter amorem pueri crocimutata in hunc fruticem.E ſimiliace fiũt codicili Huius materia auri admota leuem ſomnum reddit Si uas ex hedera fiat :& uinum infundatur tranſmittit ui

um aqua siqua fuerit admixta remanente. Si laurum hedera terras uel contra ignis elicitur. Montes. Saxa. Contra saxum pro monte Aquiloni Cuius frigore recoquantur.

Quã lætũ infodias uitis genus: optia putri
Arua solo: id uenti curant gelidæq; pruinæ.
Et labefacta mouens robustus iugera fossor:
At siquos haud ulla uiros uigilãcia fugit:
Ante locum similem exquirũt ubi pria paret
Arboribus seges. & quo mox digesta serat.
Mutata ignorent subito ne semina matrem:
Quin etiã cœli regionem in cortice signant.
Vt quo quæq; modo steterit: q̃ parte calores
Austrinos tulerit quæ terga obuerterit axi
Restituãt: adeo in teneris cõsuescere multũ ẽ
Collibus an plano melius sit ponere uites
Quære prius: si pinguis agros metabere cãpi
Densa sere: i dẽso nõ segnior hũbere bacchus.
Sin tumulis accliue solum: collisq; supinos.
Indulge ordinibus: nec secius oĩs in unguem.
Arboribus positis secto uia limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello quũ longa cohortes
Explicuit legio: & campo stetit agmen apto
Directęq; acies: & late fluctuat omnis
Aere renidenti tellus: necdũ horrida miscent
Prelia. sed dubius mediis mars errat i armis.
Omnia sint paribus numeris dimẽsa uiarũ.
Nõ animũ mõ uti pascat prospectus inanem.
Sed quia non aliter uires dabit oĩbus æquas
Terra: neq; i uacuũ poterũt se extẽdere rami.

SERVI. Infodias. Obruas. Et labefacta mouens Hypallage mouens & labefaciens. Ante locum similem exquirunt. Dicit in trasłatione arborum similem terram esse requirendam. Arboribus seges. Quia de seminario loquitur arborum bene segetem appellauit. Digesta. Ordinata: ut Digerit in numerum. Matrem. Terram: ut Antiquam exquirite matrem. Quæ terra obuerteret axi. Septentrioni. Nam græce ἄρκτος dicitur. Collibus in plano. At qui supra ait denique apertos bacchus amat colles. sed etiam in uallibus poni posse uites superius indicauit: ut Hic tibi prævalidas olim multoque fluentes sufficiet baccho uites. Vnde modo utrunque complectitur: & dicit quemadmodum in colle uites ponere debeamus. Metabere. Eliges & longe. alia significatio est metor metaris. unde Lucanus. Hesperios audax ueniam metator in agros: & alia metior metiris. Illud enim metatus sum hoc mensus sum facit. Densa. Pro dense: ut Et pede terram crebra ferit: pro crebro. Indulge ordinibus idest da operam: & ordines effice largiores. Nam de plano ait densa sere. In unguem. Ad perfectionem & est translatio a marmorariis: qui iuncturas unguibus probant. Horatius. Ad unguem factus homo. Arboribus positis. Vitibus ordinatis. Secto. Ducto. unde & sectæ philosophorum dicuntur idest ductus. Quadret. Consentiat: congruat. Translatio a quadris lapidibus qui sibi bene conueniunt. Fluctuat: splendet. Numerus: ordinationibus. Vti pascat: delectet. ut Atque animum pictura pascit inani.

ANT. Optima. ordo est: arua putri solo optima sunt. Putri. idest mollificato & solubili. Iduenti: ut arua sint putri solo. Pruinæ. de iis iam dictũ est. Labefacta. i. conuulsa. effossa: subacta. Iugera. Iugeri mensura ducentos & quadraginta longitudinis pedes continet: dimidiũq; in latitudine. de quo Fabius li. i. Pli. uero li. xviii. c. iii. ait. q̃ iugerum vocabatur quod uno iugo boum exarari in die potuisset. Actus in quo boues agerentur cum aratur uno impetu iusto: hic erat. c. uigesimo pedum duplicatur in longitudinem iugerum faciebat. hæc ex Plinio. Et Varro iugerum ait dictum: q̃ iunctum est duobus actibus quadratis. At siquos &c. hoc est siqui sunt uigilantes.

Prima seges idest seminarium: uel arborum: uel uitium. Locum similem. Theophrastus libro tertio. de causis plantarum: ait ex simili loco aut non deteriori semen accipiendum. Columella libro tertio capite primo ait: optimum esse eodem agro: quo uitem dispositurus es: uel certe uicino facere seminarium at si campestre & uliginosos agros possidebis: proderit quoq; seminarium simili loco facere: & Vitem largo consuescere humore. Idem Columella libro quarto. capite nono sic ait: Sed & qualitas soli plurimum iuuat ut ex macro aut mediocri transducatur in melius: nam assuetũ est pingui nullo modo maciem terræ patitur: nisi sæpius sterco-
res. de hoc latius Idem libro. iiii. c. v. Cœli regionem. Cato præcipit meridianam cœli partem signare in cortice: ut translata iisdem & assutis statueretur oris: ne aquiloniæ meridianis oppositæ solibus finderentur: & a gente meridianæ aquilonibus. hæc & plura Plinius libro decimoseptimo c. octauo. Axi. i. septentrionali cœlo de quo Festus Adeo: multum est. tantum prodest. Ouidius quoq; ait in arte. Fac tibi consuescat nil assuetudine maius. Et Theophrastus libro quinto: ait q̃ mos solitus plurimũ ualet. fit enim tanq̃ natura. Collibus an plano. de solo & cœlo uitibus opportuno uidetur latius ibi: Deniq; apertos bacchus amat colles. Metabere parabis: sic enim Nonius hunc locum aperit. Densa: pro dense. Columella libro tertio capite quarto inquit Vinea quæ angustissime conseritur quoquouectis quinque pedum spatio interposito ponitur Inter septem uel octo pedes q̃ rarissime. Vt etiam facile arari possit inter denos pedes constituitur. Plinius autem libro decimo septimo capite uicesimprimo ait: q̃ inter binas uites interesse oportet pedes quinos. minimum autem læto solo pedes quaternos tenui plurimum octonos. Nec secius. Ordo est: Nec secius arboribus positis in unguem quadret omnis uia secto limite: idest ducto tramite uel sulco. Nec secius. nec aliter quam uitibus solent ẽ arbores iter uites seri. Vel nec secius. i. nõ aliẽ arboribꝰ i. uitibꝰ uia quadret q̃ acies iter se añ ĩcœptũ prælĩũ.

In unguem .ad perfectionē .est enim Metaphora sumpta a Marmorariis :quidē iuncturas unguibus ꝓbant Legio.in legiōe erant Centuriæ .lx.Manipuli .xxx.Cohortes.x.ut Cynthius libro sexto notauit auctore Gellio libro.vx.c.iiii.Legio át dicta ē:ꝙ leguntur milites ī delectu.ut Var.docet.De legiōibus autē & cohortibus uideto modestū.

seminaria CHR.Lœtū.Vel fertile:ut Quid faciat lœtas segetes Vel ꝙ lœtū reddát hoīem:ut dicit mors pallida & frigus iers.Iugera Ab eo quod est iuger.Sed & hoc iugerum ēt dicitur. Arboribus seges seminaria appellant antiqui loca in quibus bene subactis dense serātur arbores quæ deinde adultiores factæ.sed adhuc nouellæ ꝑ agrū dein de in ordinem & debitis interuallis digerunt.Hanc igitur segetē appellat:& semina ipsas arbores nūcupat.Duo aūt precipit.primū ut uellens e seminario plātam eam trāsferas in terrā similē & nō dissimilem ne ignorent matrem ideſt terram unde nutrimentum accepturæ sunt quam ignorarent si essent dissimiles illi in qua satæ natæq; essent .Secūdum ut partes arboris restēt uergētes ad eas partes cœli ad quas uergebant in seminario. In teneris cōsuescere multū ē.Sētentia est color rhetoricus:quæ extēditur ad oīa ī qbus est aliqua anima aut rationalis:aut sensitiua .aut uegetatiua.In his enī ipsa a teneris annis cōsuetudo alterā pene naturam facit. Indulge ordinibus: Vt certo spatio inter se distent ut tellus quæ minus succi habet non habeat densiora q̄ alere possit.

SER. Forsitā & scrobibus quæ sint fastigia quæras.Vt ēt supra diximus :scrobes masculini sunt generis.Nam & Cicero ī œconomicis sic dicit.et plautus ait :Sexagenos scrobes .Minor autem est Lucani Gracchi auctoritas .Ná Lucanus ait:Exigua posuit scrobe.Gracchus.Abunde fossa scrobis est.qđ exemplum in Terentiano est. Quæ sint fastigia quæras.Fastigium & summæ & infimæ partis possumus dicere:sicut altum & mare & cœlū dicimus Hinc est Cœlūq; profundum .cum & puteus sit profundus. Ausim.Ausus sim :uel audebor Sulco ideſt fossa. Aesculus in primis. Arbor est glandifera :quæ licet ab esu habeat deriuationem tamen per æ scribitur :sicut & cælatum : quod est principium :licet a celocelas sit dictum. Flabra.Hoc nomen tantum pluralem recipit numerum : ab eo uero quod flammina flamen possumus accipere.licet sit uitandum propter aliam significationem. Nam dicitur flamendialis :flamen martialis. Ne ue inter uites corylum sere.Radices enim eius nocet uitibus. Neue flagella summa pete.Flagella dicunt summæ arborum partes :ab eo quod uentorum crebros sustinent flatus.

Fastigiū

Aesculus

Flamen

Forsitā & scrobibus quæ sint fastigia quæras.
Ausim uel tenui uitem cōmittere sulco.
Altius & penitus terræ defigitur arbos.
Aesculus īprimis:quæ quātū uertice ad auras
Aetherias tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illā:nō flabra:neq; imbres
Conuellunt.īmota manet multosq; ꝑ annos
Multa uirū uoluens durando sæcula uīcit.
Tum fortis lateramos & brachia tendens
Huc illuc media ipsa ingentē sustinet umbrā
Neue tibi ad solem uergant uineta cadentē.
Neue inter uites corylum sere:ne ue flagella.
Sūma pete aut sūma defrige ex arbore plātas

ANTO.MAN. Tenui sulco. uideto paulo superius ibi.Et magnos scrobibus concidere montis . Penitus.maxime. Flabra .uentorum flatus . Multosque per annos.quidam antiqui textus habent etiam multosque nepotes :quod magis placet.Erit autem ordo :Et durando uolues multa uirum sæcula uincit multos nepotes.Siue & uoluens multa uirum sæcula duran

Seculū do uincit multos nepotes:ideſt in ultam & longam posteritatem . Sæcula .Sæculum spatium annorum centum uocarunt.dictum a senesq; longissimum spacium senescendorum hominum id putant: Varro est auctor.

Vergant inclinant. Ad solem cadentem.Plinius libro decimoseptimo capite secundo ait.ꝙ Vergilius uites ad occisus seri damnauit.aliqui sic maluere q̄ in exortu a pluribus meridiem probari animaduerto.nec arbitror perpetuum quicquid in hoc præcipi posse:ad soli naturam:ad loci ingenium:ad cœli cuiusque mores dirigenda solertia est.In Aphrica meridiem uineas spectare :& si uiti inutile.colono salubre est: quoniam ipsa meridianæ subiacet plagæ.quapropter ibi qui in occasum aut septentriones conseret: optime miscebit solum cælo:cum Vergilius occasus improbet Nec de septrentrione relinqui dubitatio uidetur. atqui in Cisalpina. Italia magna ex parte uineis ita positis compertum est:nullas fœliciores.multum rationis obtinent uenti. hæc ex Plinio. Corylum.de Corylo uide in Tityro.est autem fruticosa arbor:de qua multa Theophrastus libro tertio. Flagella summa. Theophrastus libro quinto de causis plantarum scribit.plantas petendas esse ab radice potissimum:quod si minus consequi possint:a parte inferiore arboris potius q̄ a superiore accipiunt.hæc enim uiuaciora intelliguntur :excepta uite ac fico:& quicquid humido sit.quippe humida parte superiore melius germinant .Columellaibro tertio capite tertio ait:ꝙ uitis semina optima habentur a lumbis . secunda ab humeris.tertia summa in uite lecta quæ celerrime comprehendunt & sunt feratiora.latius autem eadem habentur libro quarto capite decimo. Flagella:summæ arborum partes dicuntur:a uentorum flatu.

Fastigiū CHRI. Fastigia:Nomen mensuræ est fastigium medium & ad infera ut in hoc loco:& ad supera.ut Summi ad fastigia tecti.Sed & id quod erigitur supra ædificiorum culmen ornatus gratia.& a tota latitudine surgere incipiens paulatim tollitur in acumen.quod uulgus frontispicium uocat.Hinc illam formam in quacunque re fastigium dixere.Hinc Plinius folia fastigiata dixit. Aesculus.In describenda hac arbore insistit ut huiuscemodi uarietare iocundius reddat poema. Media ipsa.Stipitem intelligit quod in medio ramorum positus est. Cadentem.occidentem.

SER. Tãtus amor terræ .i. sic diligẽter a rusticis ager est colendus. Ferro retuso. Obtuso quo uites quassantur potius q̃ potãtur. Nec ue oleæ syluestres. Nõ ꝙ nõ ꝓsit: sed ut etiã ipse dicit ꝓp casum incendii. Incautis pastoribus. Negligentibus: & circa alia occupatis: Ruit atra nubẽ. Egerit & emittit: & ruere facit. Nã modo ruit actiuã habet significationẽ. Auertice. Ab aqlone. ut Hic uertex nobis semp sublimis. Ferẽs: Flans: ut Fieret uento mora ne qua ferẽti. Hoc ubi. Subaudi cõtigerit. Infœlix Infœcundus & sterilis. Superat. Supereſt: ut Quid puer ascanius superat ne. Nec tibi tam prudẽs. Dicit quo tpe uites ponẽdæ. & probat tolerabilius autũ no: melius uerno. Nam dicturus: Ver adeo frõdi ne moꝝ: uer utile syluis. Cõcretã radicẽ. Ante. n. qua si gutta quædam ex terra & humore ꝓcreat. quæ postea tẽditur in radicem. Vere rubenti. Floribus splẽdido. Candida auis. luuena. Serpente ciconia pulsos pascit. Vere tumẽt terræ. Asper simpliciter accipit: ut terræ nominatiuus pluralis numeri sit: q̃ dicunt uerno tumere: & semina poscere. Donatus uero terræ genitiuũ uult esse singularẽ: ut sit sensus mutata distinctione Veræ tumẽt siluæ. s. a supiori bus terræ: & genitalia semina requirũt terraꝝ. Sed melius asperũ seqmur: ut genitalia semia: quæ nos iacimus itelligamus: non quæ siluæ ex terra suscipiunt. Genitalia aũt dicimus semina: qbus aliqd ꝓp creatur: & gignit. Tument. Suspendunt.

Tantus amor terræ: neu ferro ledæ retuso
Semina: ne ue oleæ syluestris insere trũcos.
Nã sæpe incautis pastoribus excidit ignis.
Qui furtim pingui primũ sub cortice tectus
Robora cõprændit: frõdesq̃ elapsus i altas.
Ingentem cœlo sonitũ dedit. inde secutus
Per ramos uictor perq̃ alta cacumia regnat:
Et totũ inuoluit flãmis nemus: & ruit atram
Ad cœlum picea crassus caligine nubem.
Præsertim si tempestas ab uertice syluis
Incubuit: glomeratq̃ ferens incẽdia uẽtus.
Hoc ubi: non a stirpe ualent: teſæq̃ reuerti
Possunt: atq̃ ima similes reuiresere terra:
Infœlix superat foliis oleaster amaris.
Nec tibi tam prudens quisq̃ ꝓsuadeat auctor
Tellurem borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tũ claudit hyems: nec semie iacto
Concretã patit radicem affigere terræ.
Optima uinetis satio quum uere rubenti.
Candida uenit auis longis inuisa colubris
Prima uel autũni sub frigora quũ rapidus sol
Nõdũ hyemẽ cõtingit equis. iã præterit æstas
Ver adeo frondi nemorum uer utile syluis
Vere tument terræ: & genitalia semia poscũt

ANT. Retuso. hebeti. theophrastus li. v. de causis plantaꝝ ait ꝙ ferro q̃leuissime purgandæ sunt arbores & uites etiã periculum nanq̃ interitus propter ulcera imminet. que madmodum enim radicibus uulneratis: quum foditus: arbores deterioresc unt: sic etiam uulnere pratis superioris noxam eandem his posse afferri credendum est: quum nequeũt tolerare. Semina: arborũ uel uitiũ plantulas. Ruit emittit. Ab uertice a septentrione. Tempestas. uentorũ furor. Ferens. flans. Hoc ubi. supple euenerit. Infœlix. sterilis. Borea spirante. Cũ solũ flatibus aquilonis concrescat atq̃ siccescat austrinis cõtra: labescat: atq̃ humescat. plantaque pari ratione hũidior siccior ue seipsa reddat. hac de causa melius per austrũ seritur: radicatur enim germinaturq̃ celerius cũ planta turgens creditur solo turgenti: cœlumq̃ adest emolliti atq̃ benignũ. Aquilone autẽ aduersa omnia ueniunt: frigent etenim plantæ atq̃ laborãt & solo gelato neq̃ radicẽ æque demittere neq̃ germen edere possunt. hæc ex Theophrasti li. v. de causis plantarũ. Optima uinetis satio ẽ. Col. li. iii. capite tertio ait: Plantaria facito ab exoriẽte a decima luna & a uicesima. hec uel melior est uitibꝰ satio. sed quũ seres frigidos uẽtos uitato. docet etiã ibidẽ Colu. quo pacto plãtaria fieri debeãt: & li. iiii. capite xiiii. ait: ꝙ uitis uere autũno tẽpestiue depõit. Vere melius: si aut pluuius aut frigidus status cœli ẽ: ut ager pinguis aut cãpestris: & uliginosa planicies. Rursus autũno si ficca: si calida ẽ aeris q̃litates: si exilis aut aridus cãpus. si macer ꝓruptus ue collis. Verneq̃ positiõis dies fere q̃dragita' sũt: ab idibꝰ Februarii usq̃ i æqnoctiũ. rursus autũnalis ab idibus Octobris i cal. Decẽbris. Stratiõis ãt duo gña Maleoli: uel Viuiradicis: qd̃ urrũq̃ ab agricolis usurpat' &c. Pria uel autũni. Thophrastus li. iii. de cãis plãtaꝝ ait Turgescit solũ quũ humectũ atq̃ tepidũ ẽ: statutũq̃ tẽperatũ aeris obtinet. tũc. n. agile fertile atq̃ lætũ cõsistit. qd̃ duobus fieri tpibus maxĩe arboꝝ generi solet uere ac autũno. & quidẽ iis tpibus arbores magis serimus: sed melius uere. tũc. n. solũ hũidũ ẽ: & sol tepefaciẽs elicit germen: & cœlũ placidũ atq̃ rosidũ cõstat: ita ut ex iis oĩbus & germinatio ꝓspere seq possit. tũ satio cõmunior oĩum uel plurimoꝝ tã fructuũ q̃ plãtaꝝ tẽpori uerno tribuit'. hæc ille. Rubenti. floridо. Cãdida auis: Ciconiã itelligit: quã e lõginquo uenire nõ dubiũ ẽ: uti & grues. illas hyemis: has æstatis ad uenas nec uenire sed uenisse cernimus. honos iis serpẽtiũ exitio tãtus: ut i Thessalia capitale fuerit occidisse: ea dẽ legibus pœna: quæ in homicidas. hæc & plura Plini. li. x. c. xxii. Quũ rapidus sol rapit enĩ ac attrahit ad se cũcta torrẽs & sorbẽs calore suo: quo liquor siccat': de quo etiam ante patuit. Aestas autũni calorem æstatem appellauit. Tument: turgescũt. Et genitalia sem. pos. semp enim solo turgenti semina mãdare oportet. sic. n. optime germinatio agitur: ut scribit Theophrastus li. iii. de causis plantarum. Ciconia

CHR. Semĩa: tenellas plãtas. Semie iacto. Impositio malleolo: Nã semẽ nõ solũ de granis segetũ siue pomoꝝ dici mus: sed ẽt de uirgultis unde arbores serunt & ipsas nouellas arbores quæ e seminario transferuntur. semina appellant. Vere tumẽt. q. d. facile cõcipiunt ex natura sua calida & humida.

Iuno Iuppiter Aether

SER. Tum pater omnipotẽs. Interdũ pro aere Iuno: pro æthere Iuppiter accipitur. Aliquotiens & pro aere pro æthere Iuppiter: Iuno uero pro terra & aqua ponitur sicut hoc loco intelligimus. Nam æther non habet pluuias unde Iouem pro æthere accipimus: cui attribuuntur aer: & æther: quæ duo mixta terræ & humori uniuersa procreant. Dicit autem uerno tempore esse pluuias: quibus cuncta nascuntur: unde & fœcundis imbribus dixit. quibus terra fœcundatur. Commixtus corpore. Pro corpori: ut Hæret pede pes, Item alibi & magno se corpore misce. Licet possimus accipere mixtus terræ magno suo corpore id est æthere. Certis diebus. Statutis legitimis a natura arc a quadam ratione dispositis ut tractat Lucretius: qui dicit rationem hanc æthereo calore descendere. Almus ager. Abeo q nos alat. Zephyri. Fauonii. Alibi zephyro putris se gleba resoluit. Horatius: Soluitur annis hyems grata uice ueris & fauonii. ouos soles. Vernales dies. Nec metuit surgentes pampinus austros. uarie dicit: nam supra ait: Audent se gramina committere.

Tum pater oĩpotẽs fœcũdis imbribus æther
Cõiugis ĩ gremiũ læte descendit: & omnes
Magnus alit magno cõmixtus corpore fœt9
Auia tum resonant auibus uirgulta canoris.
Et uenerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit alm9 ager: zephyriq; tepẽtib9 auris
Laxant arua sinus: superat tener oib9 hũor.
Inq; nouos soles audent se gramina tuto
Credere. nec metuit surgẽtes pãpin9 austros
Aut auctor cœlo magnis aquilonibus ibrem
Sed trudit gemmas & frondes explicat oẽs.

Tradit gemmas. Propellit: effudit in folia.

Iuppiter aer

ANT. M. Coniugis in gremiũ Iuppiter ut dixit Ennius is est: quem græci uocant aerem: qui uentus est & nubes: imber postea: dictus quia mortalis atque arbores herbasq; omnis iuuat. Iuppiter item cœlũ dicitur. Varro scribit talia: Iuppiter igitur. i. aer qui uentus est & nubes imber postea: Descendit in gremium lætæ coniugis id est Iunonis quæ & terra est Philosophus eth. libro octauo scribit Euripedem hæc dicere: Quum est sicca tellus: ipsa certe tum imbrem amat. quum turget æther. imbri quum cœlum tumet affectat ut telluris in sinus cadat.

Aether

Aether. Iuppiter: quem summum deum: mundique animam uoluere: Euripides ætherem cœlum ipsum ac Iouem uoluit: ut scribit Tullius libro primo de. n. d. Lætæ: fœcundæ. ueris temperie. Magno corpore. scilicet terræ: subest enim natura terræ unde superius ait: Quippe solo natura subest. Natura autem res omnes creat auget: alitque. ut Lucretius inquit. Resonant. Ouidius item libro primo Fastorum ait: Et tepidum uolucres concentibus aera mulcent: Ludit & in pratis luxuriatque pecus. Zephyri. de his late libro primo georgicorum Et zephyro putris se gleba resoluit. Superat tener omnibus humor. Ver enim calidum facit & humectum deus omnium fabricator. Sicca est æstas & calida. Autumnus siccus & frigidus. Hyems humida pariter & frigida est: auctor Macrobius libro septimo. Nouos soles. tunc enim est noua temporis ætas: ut etiam Ouidius libro primo Fastorum inquit. Austros. qui humidi sunt & nubila nutriunt de quibus latius supra. Imbrem. id est grandinem. ait enim Aquillo libro sexto metamorphoseon: Induroque niues. & terras grandine pulso. Gemmas. uitium oculos intelligimus per metaphoram. ut latius Patuit æglogo septima

CHRISTO. Tum pater. Iouem multis modis intelligi suo loco demonstrauimus. Modo enim Iouem stellam illam salutarem: quæ in ordine secunda est modo pro anima mundi. Sæpissime autem pro ipso summo deo a quo omnia sunt intelligimus: Non nunquam uim ipsam duorum superiorum elementorum quæ actiua est per Iouem exprimimus: quæ dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & coruptionem eorum quæ assiduo mutantur omnino facit. Iunonem uero ipsa duo inferiora elementa aquam terramque intellexerunt physici: quæ passiua nuncupat. Vnde quoniam pariter ad gignendum concurrunt: fratrem ac sororem dixerunt: quoniam uero illa agunt: hæc patiuntur. Iouem maritum quoniã masculinam agentemque: Iunonem uxorem quoniam fœmineam patientemque uim obtinet: appellarunt. Verno igitur tempore propter maximam elementorum contemperantiam cum iam calor in humidum agere incipiatur: recta temperie dicimus Iouem actiuam uim fœcundis imbribus id est genitiuo humore descendere in gremium Iunonis. id est terræ quæ agentem uim tanquam fœmina uirile semen accipit: Late. passim. Auia. ex illa enim contemperie caloris in humidum excitatur natura ita ducente desiderium ad procreandum. ex quo desiderio & aues suauiter queruntur: & animalia cuncta salire & inire cupiunt. & in terra ipsa plantæ in quibus non est sensitiua: sed uegetatiua uis parturiunt. Venerem. sic dictam uel quod in omnia ueniat ut inferius Omne adeo genus in terris hominumque ferarum. Et g. æ. p. p. q. u. in furias: ignemque ruunt amor omnibus idem. Certis. d. uernali tempore quod singulis annis statuto tempore redit: uel quia certo quodam tempore & non omni fœmina marem expetit: exceptis ut ait Aristoteles muliere & equa. quæ omni tempore etiam fœtæ concubitum expetunt. Item iis quæ superfœtant id est quæ adhuc prægnantes alium fœtum concipiunt ut lepores. Almus. quia suis fructibus nos alat. Zephyri uenti sunt occidentales: qui uere flantes sua contemperantia caloris & humoris terram ad uarios conceptum aptam reddunt dicuntur autem ab eo quod est. ζεω. id est feruco quia illis terræ concalescentes grauidæ redduntur. Laxant. quod caloris est ut frigoris condensare. Superat. abunde est quod non ita in reliquis anni temporibus accidit. Tener. quasi nouellus propter anni principium: & quasi facile: ad quid uis gignendum uerti possit. Nouos. renouatos propter principium anni.

Sed trudit gemmas &. f. ex. o. alterum ab altero est. primo enim turgent oculi in ramis: & hæ gemmæ dicũtur prodeunt frondes.

SER. Nō alio.p. Hoc ſcđm licētiā poeticā dixit Nā falſū ē. Cōſtat.n. poſt factū mundū ex q̄litate curſus ſolis tēpora ēē diuiſa. Tenorē. Ductū. Ver illud erat. Abſoluta locutio. qcqd illud fuit: uer fuit. Hibernis. Aſperis: ſæuis. Ferrea ,pgenies. Procreata ex lapidibus ad laborē. Alibi: Vñ homines nati durū genus. Immiſſæ q̄ feræ ſiluis. Hunc ordinē ,ppter arcadas tenuit: q ſe proſelenos eſſe aſſerūt. i. ante lunā natos: quod & Cicero in fundaniana cōmemorat: & Statius qui ait: arcades aſtris lunaq̄ priores. Laborē. Vel frigoris: uel caloris. Si nō tāta quies iret. Trāqllitas. & ē ueris diffinitio. Quod ſupereſt. Nō quod deeſt: ſed quod ſeqt̄. Premes: demerges: fodies. Quacūq̄ uirgulta. Siue de plātariis: ſiue de arboribus. Lapidē bibulū: qui arenarius uocat̄. Aut ſqualētes infode cōchas. Cocleæ ,ppter admittēda ſpiramina infodiūtur. Lapis uero arenarius aut ,ppter ſpiramina: aut ,ppter hauriēdum humorem. ſi forte nimius fuerit. Squalentes. Sordidas. Animos tollent. Sument eis rebus magnanimitatem: Iamq̄ reperti. Scilicet ſūt diligētiores. Effuſos ad imbres. i. cōtra nimias pluuias. Hiulca ſiti. Prænimiis caloribus ſciſſa: Ad capita. ſ. uitiū poſitarū. Et duros iactare bibentes. Hoc ad comminuendas pertinet glebas. Flectere luctantes iuuencos. Cum quadam moderatione ducere: ne tenera adhuc uirgulta concutiant.

Non alios prima creſcentis origine mūdi.
Illuxiſſe dies: aliū ue habuiſſe tenorem
Crediderī. uer illud erat. uer magnus agebat
Orbis & hybernis parcebant flatibus eurī
Cum primū lucē pecudes hauſcere uirumq̄
Ferrea progenies duris caput extulit aruis.
Immiſſæq̄ feræ ſyluis: & ſidera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perſerre laborē:
Si nō tanta quies iret friguſq̄ caloremq̄
Inter. & excipere cœli indulgentia terras.
Quod ſupeſt q̄cūq̄ premes uirgulta p agros
Spge ſimo pīguī: & multa mēor occule terra
Aut lapidē bibulū aut ſqualētes ſode cōchas
Inter enim labentur aquæ tenuiſq̄ ſubibit
Halitus: atq̄ animos tollent ſata. iāq̄ reperti
Qui ſaxo ſuper atq̄ ingentis pondere teſtæ
Vrgerent: hoc effuſos munimen ad imbres.
Hoc ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua.
Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram
Sæpius ad capita. & duros iactare bibentes.
Aut preſſo exercere ſolū ſub uomere: & ipſa
Flectere luctantes inter uineta iuuencos:

ANT. M. Origine mundi. Plinius ſcribit mūdum quod alio nomine cœlum appellari libuit: neq̄ genitum neq̄ interiturum unquam. Noſtri theologi ſcribunt decimo quinto calēdas Aprilis mundum creatum fuiſſe die ſolis. Poeta etiam id idem uidetur aſſerere: ait enim: Ver illud erat & cætera: Orbis. dictus eſt mundus: quoniā eius forma in ſpeciē orbis abſoluti globata eſt ut Plinius docet. Magnus orbis. magnus ait: quoniam ut teſtatur etiam Plinius: immenſus eſt & infinitus ac finito ſimilis. furorq̄ eſt menſuram eius animo quoſdam agitaſſe: atq̄ prodere auſos. Pecudes. quinto & ſexto die uolatilia & animalia cuncta genita ſunt. deīde homo: qui illiis dominaretur. In quo quidem Poeta ipſe noſtræ fidei ſequitur opinionem. Ferrea progenies. fabulas ſequitur: narrantes e lapidibus natos homines: de quo latius Ouidius. Et ſydera cœlo. quarto die ut aiunt facta ſunt luminaria duo in firmamēto cœli. ut lucerent ſuper terram. Laborem: ſcilicet caloris uel frigoris. Indulgentia cœli. ideſt aeris trāquillitas & temperies. Quod ſupereſt. qđ reſtat: docendū eſt ſupple uel aduertendū. Fimo. Theophraſtus li. iii. de cauſis plātarū inqt: q̄ ſtercus agrū & ſolutū & tepidū reddit: qđ alii, ptinus terræ p mixtū plantæ aggregāt alii iter terrā ſupiorē mediū diſponunt: Occule terra. terra iferior alit uitē & arborē: ſuperior cuſtodit: Columella libro. iii. c. iii. auctor. Lapidem: lapides ſubiiciūt ut plātæ & per hyemē humore perfrui: & per æſtatem poſſit refrigerari. Enimuero contra utrunq̄ tempus ita præparaſſe oportet: ut lapides humorē cōtineant. & æſtate radicibus calorem propulſent: alii ſarmenta ſubſternūt. alii uas fictile plenum aquæ apponunt: Theophraſtus edocet li. iii. Columella etiam libro. iii. c. iiii. ait: In imo ſcrobe lapides circa: pōdo quinq̄ ponito. ne uitem premant: ſed iuxta radices ſint. Theophraſtus autē prædicto libro ait: oportere eſſe calculos ab amne aut faucibus torrentis petitos. nam ſi lapis latus atque perpetuus ſit arbori eſt noxæ: ſi rotundus minutuſque ſubiiciatur refrigerat & aquam tranſmittit: & locum radicibus paruium preſtat. lapides præterea hyeme tepefacere æſtate refrigerare poſſe affirmant. Squalentis. ſqualore uero ſordidum. Qui ſaxo ſuper. Magonis preceptū fuit: uti in ſcrobibus lapides diſponerentur: qui ſinguli non excederent quinque librarum pondus hi enim uiderentur & aquas hyemis & uapores æſtatis propulſare radicibus: auctor eſt Columella libro quarto capitulo. decimoquinto. Munimen ſcilicet eſt Hoc ſcilicet munimen eſt Hiulca ſiti ideſt ſiccitate aperiente ea arua. ſ. Ab hio hiulcus deducitur. Catullus etiam ait: Quum grauis exuſtos æſtus hiulcat agros. Canis æſti fer. ſeptimo. cal. aug. canicula apparet: eſtque caligo æſtuoſa: ut ſcribit Colu. libro decimoſecundo. Et Plinius. li. ii. ait canicule exortu accendi ſolis uapores quis ignorat. Ad capita. capita uitiū putata circumfodito: arare incipito: ultra citraq̄ ſulcos perpetuos ducito ita precipit Cato teſte. Plinius libro. xvii. c. xxi. Colu. autem libro quinto c. vi. ait: q̄ ſat. pleriſq̄ uiſū eſt ex cal. martii uſq̄ in octob. triceſimo quoq̄ die nouella uineta confodere: omneſq̄ herbas & precipue gramina extirpare &c.

Mūdus

Orbis

Fimus agris

Squalēs

Hiulca

CHR. Non alios ueriſimile uidet̄ principium mundi a uere fuiſſe. Et ſecūdū Macrobiū incipiente die illo qui primum omniū illuxit: qui ideo iure natalis mundi uocat̄ fuit aries in medio cœli: & quia mediū cœlum quaſi mundi uertex eſt: iccirco aries ut mūdi caput in exordio lucis apparuit. Sed de hoc dictum eſt in alio loco.

SER. Leuis calamos. i. nitidos. Et rasæ hastilia uirgæ: Præcipit & cănas in uirgas radi oportere: ne uidelicet
Tabula ex corticibus rubigo aduersa uitibus procreari possit. Tabulata sunt rami effusiores: & in plana tendētes: non ad altiora crescētes. Per purū. i. per aerē. Ipsa acie facilis nōdū tētanda. si acies legerimus. hic erit sensus: Teneris adhuc uitibus nondū est falcis acies necessaria. Si acie subaudimus uirgulta: ut sit ipsa uirgulta nondum falcis acie tētanda sunt. Stirpibus. solidioribus palmitibus: id est truncis. Texendæ sepes etiam. alii hic distinguunt. alii separāt Texendæ sepes: etiam & pecus omne tenendum. Dum frondis tenera. uera lectio est frondis. Lucretius: frōdiferasq; domos auiū. hodie uero & a fronte & a fronde unus est nominatiuus frons. ut frons frontis & frons frōdis: sicut & lens a lente: & a lēde capitis breuiore pediculo. Indignas autem hyemes: sæuas. Solē potentem. intolerabilē: gra-

Vri uē. Siluestres uri. Boues agrestes: qui in pirenæo nascuntur monte posito inter gallias & hispanias. Sunt autem exceptis elephantis maiores cæteris animalibus. dicti uri ἀπὸ τοῦ ὄρους. id est a montibus

Capreæque sequaces. persecutries: ut Malleæq; sequacibus undis. Incumbens scopulis id est etiam saxa calore penetrans. Admorso. participium est: ac si diceret abroso. Non aliam ob culpam. uictimæ numinibus aut per similitudinem: aut per contrarietatem imolantur: per similitudinem: ut nigrum pecus Plutoni. per contrarietatem: ut porca quæ obest frugibus Cereri. & caper qui obest uitibus Libero. Item capra Aesculapio: qui est deus salutis cum capra nunquam sine febre sit. Aris autem omnibus: non sine causa dixit Nam cum numinibus cæteris uariæ pro qualitate regionum sacrificetur: Vt ueneri Paphiæ tantum de thure: Vnde est Haud equidem tali me dignor honore. Genitrici uero ueneri id est romanæ etiam de uictimis libero ubique caper imolatur:

ANTO. MAN. Aptare. supereſt. Tabula. cacumina ipsa & arborum casulas. Parcendum teneris. Plinius libro decimoseptimo. c. uigesimo secundo. docet non esse festinandum ad putationem nouelle uitis. sed primo in circulos materiem colligendam: nec nisi ualidæ putationem admonendam

Palmes. uitis materia mollis qui per nouella brachia emissus fructū affert. propterea lætus palmes
Palmes ait Poeta. Dicitur autem palmes ut Festus ait: quod in modum palmarum uirgulas quasi digitos edit. Et Columella ait libro quarto capite sexto: quod Maleolus nouellus est palmes innatus prioris anni flagello. & cætera. Vri. in sylua hercynia germaniæ sunt magnitudine paulo infra elephantes specie & colore & figura tauri: magna uis eorum & uelocitas: neque homini neque feræ quam conspexerunt parcūt. hos studiose foueis captos interficiunt. cornua studiose conquisita ab labris argento circunciudunt: atque in amplissimis epulis pro poculo utuntur. hæc ex libro sexto. Comment. Cæsaris de bel. gal. Macrobius libro sexto ait: quod Vri gallica uox est qua feri boues significant. Capreæque. Capreæ in plurimas similitudines transfigu-

Vri

Capreæ rantur. sunt capre: sunt rupicapræ. sunt ibices pernicitatis mirandæ. sunt & damæ multaque alia haud dissimilia: Plinius libro octauo. Incumbens scopulis aren. id est saxa etiam ipsa calore penetrans. Admorso.

Caprarum morsus arbori exiti alis. oliuam lambendo quoque sterilem faciunt. eaque ex causa Mineruæ im-

Caper molantur: auctor Plinius libro octauo capite quadragesimoseptimo. Caper. prima hostia fuisse putatur.

Sus Sus. secunda Caper. illa quia rictu semina eruerat: hic quia uitem læserat. hinc Ouidius libro decimoquinto met. loquente Pythagora scribit. Et prima putatur hostia fus meruisse necem: quia semina pando. Eruerit rostro. specieque interceperit anni: Vite caper morsa bacchi mactatus ad aras Dicitur ultoris nocuit sua culpa duobus. asserit idem Varro. libro secundo capitulo quarto. Omnibus aris. nam cum aliis diis pro uaria regionum consuetudine uario modo sacrificetur baccho semper. & ubique in liberalibus mactatur caper.

CHRISTO. Interq; legendæ: ut rariora omnia sint in arbore quo sol facilius per omnia penetret quod interlucare & insolare dicūt qui de rustica scribunt. Vri. solinus ait ubi post scythas Germania incipit esset Ve-

Vri sontes qui boues feris similes: esse idem uros quos imperitum uulgus uocat bubulos: cum bubali pene ad cerui nam faciem in Aphrica generentur: sed uris taurina cornua esse: que in tantum modum proteduntur: ut inter regias mensas potuum gerula fiant.

Tum leues calamos & rasę hastilia uirgæ
Fraxineasq; aptare sudes: furcasq; bicornes:
Viribus eniti quarum & contēnere uentos
Assuescāt: summasq; sequi tabulata p ulmos
Ac dū prima nouis adolescit frōdibus ætas:
Parcendū teneris: & dum se lætus ad ăras
Palmes agit: laxis perpurū imissus habenis
Ipsā acies nondum falcis tentanda: sed uncis
Carpendæ manibus frondes: interq; legēdæ.
Inde ubi iam ualidis amplexæ stirpib⁹ ulmos
Exierint: tum stringe comas tū brachia tonde
Ante reformidant ferrū: tūm deniq; dura
Exerce imperia: & ramos compesce fluentes.
Texendæ sepes etiam: & pecus oē tenendum
Præcipue dū frons tenera imprudēsq; labor:
Cui super indignas hyemes solēq; poretem
Sylueſtres uri assiduæ capræq; sequaces
Illudunt: pascuntur oues auidæq; iuuēcæ
Frigora nec tantum cana concreta pruina.
Aut grauis incūbens scopulis arētibus æstas:
Quantū illi nocuere greges: duriq; uenenum
Dentis: & admorso signata in stirpe cicatrix.
Nō aliā ob culpā baccho caper oībus aris

SER. Veteres ineũt pſcænia ludi. Primi ludi theatrales ex liberalibus nati ſunt: iõ ueteres ait. Proſcænia autẽ ſunt pulpita ante ſcænã. in qbus ludicra exercentẽ. Præmiaq; ingentis. i. per quadriuia: quæ compita appellãtur ab eo quod multæ uiæ in unã cõfluant. & uillas quæ pagi. ἀπὸ τῶν πηγῶν. i. a fontibus: circa quos uillæ conſuenerant condi. unde & pagani dicti ſunt quaſi ex uno fonte potãtes. Compita. unde ludi compitalitii Theſidæ. atheniẽſes: q primi ludos inſtituere liberales. Mollibus in pratis: unctos Vel oleo uel lixiuia. In pratis autẽ ideo ne læderentẽ cadẽtes. Vtres uero fiebant ad inſultationem etiam mortuorum corporum: ne quidex eis eſſet quod non ſentiret iniuriã. Saliere. ſecundũ artẽ dixit. Nã antiq; ſalio ſaliui dicebant nũc aũt & ſalui: Vnde dicit Cicero i Miloniana. Cũ hic de rheda reiecta penula diſiluiſſet: ſic etiã ab eo quod eſt cano nõ cecini: ſed canui: dicebant. unde Saluſtius Cornua occanuerunt. Nec nõ auſonii troia gẽs: ideſt ẽt romani hos ludos celebrant & canũt. Nam hoc eſt uerſibus incõptis ludũt. i. carminibus ſaturnio metro cõpoſitis: qđ ad rhythmũ ſolũ uulgares cõponere cõſueuerũt. Horatius: Libertaſq; recurrẽtes accepta p annos luſit amabiliter. Riſuq; ſolito i cachinno. Oraq; corticibꝰ ſumũt: qa neceſſe erat pro rõne ſacroꝝ aliqua ludicra & turpia fieri: qbꝰ poſſet populo riſus moueri. q ea exercebãt pp uere cũdiæ remedium hoc adhibuerũt: ut pſonas factas de arboꝝ corticibus ſumerẽt ne agnoſcerẽt. Et te bacche uocãt. Hymnos in tuũ honorẽ canũt. Tibiq; oſcilla mollia penſilia: ut Pilentis matres i mollibus. Oſcillorũ aũt uariæ ſũt opiniones. Nã alii hãc aſſerũt fabulã. Icarus atheniẽſis pater Erigones cũ acceptũ ã Libero patre uinũ mortalibus Indicaret occiſus eſt a ruſticis: qui plus æquo potaſſent & inebriati uenenũ ſe accepiſſe crediderãt. huius canis eſt reuerſus ad Erigonẽ filiã: quæ cum eius comitata ueſtigia perueniſſet ad patris cadauer: laqueo uitam finiuit Hæc deorum uoluntate inter aſtra relata eſt. quam uirginem uocant. Canis ille eſt inter ſydera collocatus. Sed poſt aliquantum tempus athenienſibus morbus immiſſus eſt talis: ut eorum uirgines quodam furore ad laqueum compellerentur. Reſponditq; oraculum ſedari poſſe illam peſtillentiam. ſi Erigones & Icari cadauera requirerentur: quæ diu quæſita nuſquam inuenirentur: ad oſtendendam deuotionem ſuam athenienſes: ut etiam in alieno ea quærere uiderentur elemento: ſuſpenderunt de arboribus funem: ad quem ſe tenentes homines hac atque illac agitabantur: ut ẽ quaſi in aere illorum cadauera quærere uiderentur. Sed cum inde plerique caderent: inuentum eſt ut formas: uel perſonas ad oris ſui ſimilitudinem facerent. & eas pro ſe ſuſpenderent: & mouerent: unde & oſcilla dicta ſunt ab eo quod in iis cillerentur ideſt mouerentur: ora. Nam cillere eſt mouere. Vnde & furcillæ dictæ: ſunt: q bus frumenta cillentur. Alii dicunt oſcilla eſſe membra uirilia de floribus. facta quæ ſuſpendebantur per intercolumnia: ita ut in ea homines acceptis clauſis perſonis impinguerentur: & ea ore cillerent ideſt mouerent ad ad riſum populo commonendum. Et hoc in Orpheo lectum eſt. Prudentioribus tamen aliud placet. qui dicũt ſacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere. Omnis autem purgatio aut per aquas: aut per ignem ſit aut per aerem: ſicut in ſexto ait: Aliæ panduntur inanes Suſpenſæ ad uentos: aliis ſub gurgite uaſto Infectum eluitur ſcelus: aut exuritur igni. Vt nunc per oſcilla genus purgationis: quod maximum eſt intelligamus. Nam primum aquæ: ſecundum ignis: tertium aeris.

ANT. M. Veteres ludi. ſpectaculoꝝ origo teſte Caſſiodoro: ab græcis tracta ẽ. nã quũ agricultores feriatis diebus ſacra diuerſis numinibus p lucos uicoſq; celebrarẽt: Atheniẽſes primũ agreſte principiũ in urbanũ ſpectaculũ collegerũt: Theatrũ græco uocabulo appellãtes Vtq; Diomedes ait hircus præmiũ cantus præponebat. unde & Horatius in arte inquit. Carmine qui tragico uilem certauit ob hircũ. Inde itaq; Tragœdia dictũ eſt carminis genus a tragos. i hirco. Theſpis autem genere Atheniẽſis primus inuenit tragœdiam. ait enm Horatius in arte Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dicitur: & plauſtris uexiſſe poemata Theſpis. Ineũt perunt: adeunt. Proſcænia. pulpita erant ante ſcænam: in quibus ludicra exercebantur. Pagos. ideſt uicos & conuenticula ruſticorum ſecundum Diomedem. dicti autem pagi a fontibus. πῆγή enim aqua dicitur Dorice auctor eſt Feſtus. Compita. ſunt triuiarum plateæ uel ſpacia. Theſidæ. Athenienſes: Theſeus enim ut Euſebius ſcribit Athenienſes prius per regionem diſperſos in unam ciuitatem congregauit. Poſuere ſcilicet. caprum ut is eſſet præmium. Vtres Icaro patri Erigones: liber pater uinum & uitem & uuam tradidit: qui cum ſeuiſſet uitem ipſam: & hircus in uineam ſe coniecisſet: & quæ ibi tenerrima folia uideret decerpſiſſet: ex pelle eius utrem fecit: ac uento plenum perligauit: & in medium mare proiecit: ſuoſque ſodales circa eum ſaltare coegit: auctor eſt Hyginius. Necnon auſonii. prædictos atticorum ritus ut Caſſiodorus & Probus ſcribunt Romani ſicut cætera externa ad ſuam Remp. traxerunt. Auſonii autem Italiæ populi Pometio agro uicini Campaniam tenebant. & cum mare Siculum ne ſemel quidem incoluerint: Siculum tamen pelagus Auſonium appellatur: auctor eſt Strabo libro quinto: Feſtus uero ſic: Auſoniam appellauit Auſon Vlyſſis & calypſus filius eam primã Italiæ partem in qua ſunt urbes Beneuentum & Cales deinde paulatim tota quoq; Italia q apœnino finitur dicta eſt Auſonia ab eodẽ duce: a quo urbẽ etiã Aruncã conditam ferunt. Ora. pro perſonis poſuit: ut Macrobius etiam libro ſexto ait. Per carmĩa læta. i. p hymnos. Oſcilla. Hyginius ſic ait: Cum in finibus athenienſiũ multæ uirgines ſine cauſa ſuſpndeio ſibi mortẽ cõſciſcerent: quod Erigone moriẽs erat

Cæditur: & ueteres ineunt proſcænia ludi:
Præmiaq; ingentis pagos & compita circum
Theſidæ poſuere. atq; inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.
Necnõ auſonii troia gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt: riſuq; ſoluto
Oraq; corticibus ſummunt horrenda cauatis
Et te bacche uocant per carmina læta: tibiq;
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

pſcænia
pagani
Oſcilla
Cillire furcillæ
Tragœdia theſpis proſcænia
Pagus
Cõpita theſeus
auſonii

precata ut eodē læto filiæ Athenienſiū afficerēt: quo ipſa foret obitura niſi Icari mortē pſecuti: & eū forēt ulti Itaq; cū id euenisſet: petentibus eis Apollo dedit reſponſū: ſi uellent euētu liberari Erigone ſatisſacerēt: q q; ea ſe ſuſpenderat: inſtituerunt. uti tabula iterpoſita pendēte funibus ſe iactarent: utq; pendēs uento mouerent. quod ſacrificiū ſolenne inſtituerūt. itaq; & priuati & publice faciebant. Probus aūt ſcribit Oſcillorū ritū in talia ab Atticis quoq; ſumptum eſſe: q ritus celebrabat feriis ſementinis. dictæ uero feriæ ſementinæ auctore Varrone a ſemente. Refert autē Probus eadē pene quæ Hyginius de oſcillis. Mollia ideſt pēſilia: ut apud Martialem: Nec triuiæ templo molles laudētur honores. i. pēſiles. nā ſumma miracula īqt Pli. li xxxvi. c. xii. erāt ibi: epiſtilia tātæ molis attolli potuiſſe nec de re alia intelligēdū ē. fit. n. cōparatio ad Amphitheatrū ab ædificio non a ſtatuis uel aliis. Tibiq; mortuus fuerat Icarus bacchi munere: inde Erigone filia ſe ſuſpēderat. inde etiam Athenienſiū uirgines ob Erigones imprecationē: ſed habito reſpōſo poſtea ut dictū eſt Oſcillorū ſacra inſtituta ſūt. Poeta dicit baccho illa fieri ſolita ut placeret ſcilicet ac ſi eiuſdē irato numine ſuſpendia uirgines exercuiſſent. hac ratione baccho oſcillorū ſacra potiſſimum tributa exiſtimo: cū propter Icarū & Erigonen fuerint inſtituta: ad tollenda uirginū ſuſpendia.

CHR. Et ueteres incunt. p. lu. initiū tragœdiæ ſignificat: quod a rebus diuinis eſt inchoatū: qbus pro fructibus uota ſoluētibus operabātur antiqui. Namq; incēſis iā altaribus & admoto hyrco id carmē quod ſacer chorus Libero patri reddebat tragœdia dicebatur. Hoc eſt ab hyrco uineaq; hoſte: & a cātu ut refert Donatus. Vel q; uter ex eius pelle uini plenus ſolēne premiū cātoribus fuerat. ut in hoc loco oīdit Vergi. uel qd hyrco donabat eius carminis poeta. Veteres ludos dixit: qa uetuſtiſſimis tpibus ab atheniēſibus reperti fuerūt. Proſcænia dicimus ut propylea. Eſt aūt proſcæniū pulpitum ante ſcænam. Scænaq; ät genera tria ſunt. Tragicæ formāt colūnis & faſtigiis & ſignis regalibus. Comicæ ædificioq; priuatorū habent ſpeciē. Satyricæ arboribus ſpelūcis & mōtibus ornātur: Ob aliā culpā q; q; uitibus noceat. Pagos & compita. i. circa compita pagorū. Nā uetuſto tpe atheniēſes nōdum intra urbē coacti ſed per pagos diſperſi conſtructis aris hos ludos exercebant. Cauatis cōcauis: & in formā perſonaq; recuruatis. Oſcilla hæc a Seruio exponūt. Cætæq; Herodotus ſcribit ægyptios ſimilia græcis ſacra: Baccho facere in qbus mulieres cubitales ſtatuas qs phallos uocāt circūferūt: Hæ penē maiorē reliquo corpore habēt illūq; ſolū mouēt. Aliæ aūt mulieres phallos ſequūtur Dionyſiū canētes. Et Varro teſte Auguſtino Libeq; eſſe dictū uult a liberamēto quod mares i coeūdo p eius būficiū emiſſis ſemībus liberētur. Hoc idē i fœmīs agere liberā q; Venerē putāt. Et ob hoc Libero mēbri uirilis Liberæ muliebris formam i tēplis ponebant. Ob eandē rē mulieres aiunt attributas Libero: & uinū pp libidinē cōcitādā. Sicq; Bacchanalia concitant. Colebāt ergo auctore eodē Auguſtino in eius ſacris uirilia. Et p dies feſtos hoc mēbrum poſtellis poſitū primū rure in cōpitis & uſq; in urbē poſtea uectabāt. in opido uero Lauino uni Libero totus mēſis tribuebatur. cuius diebus flagitioſis uerbis utebantur donec illud mēbrū p foq; tranſuectū ſuo in loco quieſceret: cui honeſtiſſima materfamilias coronā imponebat. hæc hābui quæ de huiuſcemodi ſacris referrē. Oſcilla etiā ab ore diminutiuum eſſe uidetur. Nam Columella oſcilla lupinorum dixit.

proſcæniū

Scænæ

Oſcilla

Libeq;

SERVI. Hinc ideſt poſt hæc ſacra celebrata.

Largo. abundanti & fertili. Ergo rite ſuum baccho dicemus honorem. iuſte igitur liberi ſacra celebrabimus

Hinc omnis largo pubeſcit uinea fœtu.
Complentur ualleſq; cauæ ſaltuſq; profundi.
Et quocunq; deus circum caput egit honeſtū.
Ergo rite ſuum baccho dicemus honorem
Carminibus patriis: lanceſq; & liba feremus
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.
Pinguiaq; in uerubus terrebius exta columis.

Honeſtum. pulchrum. Carminibus patriis. i. romana lingua. Pleraque enim ſacra progentium qualitate: pleraque ſecundum ſuum ritum coluntē. Nam hymni Libero apud græcos græca apud latinos latina uoce dicuntur. hymni uero matris deum ubique propriam ideſt græcam linguam requirunt

Dictus cornu ſtabit ſacer hyrcus ad aram. ſtabit placebit: tunc enim eſt aptum ſacrificium: cum animal dedicatum uictimæ patiens inuenitur. Vnde alibi ſic ait: Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum ideſt placere faciam. Contra Lucanus: Diſcuſſa taurus ab ara. Nam improbant auruſpices hoſtiam quæ admota altaribus reluctatur. Sacer autem execrabilis: ut Auri ſacra fames. Verubus colubris ideſt de corylo factis. Et hoc propterea quia ſicut caper eſt inimicus uitibus: qui Libero imolatur: ita etiam eis nocet coryli. Vnde & ſupra ait: Neue inter uites corylum ſere.

ANTO. MAN. Hinc. poſt bacchi ſacra. Pubeſcit germinat: creſcit floret. Honeſtum. pulchrum. Carminibus patriis ideſt latina lingua: nam apud græcos etiam græca lingua hymni Libero dicebantur. Lances. ſacrificandi uaſcula. Libaque de iis ægloga. ſeptima legito. Stabit. non fugiet: per quod aptum ſacrificium notant. Sacer. execrabilis. In uerubus colurnis. in paſſillis. uerubus autem ait: quoniā quædam exta in holla: quedam in ueru coquebantur. unde ait Varro: hæc ſunt quorum in ſacrificiis exta: in bella nō in ueru coquuntur.

CHRI. Hinc ab iſtis ſacris. Et hortatur ad religionem quādo tātum ex ſacris proueniat cōmodum. Fœtu. quicquid cōcipitur fœtus appellatur ſiue ab inanimis proueniat. Vnde & fœminas & arbores quæ concepe rint fœtas dicimus hinc fœtura eſt. hinc etiam fœnus quod pecuniæ fœtus ſit. Et quocūq; deus circum caput oſtendit quid nobis proueniat ex præſentia numinis. Cum quicquid circunſpexerit fœtus uberes producat. Et tacite admonet non minorem circa ſacra q; circa culturam agrorum habendam eſſe. Sacer. execrabilis. Pinguia. nam pingues decet eſſe hoſtias quæ ſacrificantur.

Fœtus

Fœnus

SER. Est ēt ille labor: iam se paulatim tendit ad uitium uituperationē dicens: & infinitum esse eaꝝ laborē: u cui nunq̄ exhausti satis: & incertū fructum: ut Et iam maturis metuendus iuppiter uuis. Et ipsum etiam fructū pnitiosum: ut bacchus & ad culpam causas dedit. Exhausti. Exaustionis finitionis quod quia asperū uisum ē se ad figuram transtulit dicens exhausti: ut seruantissimus æqui pro æquitatis. Omne solū continens. s. uites Aeternū semper & ppetuo & absolute locutus. Leuandum. releuandum. spoliandum. Omne autē nemus dicit & arboꝝ & uitū. Vnde pau.o post dicturus ē. bis uitibus ingruit umbra. Redit agricolis labor actus in orbē. i. in anni circuitu labor se inuicē seqt̄ rustico rum. Olim. Quādoq̄ significat aūt finale tem pus autunni. Seras frondes: sero cadentes. Tā de n. spoliant̄ uites frondibus. Frigidus & syluis aq lo decussit honorē. Var. hic uersus est. Acer rusti cus. non quilibet sed acer & diligens. Curas ueni entem extendit. Quasi in tempore alieno premedita tur futurū laborē. Curuo saturni dēte i. falce q̄ est in eius tutela. Nam Saturnus dicit̄ patri Cœlo falce uirilia amputasse: quæ in mare candentia Ve nerem creauerunt. quod ideo fingit̄: q̄ nisi humor de cœlo in terra descēderet. nihil crearet̄. Alii Sa turnum deū esse tempoꝝ dicunt quæ sicut falx in se recurrunt. Alii uero dicunt Saturnū in progressu ni hil nocere cū retrogradus ē esse periculosum ideoq̄ eum habere falcem in tutella. quod & ipsa pro. enta nihil ualet. Retro uero acta: qcqd ei occurrit secat.

Est etiam ille labor curandis uitibus alter
Cui nūq̄ exhausti satis est. nāq; oē quotānis.
R. Purpurea intexti tollant. Hoc ſecundum hiſtoriam eſt locutus. Nam Auguſtus poſtquam uicit Britanniam plurimos de captiuis quos adduxerat: donauit ad officia theatralia. dicit etiam aulæa. i. uela inimica: in quibus depinxerat uictorias ſuas: & quēadmodū britāni ab eo donati eadē portarēt uela quæ re uera portare ſuerant. Quam rem mira expoſſit ambiguitate. dicēs intexti tollant. Nam in uellis ipſi erant picti: qui eā portabant: Aulæa autem dicta ſunt ab aula Attali regis: in q̄ primum inuenta ſunt uela ingentia. poſtq̄ is populum romanum ſcripſit hæredē. Solido elephanto. Ex ebore integro: nō ſectili. Gangaridū faciā. gangaridæ populi ſunt inter indos & aſſyrios habitātes circa gāgē fluuiū: unde etiam gangaridæ dicti ſunt. Hos uicit Augu. unde etiam imbellem auertis romanis arcibus indū gangaridū aūt progangaridarū dixit: qa hinc gangarida facit. Quod autē ait Victoris arma quirini: Nō eſt contrarium: nam ut etiam in primo æneidos diximus: Sue. Ttranquil. hoc de Auguſto cōmemorat quodā tempore tres partes populi conſentiente ſenatu obtuliſſe ei tria nomīa. Quirini Auguſti. Cæſaris: ille ne unum eligendo alias offēderet partes primo Quirinus ē dictus. īde Cæſar. poſt in nomine Auguſti permanſit. Vñ cū Ver. gangaridas penitus ignorauit. Vndantē bello nullū. Quaſi nō undas ſed bella portantem. pp Antonii & Cleopatræ grauiſſimū prælium. Magnūq̄ fluētē. Pro magne nomen pro aduerbio. ut Totūq̄ repente clamat. Ac nauali ſurgentes ære colūnas. Auguſtus uictor totiusægypti: quam Cæſar pro parte ſuperauit multa de naua li certamine ſuſtulit roſtra: ærea: q̄ bus cōſlatis q̄ttuor effecit colūnas: q̄ poſtea a Domitiāo ī capitolio ſunt poſitæ q̄s hodieq̄ conſpicimus. Vñ ait nauali ſurgentes ære colūnas. Nā roſtratas Iulius Cæſar poſuit uictis pœnis nauali certamīe. E qbus unam ī roſtris alterā añ arcū uidemus a pte ianuarū. Niphates. Et fluuius ē & mōs: ut Et cimini cū monte lacum. Per eū aūt populos iuxta habitantes accipimus. nam nec fluuius unq̄ nec mons poteſt pelli. Fidentemq̄ fuga parthū Bene fidentem. tunc. n. melius iaculantur ſagittas. Rapta manu trophæa. Raptim & ſine labore quæſita. Di uerſo ex hoſte. i. orientis & occidentis accipimus. Vnde & ab utroq̄ littore. orientis propter gangaridarum. occidentis propter britannorum triumphum. Stabunt & parii lapides ſpirantia ſigna in templo Cæſaris. Stabunt & parii lapides ſpirantia ſigna tuas maiorum eius dicit ſe eſſe poſituꝝ quas commendat & a p̄cioſo marmore & arte. dicens Spirantia ſigna Sic alibi. Viuos ducent marmore uultus. Item parius ue lapis circundantur auro. Aſſarici proles. ponam inqt eorum ſtatuas: qui a Ioue uſq̄ ad aſſaracū: & ab aſſaraco uſq̄ ad Auguſtum originem ducunt. Aſſaracus autē auus anchiſæ pater capis fuit. Troſq̄ parens. Troianorum rex Gāymedis pater a quo & Troiano minata eſt Troiæ cyn. au. uel Apolinē dicit pp muros troiæ ab eo cōditos uel Cithiū regē troiæ. quā ī troicis ſuis cōmemorat. Aulæa picta uelamenta. auleis uictaꝝ gentium plerunq̄ hītum & figurā intexebant. quo ſæpius reintegrarēt memoria uirtutis. quā populo oñdebant. Britannos autem p̄ q̄libet gente dixit. hæc ait Probus. Q̄d autem ait Seruius auguſtum uiciſſe Britanniam adduxiſſeq̄ plurimos captiuos ſecus eſt nam Iulius Cæſar id egit uti iā oñdam. Stra. n. li iiii. ſcri. de diuo Cæſare narrās ſic. Duabus autem uictoriis cōtra Britānos re bñ geſta cum duos tñ militum ordines traieciſſet: acceptis obſidibus magnum ſeruorum numerum īgentemq̄ p̄dā reportauit: hoc tñ tpe quidā eius loci p̄ncipes legatiōibus & obſeruātiis Auguſti cæſaris amicitiā cōparantes ī Capitolio dona deis obtulerūt. & uniuerſam fere īſulam Roma. p̄priam familiarēq̄ inſtruxerūt. hæc ille. Plutar. ēt ſcri. Iuli. Cæ. ex cōtinenti galliæ ī Britanniam bis adnauigaſſe maioraq̄ hoſtibus dāna q̄ ſuis emolumēta cōtuliſſe ob regionis inopiam. at q̄lē aīo concepat bello finem īpoſuiſſe: acceptis aūt a rege obſidibus & tributis īpatis ex inſula remeaſſe hæc fere oīa cū Stra. conueniūt. itaq̄ ut dixi q̄ Seruius auguſto tribuit diui Cæſaris fuit Britanni. uideto in Tityro de Britannia. Solidoq̄ ele duro ebore Ver. li. iii. g. de eq̄s. Et ſolido grauiter ſonat ūgula cornu. & li. vi. æn. Solidoq̄ adamante colūnæ. i. duro. Itaq̄ ſolido elephanto. i. ex ebore integro non conuenit: ſed duro exponēdū. Gangaridū gangaridæ. indi dñr a flumine gange. cingit̄. n. Caucaſo īdia & flumine & Oceano. Probus auctor De gange āt uideto li. ii. g. Soli. ſcri. gangaridas extimū indiæ populum cuius Rex inqt eq̄tes mille: elephātes ſeptingentos. peditū lx. milia in apparatu belli habent. auguſtus autem reuera unquā cum indis pugnauit: ut latius li. ii. g. oñdimus. ſed tñ illi ad eius amicitiā petentes legatos cū muneribus miſere Poeta demū cum indis pugnaſſe inuit dixit. n. li. ii. g. Et te maxime ceſar Qui nunc extremis aſiæ iam uictor in oris ībellem auertis roma. arcibus indū. Sed intelligas id fuiſſe qñ in Parthos & armēios bellū geſſit ubi t Tybe. Tribunus militū recepit ſigna q̄. M. Craſſo ademerant Parthi tūc. n. potuerūt cū Medis armēiis & Parthis contra auguſti exercitū pugnare gangaridæ. Quirini. i. auguſti. nā Lucius Florus ſcri. ob īgēia facta tractū fuiſſe in ſenatu an qa condidiſſet īpium Romulus uocaret: ſed ſanctius & reuerentius uiſum ē nomē auguſti Meminit itē Sueto. Nilum. nilus incertis oritur fontibus ſecundū quoſdam immenſo longitudinis ſpatio ambulans. demum pluribus in locis & latens & exiens aphricam ab æthyopia diuidens medios æthiopes ſeccat lōgo. poſtea interuallo in ægyptū mare ſe euomit Certis tamen diebus auctu magno per totam ſpatiatus ægyptū cæcundus innatat terræ. hæc & plura Plinius libro quinto. c. x. Vndantem bello propter bellum Cleopatre

gangaridæ

niphate

aſſaraco aulea

britānia

& antonii in augustum ait.qui quidem ut scribit Plutarchus in antonii uita duxere armatas naues quingenas in augustum tandem pugnando apud actium in Epiro uicti sunt.fugientesq; alexandriam petierunt ubi postea ab augusto oppressis sibipsis mortem consciuere. Magnum fluentem.pro ualde fluenten habet enim hostia septem & exundat ut dictum est. Aere columnas.id Seruius ipse aperuit.Sunt autem nostro æuo in diui ioannis Lateranensis basilica. Vrbes asiæ domitas.intelligit.Medos Parthos & armenios. Nyphaten.Nyphates mons est in armenia Masio monti orientem uersus iminens ut Strabo libro undecimo docuit.Est & fluuius:inde Lucanus ait.armeniusq; tenens uoluentem saxa nyphatē.Et Iuuenalis sat.vi.Quosdam facit isse Nyphaten in populos &c. Pulsumq; nyphaten.locum pro accolis posuit. Parthum.de parthis uideto in Tityro. Fidentem fuga.scribit Trogus libro.xli.q; parthi cominus in acie præliari.aut obsessas expugnare urbes nesciunt.pugnauit itaq; aut pocurentibus equis aut terga dantibus.sæpe etiam fugam simulant: ut in cautiores aduersum uulnera insequentes habeant:plerūq; in ipso ardore certaminis plia deserūt .ac paulo post pugnā ex fuga repetunt. Diuerso ex hoste.i.orientali & occidentali ut ait Probus.melius tamē meridiano & septentrionali accipimus.nā ut Lucius Florus ostendit sub meridiano Musulanos atq; getulos accolas syrthiū Cosso duce compescuit.Marmaridas & garamātas Curimo subigendas dedit ad septētrionē cōuersus compescuit Mo ricos illyricos Pānonios Dalmatas Thraces Dacos Sarmatas germanos. Trophæa. Trophæon græci dicūt latini uero tropheum.a Tropi quod est conuersio. Tropeo uerto.ttopoo in fugam uerto. Qui enim dux hostē conuerterat Trophæum merebat:q autem plenā uictoriā consequeretur Triumphū.sæpe aūt arbor in qua hostium spolia affigebantur trophæum dicebat. Vnde Maro li.xi.æn.de anea qui Mezentium occiderat ait.Ingentem q̄rcum decisis undiq; ramis constituit tumulo:fulgentiaq; induit arma Mezentii ducis exuuias tibi magne trophæum Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas.Telaq; trunca uiri.&c.& paulo inferius ait:indutosq; iubet truncos hostilibus armis ipsos fere duces inimica nomina figi &c. Vtroq; ab littore.i.oriētali & occidēta li.ergo uti superius appositum est.quadrat.uult enim Maro ostendere totius orbis partes augustum subegisse. idem Florus scribit q augustus ad orientem uersus exercitū misit in armenios Medos Parthos: q postea oēs cū indis etiā Augusti & Romanorum dicioni paruerunt.Sub occasu autem Cantabros & astures &c.superauit ut q̄scribit Sueto.alias natiōes male quietas ad obsequiū redegit. Parii lapides.Paros insula ē una Cycladum ab Delo.xxxviii.milia distans:ut docet Pli.li.iiii.c.xiii.& Stra.li x.inquit.Paros lapidē producit quē Parium appellant.ad marmoreas sculpturas aptissimū. Spirantia signa:appositio est.dicit āt statuas troianæ gentis a qua augustus originē habuit uelle affigere. Assarici proles.Dardanus iouis filius Erichthoniū genuit. huic natus ē Tros a quo Troia dicta.troi assaracus.n.Capis:ex quo anchises.exq; eo & uenere æneas troianorum clarissimus:auctor Diodo.libro.v.ab ænea autē iulus ex quo iulia gens:qđ latius in Buc.patuit. Cynthius i.apollo.de quo late æglo.vi. Troiæ auctor.secundumm fabulas loquitur. Nos autem aperuimus in fine primi uoluminis georgicon.

CHRI. Assarici.optime assaraci.Nā hinc facta ē diuisio familiarū.Tros.n.genuit ilionem & assaracū.ab ilione domus piameia prouenit.Si quidem ilionis filius fuit Laomedon.& Laomeduntis Priamus.assaracus āt gēuit Capim:Capis anchisen:Anchises aeneā a quo ē Iulus iuliorū familiæ auctor demissæ a Ioue.nam assaracus ex Troiæ natus est.Tros ex Erictonio:& ille ex Dardano filio iouis ex Electra.

SER. Inuidia infœlix.q̄ inuidentes efficit infœlices Dicit aut se talia scriptus uel factus q̄ magnitudie sui mereant inuidiā:ipsā tñ inuidiā nihil eē nocitura timore pœnæ. Amnēq; seuerū.tristē cōtra Terē. tristis seueritas est in uultu atq; in uerbis fides. Tortos ixiōis angues Quibus uidelicet ixiō ē religatus ad totā postq̄ illicitos iunonis petiuit āplexus. Nō & inexupabile saxum Quod cōtra mōte sisyphus uoluit & inexperabile dixit non quod exuperari non potest sed quod exuperare non ualet summum montis cacumen.

Inuidia infœlix furias amnēq; seuerum
Cocyti metuet:tortosq; ixionis angues:
Immanemq; rotā:& non exuperabile saxum.

inuidia ANM. Inuidia infœlix.horū carminū sensus teste etiā probo. Quisquis inuiderit huic operi. debebit timere post uitæ excessum supplicia q̄ pati existimantur defuncti.& furias Inuidia āt tristitia est de alienis bonis secūdum Damasceni.dicebatq; socrates utinā inuidi in oībus ciuitatibus oculos & aures haberēt:ut de omnibus perfectibus torquerentur quot.n.sunt hostium fœliciū gaudia tot sunt inuidorū gemitus.Et Hora epistola.ii.primi uoluminis ait inuidus alterius marcescit rebus opimis.Inuidia siculi nō inuenere tyranni:Maius tormentū. Merito ergo inuidia infœlix.Oui.aūt li.ii.met.latissime de inuidia scribit. Seuerū amnē.i.tristem.qđ proprium ē

cocytus luctus planctus morti:intelligitq; stygem paludem. Cocyti.Cocytus fluuius est infernus.interpraturq; luctus & hululatus Cocyo & Cocyzo ploro lamētor lugeo.unde & Mac.li.i.de sō.ait q̄ cocytū aliud eē nō asseruerūt q̄ qcqd homines in luctū lachrymasq; compellit. Ixionis.Ixion Phlegiæ filius Iunonē attentauerat.ea sibi nubem in sua forma obiecit.cū q̄ cōcumbens Centauros genuit.quo se iactans ab ioue fulminatus apud inferos torquetur sub rota serpentibus circunfusa ligatus perpetua uolutione unde tibullus ait.Illic iunonem tentari ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota Et Oui.li.iiii.met.Voluit Ixion & se seqturq; fugitq; Mac.autem libro primo de som.scri.q̄ oia q̄ apud inferos esse credidit fabulosa psuasio in nobismet ipis & i ipis hūanis corporibus assignare conati sunt.unde illos q radiis rotaq; districti pendent nihil aliud intelligi uoluerunt q̄ q nihil cōsilio fruentes nihil ratione moderantes nihil uirtutibus explicantes:seq; & actus suos omnes fortunæ pmittentes casibus & fortuitis semper rotantur.Saxum ingens uoluere inefficacibus laboriosisq; conatibus ui tam terrēs Et Oui.libro.iiii.met.ait:aut petis aut urges rituruum sisyphe saxum.

CHRI. Inuidia infœlix.i.q̄ miseros reddat inuidentes:nā ut est apud Hora.Inuidus inuidia combu rit intus

& extra. inuidia ſiculi nō inuenere tyrrāni maius tormentū. Dicit ergo q̄ carebit inuidia propter magnitudinē rerū q̄ inuidiā ſuperabunt. Eſt. n. inuidia inter pales aut paulo ſuperiores. Qua propter illi qui egregiis ſuis uirtutibus longo interuallo reliquos a tergo reliquerunt omni carent inuidia & potius ſunt in admiratione: quia iā deſpreamus nos illos conſequi. hinc græci quæ præclariſſima & maxima ſunt ἀφθονα. ideſt ἀνεῦφθονον. i. ſine inuidia appellant. Qua propter recte Flaccus in carmine: Nō uſitata nec tenui ferar penna biformi per liquidum ætherea Vates neq̄ in terris morabor longius inuidiaq̄ maior Vrbes relinquam. Amnū ſeuerum. Quæ de inferis dicuntur: uidebimus in ſexto æneidos.

Interea dryadum ſyluas ſaltuſq̄ ſequamur
Intactus tua mœcenas haud mollia iuſſa.
Te ſine nil altum mens inchoat: en age ſegnes
Rumpe moras: uocat īgēti clamore cytherō.
Taygetiq̄ canes domitrixq̄ epidaur⁹ equoꝝ
Et uox aſſenſu nemoꝝ ingeminata remugit.
Mox tamen ardentis accingar dicere pugnas
Cæſaris: & nomen fama tot ferre per annos:
Tithoni prima quod abeſt ab origine cæſar.
Seu qs olympiacæ miratus præmia palmæ
Paſcit equos: ſeu quis fortis ad aratra iuuēcos
Corpora præcipue matrū legat optia toruæ
Forma bouis: cui turpe caput: cui pluria ceruix
Et crurū tenus a mento palearia pendēt.
Tū lōgo nullus lateri modus. omnia magna
Pēs etiā: & cameris hirtæ ſub cornibus aures
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo
Aut iuga detractans interdū q̄ aſpera cornu:
Et faciē tauro propior. quæq̄ ardua tota.
Et gradiens ima uertit ueſtigia cauda.

SER. Interea dryadum ſyluas. i. donec laudandi Cæſari tempus adueniat interim georgica ſcribimus Te ſine nil altū mens inchoat. Ac ſi diceret nō meo ingenio: ſed tuo fretus īperio ad hoc carmē acceſſi.

Vocat ingenti clamore citherō. i. hortant' ad ſcribendū nos illi montes q aīlibus ſunt referti citherō cytherō
at ps ē parnaſſi. Taygetiq̄ canes. i. Iacones. Nam
Taygeta ciuitas Laconiæ. & hoc iō qu a dicturus ē taygeta
nec tibi cura canū fuerit poſtrema. Domitrix epidaurus equorū. Epiri ciuitas ē equis nobiliſſima. Inge Epiri
minata. i. duplicata p eccho alibi nō canimus ſurdis
rſident oīa ſyluæ. Mox tñ. i. poſtq̄ georgica ſcripſero. Ardētis dicere pugnas cæſaris: Ardētis pugnas legēdū nā male quidā ardētis cæſaris accipiūt ut is communis ſit ſyllaba. Tithoni prima quod abeſt ab origīe cæſari. i. facta cæſaris tot ānis celebrabū't: quot anni ſunt ab eo uſq̄ ad mūdi p̄ncipiū & mō Tithonū pro ſole poſuit pro titane. Nā tithonus Laomedontis frater fuit: quem prœliantem thitōus
aurora dilexit & rapuit: a quo uſq̄ ad Cæſarē non ualde multū tēpus ē. Seu qs olympiacæ. Dicturus ē de armentis & gregibus. Armēta āt ſunt equorū & armenta
boū: q̄ hæc aīalia apta ſūt armis ut ſcutis boū coria
equi prælio. greges capellaꝝ & ouiū ſunt. ipſe pauſo poſt Hoc ſatis armētis: ſupat ps altera curæ. I. āi greges
gerōs agitare greges hirtaſq̄ capellas. Hæc tū armēta. ſ. & greges ſciēdū q̄ plerūq̄ confūdit auctoritas

Olympiacæ miratus p̄mia palmæ i. ſtudioſus curulis certaminis q̄d gerit' ad piſam ī honorem louis olympiaci. Corpa p̄cipue matrū legat. i. magis matrū p q̄d oñdit' ēt patꝝ corpa eē reqrēda. Optima toruæ forma bouis paulo poſt. Et faciē tauro pprior. i. tauro ſimilis toruæ āt terribilis. Turpe caput. i. magnū ut Turpes paſcit ſub gurgite phocax. Plurima ceruix lōga: ut ibi Cū ſe nux pluſima ſyluis inducet ī florē. Crurū tenus. Vſq̄ ad crura. & mō tenus ē aduerbiū. nā ſi eēt p̄poſitio ablatiuo cohæreret. Palearia āt ſunt palearia
pelles depēdētes ex gutture. Cameris cor. i. curuis uñ & cameræ appellatæ ſunt præcipit aut aures & magnas
eē debere. Nec mi. di. Liptotes figura ē. i. ualde placeat mūera nec ſpno. Faciē imaginē & ſimilitudinē totam. cameræ
AN. M. Interea. anteq̄ tēplū de marmore ponā. Driadū. uideto li. i. g. Driadeſq̄ puelle. Saltus. cāpos ītactos ab latinis. ſ. poetis dicit āt ſcribamus carmē agreſte a Mœcenate īpatū. Haud mollia. ſed ardua p Liptotē. Segnis: iutiles ſteriles pigras. Cytherō. ſaltus ē prope thebas in Boetia ut Soli. & Pli. ait li. iiii. Mela īqt ī phocide Delphi & mōs Parnaſſus. in Boetia Thebæ & Cytherō fabulis carminibuſq̄ celeberrimus. Probus ſic ait. Cytherō mōs ē Boetiæ ubi arcana liberi patris ſacra celebrabā't tertio quoq̄ āno. q̄ triēterica dūr exiſtimat' aūt liber eē cū muſis. & iō ex hederæ frōde eius coroa poetis dat'. Oui. itē li. iii. met. ait: Vadit ubi electus faciēda ad ſacra cytherō Cātibus & clara bacchātum uoce ſonabat Stra. li. xix. ſcri. q̄ Cytherō prope Thebas finit' penes quē aſopus currit īferiora eius alluēs. Videto itē ægloga. vi. Cytherō. hūc noīa qa de bobus ſcripturus ē tamē Boetia dcā ē i qua Cytherō hēt'. Taygetiq̄: uideto ī fine li. ii g. Epidaurus urbs ē Pelopōnēſiū: tuingt Pro Epidaurus
bus uñ optimi & gñoſiſſimi e q exeūt Ptolæ. ēt li. iii. ī Pelopōneſo ponit Epidaurum Stra. li. viii. uidet' ſcribere
Epidaurū eſſe inrer Achaia & Peleponneſum: anteaq̄ Epitaurū uocatā. Mela āt ſcribit Epidaurū oppidū eē litori appoſitū Circa finē uero dicti li. viii. Stra. ſic ait: Equorū ſane genus excellit Arcadicū: quē admodū & Argolicū & Epidauricū. Etholorū p̄terea & Acarnanū ſolitudo paſcendis eq̄s ē accōmodata nō mius q̄ Theſſalia Pli āt li. iiii. ſcri. Epidaurū oppidū Aeſculapii delubre eē in Achaia. Soli. ēt c. vii. ſcri. Epidaurū eē ī Achaia ei q̄ decus eē eſculapii ſacellum: cui incubātes ægritudinū remedia capeſſunt mōitis ſomnioꝝ. Vos. p̄dictorum ſ. locorū. Mox ta. ar. pollicet' Cæſaris Octaui q poſtea Auguſtus cognomīatus ē ſcripturū uictoriā quod reuera fecit ī octauo. n. li. æn. deſcripſit ī clypeo eius pugnā & Actiacū bellū q̄d ē geſtū cū antōio. Probus Thitho ni. tithonus ut Diodo. ait li. v. filius fuit Laomedōtis: & priami frater q exiſtimat' ab aurora adamatus eā uxo rē habuiſſe. Priami āt filia Creuſa æneæ uxor mater aſcāii. a quo ſecuta gēs q̄ ad Cæſarē puenit. probus. a prima origine tithomi i. ab ipſo Dardano iouis filio: a quo ad auguſtum fuere anni mile ſecuti uel circa uti

ex Eusebio colligi põt. poeta tñ finitũ pro infinito numerũ posuit. Olympiacæ palmæ. Olympica certamia in Achaia prope alpheũ intelligit de qbus latius li. i. g. Eliadũ palmos epiros equarũ. Plurima cer. lũgũ col/ lũ. Palearia. pelles dependentes sub collo. Camuris: curuis: inde cameræ tecta recurua. Detrectans. male tractãs. Et faciem tauro propior. i. hñs faciẽ propiorẽ ſimiliorẽq; tauro Pli. ãt li. viii. inqt: Tauris in aspectu generositas torua fronte auribus setosis: quibus miora q̃ bubus cornua tenuioraq;. Var. uero li. ii. c. v. de bubus

Tauri forma boũ for/ ma

scri. q; q gregẽ armentorũ emere uult obseruare debet ut sint uaccæ bene cõpositæ: ut integris mẽbris pilosis ob lõgæ amplæ nigrantibus cornibus latis frontibus oculis magnis & nigris pilosis auribus pressis malis aptis na/ ribus labris sub nigris ceruicibus crassis ac longis a collo corpe amplo demisso bene costato latis hũeris bonis clunibus codã pfusam usq; ad calces ut hẽant: ĩ iferiorẽ ptem freq̃ntibus pilis sub crispis. cruribus potius mino ribus. rectis genibus. & cuius ungues sint leues & pares coriũ atractu nõ asperũ ac durũ. colore potissimum ni gro deinde rubeo tertio heluo: q̃rto albo. mollissimus. n. hic ut durissimus p̃mus neq; nõ pterea ut mares semi nis boni sint: quoꝝ & forma ẽ spectãda &c: Colu. ẽt li. vii. c. i. scribit qũo. Mago Carthaginensis prodidit q; pa rãdi sunt boues nouelli q̃drati. grãdes mẽbris. cornibus proceris ac nigrãtibus & robustis. frõte lata & crispa. hir tis auribus. oculis & labris nigris. naribus resimis patuliq; ceruice lõga & torosa. palearibus amplis & pene ad genua promissis pectore magno. armis uastis. capaci & tanq̃ ĩplente utero. lateribus portectis lũbis latis. dorso recto planoq;. clunibus rotũdis. cruribus cõpactis arectisq; sed breuioribus potius q̃ lõgis nec genibus ĩprobis ungulis magnis. caudis lõgissimis & setosis pilosisq;. corpe denso breuiq; colore rubeo uel fusco. tactu corpis mollissimo. Capi. uero. xviii. de tauris idẽ ait se censere probãdos tauros maxĩe mẽbris ãplissimis. moribus pla cidis media ætate. Cætera fere oĩa eadẽ in iis obseruabimus q̃ in bubus eligendis. Nec. n. alio distat bonus taurus a castrato: nisi q; huic torua facies ẽ uegetior aspectus breuiora cornua torosior ceruix & ita uasta ut sit maxima portio corpis. uẽtre paulo substrictiore. idẽ quoq;. c. xix. de forma uaccæ ait q; forma uaccæ quoq; pbãt altissi mæ formælõgæq; maximis uteris frõtibus latissimis oculis nigris & patẽtibus cornibus uẽustis & leuibus & ni grãtibus pilosis auribus cõpssis malis. palearibus & caudis ãplissimis ũgulis modicis & cruribus. Cætera quoq; fere eadem quæ in maribus desiderantur. Ima cauda. huic tantum animali oĩm quibus procerior cauda non statim nato est consumatæ ut cæreris mensuræ: crescit donec ad uestigia ima perueniat: Pli.

epidauro CHRI. Epidaurus. Opidũ Epiri ubi sunt optimi equi. Palearia hæc syriacis bobus non sunt. sed in dorso gib bũ ut refert Pli. habẽt. Corpora matrũ. nã semẽ paternũ pro arifice ẽ. formãq; pbet. & uitã ĩducit. materiã ãt mater subministrat. Vnde oportet eã eẽ bene materiosam: & habere optimã corpaturam. Propter faciem. p synecdochen. i. habẽs faciem propiorẽ tauro. Vacca unius anni nõ admisceẽ prodigium est.

SER. Lucinã iustosq; pati hymenæos. Histerõ. p terõ añ. n. ẽ hymenæos pati post Lucina cõsequẽ. ltẽ hysterõ proteron ẽ: desinit añ decẽ post iiii. ĩcipit an nos añ. n. ĩcipit sic desinit. Cætera ætas. s. q̃ ẽ uel añ q̃rtũ uel post. x. annũ. Bñ oñdit p hæc quoq; tempa possetq; dẽ armẽtis sed iutiliter prouenire fœturam.

Aetas lucinam iustosq; pati hymenæos.
Desinit ante decem: post quattuor ĩcipit ãnos
Cætera nec fæturæ habilis nec fortis aratris.
Interea superat gregibus dũ læta iuentus
Sõlue mares: mitte ĩ uenerẽ pecuaria primus

Superat gregibus dũ læta iuuẽtus. Dũ suppetit. & dicit iuuenili eas ætate debere cõcũbere qa cito me/ liora tempora depereunt. Pecuaria. ab eo quod ẽ pecuare uenit. nam pecua: ut ait in pompeiana Cicero ab eoqd ẽ pecu uenie ut genu genua.

ANT. Lucinã. Ex lucina ptus ex hymenæo cõcubitus accipiem. itaq; hoc ait. post ãnũ. iiii. & ĩtra. x. ad cõci piẽdũ utiles eẽ boues. Probus lũa ãt ut Var. ĩqt nascẽtiũ dux ẽ: hĩc ab iuuãdo & luce iũo lucia dcã ab latinis: ipa n. mẽsibus actis ĩ lucẽ. pducit ĩfates. Hymenæos. hymenæo teste Mar. capella ueneris & bacchi filio dictusq; nuptiaꝝ deus cuius officiũ eẽ dixit psalere ĩ nuptiis cãtare ad thalamos & corõare limĩa sertis pro coitu hĩc po nit hymẽ uero scdm græcos & latios ẽ q̃dã uirgĩalis pellis q̃ p̃mo coitu abrũpit. põit & pro hymenæo hipsipy le Ouidiana ad iasonẽ nõ ego sũfurtĩ tibi cognita: pronuba iũo affuit & sertis tpa uictus hymẽ. Dicunt alii hy menæũ quẽdã fuisse apd athẽas. q; iter bella seuissima uirgĩes liberauit. quã ob cãm nubẽtes eius numẽ iuoca/ bãt q̃si liberatoris uirgĩtatis. Lucinã pa. et hy. Hysterõ proterõ hoc ẽ ultimũ p̃us nã scĩa ordine cõmutaẽ. Sic ẽt

lucina hymneo

ẽ ibi. Desinit añ. x. &c. Desinit an. de. Var. li. ii. c. v. ait q; nõ mĩores oportet inire bimas ut trimæ pariãt eo me lius si q̃drimæ. pleræq; pariũt ĩ. x. ãno. q̃dã ẽt plures. Maxĩe idõeũ tps ad cõcipiẽdũ a Delphini exortus usq; ad dies xl. aut paulo plus. q̃. n. ita cõcepũt tpatissimo ãni tpe pariũt. uaccæ. n. mẽsibus. x. sũt pgnates. mas an fœĩa sit cõcepta significat taurus quũ iniit: si qdẽ si mas ĩ dextriorẽ ptẽ abit. si fœmĩa ĩ sinisteriorẽ ptẽ. Pli. uero li. viii. c. xlii. scri. q; suo tpe ãniculæ ad fœcũditarẽ poscebãt tolerãtius tñ bimæ. tauri gñationẽ q̃drimi iplẽt & sin gulis denas eodẽ ãno tradũt. Cõceptio unico initu pagit q; si forte perrauit uicesimo post die marẽ fœmĩa repe tit. pariũt mense. x. q̃cqd añ genitũ iutile ẽ Tauri nõ sæpius q̃ bis die ĩeunt Robur ẽ tauris ĩ qmatu. uita fœmis xv. ãnis lõgissima: maribus. xx. Fœturæ. genituræ & puẽturi. Cætera ætas: hoc ẽ añ. iiii. ãnũ & post. x. Co. itẽ li. vii. c. xix. ait Quũ uaccæ excesserũt ãnos. x. fœtibus inutiles sunt: Rursus minores bimis inire nõ oportet si ante tñ concepint ptũ eaꝝ remoueri placet ac p triduũ ne laborẽt hubera exp̃mi: postea mulctra prohiberi.

Supat: interest ĩminet. Dũ læ. iu. uel iuuẽta. i. dũ iuuenes sunt uaccæ cõcipiãt: repit enim senecta cũ morbis plurimis. Solue mares p̃mus quo tpe uaccæ ineundæ sint iã diximus. Colu. etiã li. vii. c. xxii. scribit q; mẽse iulio fœmine maribus plerunq; p̃mittẽdæ: ut eo tpe conceptos proximo uere adultis iam pabulis edãt: nã decẽ mensibus uentrem pferunt Vnumque marem. xv. uaccis sufficere abunde est. Pecuatia: pecuare pecuaria fa cit pecu pecua: pecus pecudes: pecus hoc pecora.

CHRI. Lucinã: Simpliciter pro partu posuit nã bruta lucinæ opẽ nõ ĩuocãt: Vaccaꝝ ætas alberto magno teste ẽ qndecim ãnoꝝ eadẽ est taurorũ castrati uero ad uigesimũ pueniunt terminus iuuentutis tauri ẽ quinque

annorũ inde incipit exiccari: Bene ergo Homerus dixit. Taurus quinque annorũ in robore ſuo eſt Magni ſunt boues in epiro ut ſcribit Ariſtotelles. Plinius aũt indicos ſua proceritate camellos æquare & cornua quattuor pedes in latitudinem habere. Boues ſoli animaliũ retro ãbulantes paſcunt. Interea ſuperat optimum præceptum. nã nõ ſolum uiuentium corpora curanda ſunt ſed quia ſingula peunt danda eſt opera ſucceſſioni.

Atq; alĩã ex alia generando ſuffice prolem
Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit ſubeunt morbi triſtiſq; ſenectus.
Et labor & duræ rapit inclementia mortis.
Semper erũt quarum mutari corpora mauis
Semper enim refice: ac ne poſt amiſſa requras.
Ante uenĩ & ſobolẽ armẽto ſortire quotãnis
Nec nõ & pecori eſt idem delectus equino
Tu mõ quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gẽtis
Præcipuum iam idẽ a teneris impẽde laborẽ.
Continuo pecoris generoſo pullus in aruis
Altius ingreditur: & mollia crura reponit.
Primus & ire uiam: & fluuios tẽtare minaces
Audet: & ignoto ſeſe committere ponto
Nec uanos horret ſtrepitus. illi ardua ceruix
Argutũq; caput breuis aluus obeſſaq; terga.

SER. Suffice prolem Subminiſtra. unde & ſuffectos dicimus. Optima quæq; dies. Hæc ſententia non ſolum ad animalia ptinet ſed generaliter ad omnia. Subeunt morbi triſtiſq; ſenectus. Naturalem ordinẽ tenuit. dicens aduenire morbos ſenectutem mortẽ. Inclementia mortis. inexorabilitas & duricies. Semper enim refice. Vacat n. Sane dicit ãte ueniendum eẽ: aut anteq; pereãt reparenẽ armẽta.

Sobolẽ armẽto ſortire. Subſtitue: ſũminiſtra. & ẽ uerbum iudiciorũ. Nã ſubſtitui dicuntur iudices: q occupatoꝝ fũgunt offõ. Eſt idẽ pecori delectu equino. i. ut habeant matres optimas. In ſpẽ ſtatu et ſũmittere. i. quos uis admiſſarios fieri. Notãda ſane exquiſita uarietas. nã ut ĩ bobus matres añ deſcribit in equis admiſſarios ante cõmemorat. Altius ingreditur. Cũ exultatione quadã incedit. Mollia crura reponit. Ennius de gruibus perque fabã repũt & mollia crura reponunt. Primus ire uiam: Matris perire ueſtigia. Ignoto ponti. per quem nunquã tranſiera nt. Argutum. breue. ſubſtituti dicũ iudices

AN.M. Suffice ſubminiſtra. Colu. li. vii. c. xx. de uaccis ait. ſed & curandũ eſt oĩbus annis æque atq; in reliqs gregibus pecoris ut delectus habeaẽ. nã & nixæ & uetuſtatæ q̃ gignere deſierunt ſũmouendæ ſunt & utiq; tauro q̃ locum fœcũdaꝝ occupãt able gandæ: uel aratro domãdæ: qm̃ laboris & operis nõ minus q̃ iuuẽci pp uteri ſterilitatẽ patiẽtes ſunt. Optima quæq; dies Oui. quoq; de arte. Cito pede labit ætas. nec bona tã ſequit q̃ bona prima fuit. Inclementia. duritia & crudelitas. Sortire. elige idẽ delectus. ut. ſ. corpa pcipue matrũ legat. itẽ ut quotãnis ſoboles armento eligat. In ſpẽ gentis. in fœturã ut ſint admiſſarii. Et mo. cru. re. glomerat apte reducit alterno cruꝝ explicatu

Mollia crura. faciles tibias: nõ enĩ inepte dure ue ãbulat uti pleriſq; euenit. Primus & ire uiã. Var. li. ii. c. vii. inquit. Equi boni futuri ſigna ſunt ſi cũ gregalibus in pabulo cõtendit in curẽdo aliaue qua re quo potior ſit ſi quũ flumẽ traiiciẽdũ ẽ gregi in primis ꝓgredit ac nõ reſpectat alios. Argutũq; caput. ideſt & exiguũ. Var. li. ii. c. vii. ait Equas ãbere eẽ clũibus ac uẽtribus latis Equos ad admiſſurã quos uelis habere legere oportet amplo corpe. formoſos. nulla pte corpis inter ſe nõ cõgruẽti: caput habeãt nõ magnũ. nec mẽbra cõfuſa. ſint oculis nigris. naribus nõ anguſtis. auribus applicatis. nõ anguſta iuba crebra fuſca ſubcriſpa. ſubtenuibus ſetis ĩpliçata in dexteriorẽ ptẽ ceruicis. pectus ſit latũ & plenũ. hũeri lati. uẽter modicus. lũbi deorſũ uerſũ preſſi. ſcapulæ latæ ſpina maxime duplex. ſi minus non extãs. coda ãpla ſubcriſpa. crura recta equalia introuerſa. genua rotunda nec magna. ungulæ duræ. toto corpe ut habeãt uenas q̃ aĩaduerti poſſũt. hæc ex Var. Colu. et li. vii. c. xxvii. ſic ait: quũ uero natus ẽ pullus cõfeſtĩ licet ĩdolẽ exiſtimare ſi hilaris. ſi ĩtrepidus. ſi neq; conſpectu nouæq; rei. auditu terreẽ: ſi ante gregẽ procurrit. ſi laſciuia & alacritate interdũ & curſu certamĩs æq̃lis exupat. ſi foſſã ſine cũctatiõe trãſilit põtẽ flumẽq; trãſcẽdit. hæc erũt hõeſti aĩmi documẽta. corpis uero forma cõſtabit exiguo capite. nigris oculis naribus aptis. breuibus auriculis & arrectis. ceruice molli itaq; nec lõga dẽſa iuba & p dextrã ptẽ profuſa. lato & muſculoꝝ toris numeroſo pectore. grãdibus armis & rectis. lateribus inflexis. uẽtre ſubſtricto: teſtibus paribus & exiguis. cauda lõga & ſecta criſpaq;. mollibus atq; altis rectiſq; cruribus. tereti gẽu quoq; neq; ĩtrorſus ſpectãdi. rotũdis clunibus. fœminibus toroſis ac nũeroſis: duris ũgulis & altis & cõcauis rotũdiſq; qbus coroæ mediocres ſuppoſitæ ſũt ſici uniuerſũ corpus cõpoſitũ. ut ſit grãde ſublime erectũ ab aſpectu quoq; agile & ex lõgo q̃tũ figura pmittit rotũdũ. Breuis aluus. modica ſubſtricta. Obeſaq; terga grandes lati & pigues hũeri obeſus enim ut Feſtus ait pinguis diciẽ q̃ſi obedendum factus.

CHRI. Tu modo quos in ſpẽ. Mira uarietas. nam in bubulo pecore a matribus in equino a patribus incipit. Sunt autem hæc tria pecorum genera oĩbus præcipua. Bos. n. nobis terram colit: ſine cuius opera agricultura oĩno difficilis eẽt. Equus & cõmode nos uehit. & in bello auxiliat egregie: & in multis rebus comes. eſt homini. Atq; inuecturis & ueterinos habemus equos & iumẽta. Docilitas maxima ẽ ĩ equo. Amiſſos luget dños ãſide riis lachrymas mittit interfecto Nicomede rege eius equus inedia uitam finiuit. refert Philarchus Cẽtaretriũ egallatis occiſo ĩ pugna Antiocho potitũ equo eius illũ aſcẽdiſſe. at equũ indignatione accenſũ pcipitẽ in abrupta iſſe. ac ſe equitemq; perdidiſſe. Bucephalus Alexandri equus neminem ornatu regio inſignitum præter ipſum alexandrum excipere uoluit. in expugnatione thebarum uulneratus alexandrum in alium equum tranſire non eſt paſſus. Equus Cæſaris nullum niſi ipſum Cæſarem dorſo accipere uoluit. Hic anteriores pedes humanos habebat. Semyramis equm uſque in coitum amauit. ut ait iuba. ariſtotelles autem in libro de animalibus: Equum equamque poſt hominem reliquis animalibus ſalatiorem eſſe dicit. addit etiam ipſum quadraginta pẽ Bos equus

tes habere primores quattuor trigesimo mẽse mutare. anno deinde post binos utrinq; nõ superne & inferne. itẽ alio anno quattuor. Itẽ alio quattuor. completis annis quattuor et mensibus sex nõ emittit: et tunc idõeũ tẽpus ad procreandũ habet. Refert prætereа equum oĩbus temporibus & donec uiuit coire. idẽ facere fœmina. Dicit prætereа ætatem ad decimum octauũ annũ protendi in equo. Sed ad longũ ad trigesimũ usq; produci: in nõnullis etiam ad quinquagesimum. sed minus uiuere qui domi aluntur q̃ gregarii. Albertus autem cognomẽto magnus ait equũ biennio inire incipere: sed meliorẽ eẽ fœtũ post triennium usq; ad. xx. q ẽ arcus secundum quem minori coniunctione iunguntur iuppiter & Saturnus iuire autẽ usq; ad trigessimũ annum & equam concipere quãuis debiliter usq; ad quadrigessimũ: qd̃ fere spatium est suæ uitæ: quãuis olim iuuentus sit equus. lxx. annorum. Ipse autẽ albertus refert uidisse se equũ ex maioribus apud militem qui adhuc robustus excesserit annum sexagesimum.

pullus Vitulũ

Pullus: Vt pueros dicimus in humano genere: ita ĩ equo: mullo. asino. atq; camelo dicimus pullos. Itẽ in omni auium genere. in boue uero & elephante uitulum. qui etiam ex arborum radicibus gignuntur: pulli appellantur. Hinc pululare.

Luxuriatq; toris animosũ pectus: honesti
Spodices. glauciq;. color deterrimus albis
Et giluo. tũ si qua sonũ procul arma dedere
Stare loco nescit: micat auribꝰ. & tremit artꝰ
Collectũq; fremens uoluit sub naribus ignẽ.
Densa iuba: & dextro iactata recũbit ĩ almo:
Et duplex agit̃ per lumbos spina cauatq;
Tellurẽ & solido grauiter sõat ungula cornu.
Talis amyclæi domitus pollucis habenis.
Cyllarus. & quorũ graii meminere poetæ.

giluus

SER. Luxuriatq; toris aiosum pectus. Nodosũ & eminens pulpis. Spadices. Phœniciatos uccãt i. professos myrteos. Glauci ãt sunt felineis oculis. i. quodã splẽdore pfusis. Deterrimus albis & giluo: at q alibi ait. Qui candore niues anteirẽt: Sed aliud ẽ cãdidum eẽ. i. quãdam nitenti luce pfusum aliud albũ: qd̃ pallori constat esse uicinum. Giluus ãt ẽ melinus color. Multi ita legũt albis & giluo ut nõ albũ uel giluũ. sed albogiluum uituperet: quod si singuli colores uituperãdi sunt q̃to magis mixtus utroq;. i. albogiluus. Tremit artus: Figurare ꝑ artubus tremit. Voluit sub naribus ignẽ flatu indicat magnanimitatẽ suam: at duplex agit̃ ꝑ lũbos spina. at reuera duplex: aut lata. ut alibi. Duplicem gemmis auroq; coronam. Item. Et duplici aptantur dentalia dorso. Talis amyclæi domitus pollucis habẽtis cyllarus atq; Castor domitor equoꝝ fuit: sed fratrẽ ꝑ fratre posuit poetica licentia: ut Quas illi philomẽa dapes. ꝑ progne: Itẽ reuocato a sanguine teucri. pro Dardani. aut certe ideo pollucẽ pro castore posuit: quia ambo licenter & castores & polluces uocantur. nam & ludi & templum eius & stellæ castorum uocantur.

Ipadix glaucu color giluo color Melinus color

ANT. Luxuriat toris. abundat pulpis debet enĩ esse latum ac plenum ac torosum. Spadices. phœniceus colõr seu puniceus. & spadix idem est teste gelio libro secundo. c xxvi. significat autem exhuberantiam splendoremq; ruboris. Glauciq;. cærulei. Glaucus enim color uiridis dicitur. quod Probus ostendit: & gellius dicto loco. Albis non candidis. sed albis. idest pallidulis. Giluo. giluus color est buxeus ut quidam uolunt. uulgo gialus appellatur. aliqui uero per giluum intelligunt flauum qui ex uiridi & rufo & albo concretus est Seruius Melinum intelligit. Est autem Melinus color candidus: optimus in Melo insula. in Samo quoque nasci tur auctor est Plinius libro. xxxv. capi. sexto. Micat auribus. arrigit ac deprimit aures. Tremit artus. concutit. Collectum ignem: attractam flatus uim & potentiam. Fremens. & fremens & præmens in antiquis legitur. Erit autem ordo. Et præmens ignem collectum uoluit sub naribus ꝑmens aũt idest non emittens sed retinens interius hinc sub naribus uoluit. Voluit sub naribus per quod eius uis apparet: est enim magniflatus

amiclæ

Solido. duro. Amiclæi pollucis. Pollux & Castor Lacedæmone nati sunt: qui existimantur equos accepisse ab iunõe muneris nomine Xanthum & Cyllarum: quos Neptunus donauerat. Probus. Amyclæi amyclæ oppidum est Laconicæ regionis achaie teste Plinio li. iiii: fuit autem patria Castoris & Pollucis Strabo li. octauo ait. q̃ Taygeto monti subiicitur Sparta & amyclæ. Plinius libro tertio scribit amyclas etiam fuisse ꝑ pe Tarracinam a serpentibus delatas.

CHRI. Luxuriat toris: abundat mondum excedit toris. quasi dicat ultra modum torosus est: Nam membra torosa. idest maiores tor os idest musculos & lacertos habentia ualidi ora sunt. Vnde in Hercule torosa brachia pinguunt. Est enim torus siue musculus sciue lacertus. Spadices. Palladius æmilianus colores in equo refert badium. aureum. abineum. ruseum: mureum. ceruinum. giluum scutulatum. album. guttatum. candidissimum nigrum. pressum. Sequentis meriti enumerat uarium cum pulchritudine nigro uel albineo uel badeo mixtum Canum cum quouis colore. spumeum maculosum murinum obscuriorem giluus color est cinericius. ætatem quoq; ita signat. Nam bimo sex mensium dentes medii superiores cadunt: Quadrimo canini mutantur ifra sextum annum moliares superiores cadunt. sexto anno quos primo matauit exæquat. Septimo anno omnes dentes eius explentur. latent ab huic ætatis notæ. Sed prouectioribus tempora cauari incipiunt supercilia canescere Dentes plerunque prominere. Formam uero equi ita describit Collumella. ut sit capite exiguo nigris oculis aptis & breuibus auriculis & arrectis semp. ceruice molli lataque nec longa. densa iuba. & ĩ dexterã ptem. pfusa lato & musculorum toris numeroso pectore. grandibus armis: & rectis lateribus inflexis: spina. duplici uẽtre subacto. testiculis pibus et exiguis: latis lũbis et subridẽtibus. i. pulchris et pĩguibus. cauda lõga et secta crispaq; mollibusatq; altis rectisq; cruribus. terete gẽu. puoq; neq; trorsũ spectãt rotũdis clũibus femoribus torosis ac nũerosis duris ũgulis et altis et cõcauis rotũdisq; qbus corõæ mediocres: suppositæ sũt. corpus ipsũ sit: grande: sublime. erectũ. aspectu quoq; agile: lõgitudo q̃tũ natura pmittit. cũ uero natus ẽ cõfesti licet ĩdolẽ exist mare si hilaris: si intrepidus: si aspectu nouæ rei auditu ut terreat. si forsã sinecũctatiõe trãscit põtẽ flumẽ trãscẽdit

SER. Martis equi Ξάνθος & Φόβος. Et magni currus achillis. Balliarchus Xanthus. Cõiugis aduentũ pernix saturnus: Dum cum amica Phillyra Saturnus coiret. Opes eius uxor aduenit: cuius præsentia ueritus. se in equum conuersit qualem potuit numen imitari: exinde natus est chiron dimidia parte homo dimidia equus. sane Ops cũ de uxore saturni dicimus o corripitur. ut ops opis. cum uero nympha dicimus opis longa est. ut Opis ad æthereum pennis aufertur olympum. pernix aũt ad equum refertur. Nã saturni stella tardissima est. Pelion Montem. Thessaliæ. in quo Chiron habitauit. Hunc quoq; licet bonum et tot signis probatum. Vbi aut morbo grauis aut iam senior ánis defficit. Duo sunt quibus minuuntur corporis uires senectus et morbus unde mire utrunq; complexus est. Abde domo. ĩ domo. nam si aduerbialiter uellet loqui domi diceret. Tale est illud in. iiii. non libvæ non ante tyro. Nec turpi ignosce senectæ. Cicero in catone maiore et laudat et uituperat senectutẽ: unde dupliciter hunc locum intelligimus aut nec ignosce turpi senectutæ. quæ turpis non est quia per naturam uenit. Si quando ad prælia uentum est. alibi nocturnaq; bella. Animos æuumq; notabis præcipue ante oĩa ætatẽ & magnanimitatem requires. post cætera parentes & studiũ. Et quis cuiq; dolor uicto quæ gloria palmæ. Vult gloria palmæ. Vult probare mouere equos uel amissione: uel aquisitione uictoriæ. nã eo tẽdit sequens iste decursus unde est paulo post tãtus amor laudũ tantæ uictoriæ curæ. Luca. quãtum clamore iuuatur. Eleus sonipes. Ruunt effussi carcere currus. usurpatiue pro carceribus. qui ab arcendo dicti sunt. Nam carcer est custodia noxiorum. iuuenum aurigarũ uel spectãtium. Haurit. serit. ut Latus haurit apertũ. Verbere torto. frequẽti. s. itera tione. Volat ui feruidus axis. alibi. Frenaq; fruẽ tesq; rotas. nam tam rotæ q̃ axis cursu calescunt. ANT. M. Marris equi biiuges. Martis equi traduntur Dimos & Phobos Homero auctore ut scribit Probus achillis uero Xanthus & æthon. quidá quattuor putant. & eis adiiciunt podargum & Lampum auctor idem probus. Saturnus. Is cum iouẽ filium quæret & in Thracia cum phyllyra Oceani filia in equum uersus dicitur concubuisse. & ex ea. Chironem Centaurum natum artis medicinæ inuẽtorẽ qui a Phyllira Phyllirides dicitur a poetis. scribunt aratum de aduẽtu uxoris nil scribere. Verg. tamen hic ostendit uxoris opis aduentu in equum uersũ esse dum cũ illa coiret. Pernix. uelox quia equus. Al tũ peliõ. Thessaliæ montẽ altissimũ teste Pli. li. ii. i quo ut scri. Soli. nuptiale cõuiuiũ Thetidis & pelei celebratum fuit. Nec turpi ignosce senectæ. Ordo ẽ. nec ignosce turpi senectæ q̃uis enim seniores eq sint. cum mõ tñ laborem tollerare ualẽt. Est át sẽsus q; ubi optimus equus uel morbo uel senecta deficit. remouẽdus ẽ ab admissura & in domo retinẽdus nec parcendum. ostẽdit. n. oĩno fatigandũ cũ mõ tñ. Turpi senectæ. luue. ẽt sat. x. ait: Sed q̃ continuis & quãtis lõga senectus plena malis deformen & tetrũ ante oĩa uultũ Dissimilẽq; sui deformẽ pro cute pellẽ pendentesq; genas & tales aspice rugas &c. Quanuis aũt senecta sit a natura oĩno quin turpis sit negari nõ põt ergo nec ignosce turpi senectæ dicẽdũ. Frigidus in uenerẽ senior. hic locus asserit qđ dixi ueq; eẽ ut scilicet ab admissura senior in domo teneat. ibiq; fatigẽt cum mõ. nec peitus fatigẽt ei. generat át mas ad ános. xxxiii. & ad. xl. durasse tradũt adiutũ mõ in attollẽda pori parte corporis. sed ad generandũ paucis aĩa liũ minor fertilitas: qua de cã p interualla admissuræ dant. Nec tamen quindecim initus eiusdẽ áni ualet tolerare. Equæ gignũt annis oĩbus ad. xl. Vixisse equũ. lxx. annos prodit Pli. auctor li. viii. c. xl. Collu. uero li. vii. c. xxvi. scri. q; marẽ putant minorẽ trimo non eẽ idoneum admissuræ: posse uero usq; in. xx. ánum progenere. Fœminã bimam recte concipe ut post tertiũ annũ enixa fœtum educet. eandẽq; post decimũ non eẽ utilem. Superiori aũt capite dixerat q; nec minus q̃ qndecim nec rursus plures q̃ uiginti unus debet implere. Frustraq; laborẽ ingratum trahit. Ordo ẽ. Et frustra trahit. i. producit ingratũ laborẽ. i. ingratum coitum. nam calidissimus qsq; citius uenerẽ pficit: &. ei gratior illa fit. senes uero tardiores sunt qa frigẽt. Quondam quãdoq;. Animos ut sit hilaris equus & intrepidus &c. ut supra ostendit Colu. li. vii. c. xxii. scribit q; annorũ notæ cum corpore mutãt. nã dũ bimus & sex mensiũ ẽ. medii dentes superiores & inferiores cadunt cum quartum agit iis qui canini appellantur deiectis alios affert intra sextum deinde annum molares superiores cadunt. Sexto áno quos primos mutauit exæquat. septimo omnes explentur æqualiter. & ex eo cauatos gerit. nec postea quot annorum sit manifesto comprehendi potest decimo tamen anno tempora cauari incipinnt: & supercilia nonnunquam canescere: & dentes prominere. hæc ille. Alias artes. equorum enim alii sunt ad rem militarem idonei. alii ad ue

Pelion

Carcer

Martis equi

Martis equi biiuges & magni currus achillis
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix saturnus & altum
Pelion himnitu fugiens ipleuit acuto Cannis
Hũc quoq; ubi aut morbo grauis ait iã scior
Deficit: abde domo nec turpi ignosce senecte
Frigidis in uenerem senior frustraq; laborem
Ingratũ trahit & si quãdo ad prælia uẽtum ẽ
Vt quõdã instipulis magnis sine uirib9 ignis
Incassum furit ergo animos æuumq; notabis
Præcipue: hinc alias artes prolemq; parãtum.
Et quis cuique dolor uicto. q̃ gloria palmæ.
Nonne uides quũ præcipiti certamine cãpũ.
Corripuere. ruũtque effusi carcere currus:
Quũ spes arrectæ iuuenũ exultãtiaq; haurit.
Corda pauor pulsans: illi instãt uerbere torto.
Et proni dant lora: uolat ui feruidus axis
Iamque hũiles iamque elati sublime uidẽtur
Aera per uacuũ ferri atque assurgere ĩ auras.
Nec mota nec reqes. at fuluæ nimbis arenæ.
Tollitur humescũt spumis flatuq; sequentũ:
Tãtus amor laudũ. tantæ est uictoria curæ

cturam.alii ad admissuram.alii ad cursuram:alii ad prædam.itaq; non item sunt spectandi atq; habendi. hinc peritus belli alios eligit atq; alit ac docet.alios quadrigarius &c.plura Var.li.ii.c.vii. Prolemq; parentum Varro prædicto loco sic ait De stirpe magis itereſt qua sint.q; genera sunt multa.itaq; ad hoc nobiles ab regionibus dicuntur.in græcia Thessalici equi a terra apuli ab Rosea Roseani. Quæ gloria palmæ.ut cursu certás æquales superare conetur &c. Carcere.repagulis. Currus quadrigæ. Exultantia.salientia trementiaque Haurit.eleuat ferit. Instaut.imminent equis. Verbere.scutica. Lora.habenas. Vi.uiolentia. Nimbis.nubes.

CHRI. Dolor.Nam lachrymas uictos emittere::& uictores lœtitiam ostendere dixerunt. Cum spes arrectæ Ecbasis ornandi loci causa. Instant.nunquam cessant ab opere. Torto.nam ex crebro motu contorqntur.& inflectuntur lora. Ruunt effusi.pinxit illorum celeritatem. Itaque humiles.Tota hæc cursus descriptio picturæ q̃ scripturæ similior est. Ipsæ etiam concisæ breuesq; clausulæ faciũt:ut celeritas narrantis expressus demonstret celeritatẽ currẽtium. Iã humiles.iam elati.Quia saltu rem peragunt:ut propter eorum leuitatẽ per aerem potiusq̃ per terrã ferri uideantur. Tãtus amor laudum.Iccirco accelerant:quia uictoriæ cupidissimi sunt. Pelethroni:frenos ac strata equorum primi inueneruat.

SER. Primus ericthiõius.Vulcanus imperato a Ioue Mineruæ coniugio.illa reluctante effectũ libidinis proiecit in terram.inde natus ẽ puer draconteis pedibus:q appellatus est Ericthonius:quasi de terra & lite procreatus.Nam ἐρίσ χθών terra. Hic ad tegẽda pedum fœditatem iunctis equis usus ẽ curru quo tegeret sui corporis turpitudinẽ. Rapidus. Velox. Victor.propositi sui effector. Frena pelethronii.peletronium opidũ est Thessaliæ.ubi primum domandoꝝ equoꝝ usus inuẽtus est. nam cũ qdam Thessalus rex bobus oestro exagitatis satellites suos ad eas reuocãdos ire iussisset.illiq; cursu nõ sufficerẽt:ascẽderũt equos:& eoꝝ uelocitate boues secuti eos stimulus ad recta reuocarũt.sed hi nisi aut cum irent uelociter.aut cũ eorum equi circa flumẽ peneon potarent.capitibus inclinatis locum fabulæ dederũt:ut cẽtauri esse crederentur:qui dicti sunt cẽtari ἀπο τοῦ κέντ ἐν τοῦσ ταύροῦσ Alii dicũt cẽtauroꝝ fabulã eẽ cõfictã ad exprimendã humãæ uitæ uelocitatẽ qa equũ cõstat eẽ uelocissimũ Bene aũt ait pelethronii.qa sunt & alii lapythæ. Eqtem docuere.i.equũ ná pro equo rectorẽ posuit. Gressus glomerare superbos.Vt cũ disciplina incẽderet.Quãuis sæpe fuga:Ordo est.Quãuis sæpe uictor fuerit:quãuis nobili genere procreatus.tñ a magistris ætas ẽ magnanimitasq; requirenda quæ si nõ fuerit:illa nihil.prosunt. Neptunniq; ipsa deducat origine gentẽ idest si sit procreatus ab equo neptunni:qui editus est tridentis percussione.

Primꝰ ericthonius currus & quattuor ausus
Iũgere equos.rapidisque rotis insistere uictor:
Fræna peletronii lapithæ gyrosque dedere
Impositi dorsõ atq; equitẽ docuere sub armis
Insultare solo:& gressus glomerare superbos.
Aequꝰ uterq; labor æque iuuenẽque magistri
Exquirũt.calidũq; amnis & crusibꝰ acrem:
Quãuis sæpe fuga uersos ille egerit hostes
Et patriã epirũ referat:fortisq; mycenas.
Neptũnique ipsa deducat origine gentem

peletrõium

Erictho nius

ANT.M. Ericthonius.fuit is Vulcani & Terræ filius qui primus dicit quadrigis usus quo decentius celaret pedes suos anguineos.Probus auctor.Et Pli.li.vii.inqt q̃ bigas primũ iunxit phrygũ natio.quadrigas Ericthonius. Eusebius item si ait.Ericthonius primus quadrigas iunxit in græcia erat quippe apud alias nationes id aũt fuit Danao regnãte Argis. Fræna peletronii:impositi dorso.& insultat solo.carmina sunt.Ennii i alexandro:ut docet Mac.li.v.Frænos aũt & strata equoꝝ peletroniũ fueniſſe scribũt.pugnare ex equo Thessalos q cẽtauri appellati sunt hĩtãtes scdm peliũ mõtẽ ut scri.Pli.li.vii.Et probus ait pletrõiũ subiectũ eẽ pelio mõti

peletrõi

Peletronii lapithæ.i.ex peletronio oriũdi fræna iuenere:hẽbant.n. lapithæ plura oppida in ipsa Thessalia.

Equitẽ.i.equũ portãtẽ hoiem.oẽs.n.antiq̃ scriptores ut hoiem equo issidẽtẽ ita & equũ quũ portaret hoiem eqtẽ uocauerũt:& eqtare nõ hoiem tm̃ se equũ quoq; dixerũt:auctor ẽ Mac.li.vi.in fine. Vterq; labor.s.docere equũ saltus & ĩgressus põt ét p Epexegesim legi ut dicat q̃.i.æq; magistri exqrũt iuuenẽ equũ & calidum

eques equitare

ais & cursibus acrẽ. Quãuis.sẽsus ẽ eligẽdũ eẽ equũ iuuenẽ calidũq; ais & cursibus acrẽ:q̃uis sæpe cursu uictor aliorũ fuerit:q̃uis optimã patriã referat:& optimã stirpẽ. Egerit.fugauerit. Epiꝝ de epiro latius li.i.g. palmas epiros equaꝝ. Fortisq; my.ad agamẽnona respexit q græcoꝝ ductor exercitus Troiã deleuit.uñ alibi ait:Agamẽoniasq; mycena.Præterea docet Stra.li.viii.q̃ argos a ptimordio magis ac magis extitit potẽtia p̃mariũ subinde.Mycenæ ãpliora susceperũt ĩcremẽta:pp cõmigrãtes in illas Pelopidas.nã cũ oẽs ad Atrei filios cõsisterẽt.Agamẽnon natu grãdior regnũ adeptus duce uirtute ac pariter fortuna comitte regiõis paternam possessionẽ ãpliauit:& Mycenæo Laconicũ adiecit ĩperiũ ueꝝ Menelaus lacõicæ regimẽ tenuit.at Agamẽnon Mycenaꝝ usq; Corynthũ ac Scyonẽ & ionũ & agialeoꝝ fic.n.ea uocabant ætate:cũ posterius achei dicti sint regnũ susceperit.Hæc &plura Stra. Neptũni origine.neptũnus cereri quũ uim afferre uelet:ea se in equã uertit.neptũnus uero eã ita cõpressit:unde generosi equi proditi esse dicunt auctor Probus.nos autem latius de neptuni equis libro primo georgicorum ibi scilicet Tuq; o cui prima fremẽtem &c.

Menelaus neptũni equus

CHRI. Ericthonius.Augustinus in libro de ciuitate dei ait:hũc puerũ athenis in Vulcani Mineruæq; tẽplo ad inuẽtu serpẽte ĩplicatũ.& qa sibi regnũ portẽdebat diligẽter enutritũ.horũq; deorã filiũ cũ parẽtes ignorarent iudicatũ.Idẽ Augustinus refert.hic ut placaret iratũ apollinẽ q̃ eius tẽplũ a Danao rege incensum fuerat: nec græci id ꝓhibuerãt:& propterea,sterilitate regionẽ oppressserat:ludos musicos eidẽ apollini instituit.Itidẽq; Mineruæ ubi uictores oleo donabãt Plini.autem scribit Ericthoniũ q̃drigas inueniſſe.Item argentum atheni

His aĩaduersis ínstant sub temp9 & omnis
Impendũt curas: denso distendere pingui
Quem legere duce. & pecori dixere maritũ.
Florentisq; secant herbas fluuiosq; ministrãt.
Farraq; ne blando nequeat supereſſe labori:
Inualidiq; patrũ referant ieiunia nati:
Ipſa aũt macie tenuant armenta uolentes:
Atq; ubi concubit9 primos iã nota uoluptas
Sollicitat: frondesq; negãt: & fontibus arcẽt.
Sæpe etiam cursu quatiũt: & sole fatigant.
Quũ grauiter tonsis gẽit area frugib9: & quũ
Surgentem ad zephyrũ paleæ iactant' ianes.
Hoc faciũt nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali aruo. & sulcos oblimet ĩertes
Sed rapiat sitiens uenerem: ĩteriusq; recõdat.
Rursus cura patrũ cadere & succedere matrũ
Incipit: exactis grauidæ quũ mensib9 errant
Nõ illas grauibus qsq; iuga ducere plaustris.
Non saltu superare uiam sit passus. & acri
Carpere prata fuga: fluuioresq; ĩnare rapaces
Saltib9 in uacuis pascãt: & plena secũdũ
Flũina musc9 ubi: & uiridissima gramie ripa
Spelũcæq; tegant: & saxea procubet umbra.

ANT. Tristi. amara. De Amurca latius supra. Spumas argenti spuma distat a scoria: quo potest spuma a fece distare. alterum purgantis se materiæ: alterum purgatæ uitium est. Spumæ uis est siccare mollire: refrigerare temperare: purgare explere: hulcerum tumores lenire: Plinius libro trigesimotertio capi. quarto. Sulphura uiua. Sulphuris genera sunt quattuor. uiuo solo ex omnibus generibus medici utuntur. Viuum effoditur translucetque & uiret: Plinius libro tregesimoquinto. Diascorides uero ait: q̃ uiuũ sulphur tale est: quale a terra producitur. Sulphur autem extinctum seu mortuum est: qđ artificiose paratur: & in calamis ferreis funditur Quando uiuum sulphur miscet cũ terebinthina: curat scabiem & ægritudinem cum qua elevatur cutis. Idæasq; pices. Circa Idam in Troade plurimæ sunt ut scribit Plinius Picis autem duo genera spissum: liquidũq;. Spissarum utilissima medicinæ est Brutia quoniam pinguissima & resinosissima: utraq; præbet utilitatẽ: sed magis rutila q̃ cæteræ. Picis natura excalefacit: explet: ad scabiem pecorum præcipuum remedium. Idem libro uigesimoquarto. Vnguine. uiscositate quadam. Cæras. Cæra in medio est æqualiter calefacientium & infrigidantium & humectantium: & siccantium auctore Galeno. Scyllamque. Scyllarum in medicina alba ẽ quæ masculus. fœminæ uigræ. Scylla quæ candidissima fuerit: utilissima erit. discutitfursures capitis: & hulcera manantia: illita ex oleo cocta. Pythagoras scyllam in limine quoque ianuæ suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit. Plinius libro uigesimo capi. uigesimonono. Elleborosq; graues. Elleborori duo prima genera: candidum: & nigrum. Nigro equi: boues sues necantur. itaq; cauent id. cum candido uescantur. Album non facile colligitur caput enim aggrauat maxime: nisi præsumatur allium. & subinde uinum sorbeatur: celeriterq; fodiatur. Nigrum purgat per inferna: candidum uomitione causasq; morborum extrahit. quomodam terribile postea tam promiscuum ut plerique studiorum gratia: ad prouidenda acrius quæ cõmentabantur: sæpius sumptitauerint. Italia Veratrum uocat. Nigrum scabiem quadrupedum cum ture & cæra uel pice sanat: Plinius libro uigesimoquinto capi. decimosecundo. Graues: aggrauant enim maxime caput. Potest etiam exponi noxios: propter eorum naturam & uires. Nigrum bitumen. de hoc latissime uide te ægloga. octaua. Magis præsens ideſt prestantior. Ferro rescindere. referandum est hulcus & medicamẽtis curandum. Hulceris os: hulcus traxit aspirationem ab græco. illi enim helcos dicunt. Est autem hulcus tecta & clausa malignitas. Vulnus uero hiatus patens Marcellus auctor. Tegendo. dum tegitur. Deos omnia poscens. Dei facientes adiuuant inquit Varro libro primo de re rust. Et Salustius in Catilinario ait: Non uotis: neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur. uigilando agendo: bene consulendo. prospera omnia cedunt. Vbi secordiæ atque ignauiæ te tradideris nequicquam deos implores. irati infestique sunt.

quatuor genera sulphuris

duo gña picis

duo gña ellebori

Febris

Febris. dicitur febris a feruitate morbi uel mali. ut scribit Nonius. Est autem febris genus morbi in toto corpore. de cuius generibus late celsus libro tertio. Incensos æstus. febris feruores. Ima ferire pedis febricitantibus ouibus de talo. uel inter duas ungulas sanguinem mitti oportet. Nos etiam sub oculis & de auribus sanguinem detrahimus. Verba sunt Columellæ libro octauo.

CHR. Tristi. amara. Amurca ẽ humor in oliuis admixtus aquæ qui dum teruntur ante oleũ effluit: quæ coq solet ad mellis spissitudinẽ: & sic uetustatẽ accipit. Nam fex est illa quæ postrema residet. amurca decocta in uase æneo & mixta aceto aut uino: aut ouo & melle confert doloribus dentium & apostematibus & miscetur in medicinis oculorum. Clistere ex illo confert ano apostemato & callo matricis. Mixta cum cameleonta & cum aqua in qua dulcorati sunt lupini sanat scabiẽ quadrupedũ. Noua uero & sine decoctione sedat doloreẽ podagræ. Illiniẽ corio & extẽdit̃ super uentrẽ ad minuẽdũ tumorẽ hydropici. De scylla elleboro & bitumine dictum ẽ. Tegẽdo. dũ tegit̃. Et meliora deos. Moralis locus quo ostẽdit diuinũ auxiliũ nõ pigris desidibusq; sed prouidis & industriis prouenire nõ. n. negat nõ esse auxiliũ a diis poscendum: sed non esse in socordia sperandum. Sedet. quasi penitus cessat. Omnia poscens. Ná quæ nobis ipsi præstare nostra opera possumus: ea adiis non sunt petenda: sed ea quæ nostras uires excedunt.

amurca

Fex

Cõn Apostema x

Biſaltæ quo more ſolent acerq; gelonus:
Quum fugit in rhodopen atq; ſ deſerta getarꝝ
Et lac concretū cum ſanguine potat equino.
Quā procul aut molli ſuccedere ſæpius ūbra
Videris: aut ſūmas carpentē ignauius herbas
Extremāq; ſequi: aut medio procūbere cāpo
Paſcentem: & ſeræ ſolam decedere nocti.
Continuo culpam ferro compaſce: priuſq;
Dira per incautum ſerpant contagia uulgus
Nō tā creber agens hyemē ruit æquore turbo
Quā multæ pecudū peſtes. nec ſingula morbi
Corpora corripiunt. ſed tota æſtiua repente
Spēq; gregēq; ſimul cūctāque ab origine gētē
Tum ſciat aerias alpes & norica ſiquis
Caſtella in tumulis & iapidis arua timaui:
Nūc quoque poſt tāto uideat deſertaq; regna
Paſtorū: & longe ſaltus lateq; uacātes

SER. Biſaltæ .populi Scythaꝝ: qui fugientes equo rū ſanguine alunt lacte permixto. Cū fugit. uel re uera fugit: uel pergit celeriter. Carpente. i. h. Negli gētius & ſine auiditate. Culpam ferro compeſce atq; habere morbum culpæ nō eſt: ſed hoc dicit oc cidendo eā tuā culpā cōpeſce. i. uita crimen in quod potes incidere: ſi dū uni parcis fuerit totus grex ei⁄ us cōtagione corruptus. Incautū uulgus. qd ſe mor boſi pecoris contagione abſtinere nō nouit. Tota æſtiua. loca poſuit ꝓ animalibus. Aeſtiua autē ſunt loca umbroſa: in quibus per æſtatē pecora uitant ſo lis calorē. Statius Vmbroſi patuere æſtiua lycei. Biſaltæ

Spēq; gregēq; .i. agnos pariter cūmatribus Aeri⁄ as alpes. Senſus hic eſt. Siquis eſt q ſciat iſta loca q̄ lia tunc fuerunt cū pecoribus erant referta: nūc quo⁄ q; ea uacantia uideat licet plurimū a peſtilētia fluxe rit tempus. Hic quondā morbum. Deſcribit peſtilē tiam Venetiæ: Galliæ. Illyrici. Nam quoddam tem pore cum Nilus plus æquo excreuiſſet: & diu per⁄ manſiſſet in campis: & aqua fluminis & calore ꝓ⁄ uinciæ diuerſa & plurima ī limo animalia ſūt creꝛa ta quæ recedēte in alueos ſuos Nilo & integra: & quæ ſemiplena fuerant putrefacta ſunt exinde cor rupto aere nata peſtilentia eſt: quam auſter flans pri mo ex ægypto ad Atticam ꝓuinciam pepulit: mox inde in tractum Venetiæ: & Illyrici uſquequaque uerſum uniuerſa uaſtauit. Hanc autem peſtilen⁄ tiam ordine q̄uo diximus pleniſſime Lucretius executus eſt. Noricū

Aerias alpes: ideſt galliam. Et dicendo aerias iapidia uerbum expreſſit de uerbo: nam gallorum lingua alti montes alpes uocantur. Norica ſiquis. Noricum pars Illyrici. Et iapidis ideſt uenetiam. Nam iapidia pars eſt Venetiæ ab iapido oppido dicta: Salu. Pri⁄ mam modo iapidiam ingreſſus. Huius eſt fluuius Timauus: unde male: quidam iapygis legunt: cum iapy⁄ gia ſit apulia.

ANTO. MAN. Biſaltæ .libera genus Biſaltæ in Macedonia ut ſcribit Plinius libro quarto capi. decimo primo. Gelonus .de Gelonis nideto libro ſecundo georgicorum. ibi. Pictoſque gelonos. Rhodopen: de hoc monte iam ſuperius. Atque .legitur & aut. Deſerta getarum. Getas græci Thraces opinati ſunt: qui quidem utrunque Iſtri latus incolebant .getæ ad pontum in orientem uergunt. interque mare ponticum ab Iſtro ad Tyram flumen: getarum ſolitudo periacet plana tota & aquarum indiga: Strabo libro ſeptimo. getæ

Contagia. uideto in Tityro. Ferro. quo ſcilicet imam pedis uenam ferias. Hyemem: grandinem in⁄ telligit. Turbo .dicitur turbo uentus: qui repentinis flabris proſilit: atque uniuerſa perturbat. Vortex il⁄ le eſt: quum torquerur humus arida: & ab in fimo erigitur ad ſummum auctor Apuleius in libro de mondo. Meminit & Plinius libro ſecundo capi. quinquageſimo. Aeſtiua .loca dicuntur umbroſa: ubi & pecora & milites ſolis ardorem uitant. Suetonius in Auguſto: Reliquas in hiberna & æſtiua circa finitima oppida di mittere aſſuerat: Reliquas autem cohortes ſupple. Spemque: agnos & agnas & fœturam ipſam. Tum: præ terea. Tum ſciat: huius peſtilentiæ color totus & liniamenta fere omnia tracta ſunt de deſcriptione peſtilen tiæ eſt libro ſexto Lucretii. deſcribit etiam Manilius libro primo ſed Ouidius libro ſexto met. latiſſime.

Alpes. montes ſunt altiſſimi: qui Italiam ab germania ſubmouent: teſte Plinio libro tertio. Norica caſtel la. Norici incolæ ſunt Alpium. quomodam Tauriſci appellati. iis contermini Rheti: & Vindelici: omnes in multas ciuitates diuiſi. Idem libro tertio. Iapidis timaui. iapide populi: & Timauus amnis in Venetia regio ne Italiæ ſunt: ut ſcribit idem libro tertio. De Timauo autem latius ægloga octaua. Strabo præterea libro ſex ptimo ſcribit quod iapides in Albio monte ſiti ſunt: qui Alpibus poſterior eſt: excelſo admodum. hinc qui dem ad Pannonios: Iſtrumque pertinentes. hinc autem ad adriaticum mare: pugnaces quidem: cæterum ab Auguſto cæſare tandem expugnati ad unum. ſecundum iapides in liburnos eſt nauigatio. Poſt tanto .tempo re ſcilicet. Eſt autem ſenſus: ꝙ tanta peſtilentia fuit: ut ſiquis uideret illa loca nūc quoq; deſerta aſpiceret: quā uis iamdiu id fuerit & cætera. Norici timauus

CHRISTO. Biſaltæ populi in Thracia ſunt. Geloni. Tartari dicuntur: quos corrupto uoca⁄ bulo tartaros dicimus. Hi ſoluunt uena equorum & ſanguinem admiſcent lacti & inde bibunt. Tota æſtiua. Aeſtiua appellant loca montana & frigidiora in quibus pecora a caloribus defenduntur ut hyeme in locis maritimis & apricis defenduntur. a frigoribus: & hæc hiberna dicuntur. Quæ uocabula etiam mili⁄ tibus tribuimus. Regna paſtorum. Ambitione dixit optima paſcua. Norica. tractus ille uniuerſus qui a rheno uſque ad ea loca quæ Varonæ & Como imminent Rhetos continet Cuius nationis Lepuntii: Camu li. Vindelici: ac Norici ſunt Timaui. de quo dicemus in æneide. Biſaltæ æſtiua, Hiberna

SER. Miserãda tẽpestas .pessima inferens rẽ dignã miseratione. Totoq; autũni incaduit æstas. Exarsit pria pte autũni: q̃ semp graue efficit pestilẽtiã. Vt aũt autũnus abũdet morbis facit cõfine frigoris & caloris: quod licet etiã uernũ tempus habeat: caret tamẽ morbo. quia tunc corpora præcedenti durata sunt frigore: quæ autunnus corrumpit laxiora inueniens post æstatis calorem. Corrupitq; lacus infecit pabula tabo. ordinẽ secutus est: quẽ & Lucanus tenuit & Salustius. primo aerẽ: ide aquã: post pabula eẽ corrupta. Nec uia mortis erat simplex nec moriebant ex usu. i. secũdũ naturalẽ ordinẽ: nõ tantũ fuga animæ sed etiã corporis resolutione. Est ãt Salustius qui ait. Nec simplici quidem morte moriebant. Omnibus & acta sitis: Feruidus calor ab eo quod præcedit id quod sequit. Fluuidus liquor humor sordidus. Ossa etiã ossa: & per hyperbolẽ totũ hoiem significat. In honore deũ. i sacrificiis ut haud eqdẽ tali me dignior honore. Lanea. i. uicti/ma nã nõ stat uersus si lanea uita dixeris. Mactauerat aũ sacerdos. Eius. s. mortẽ præueniẽs. Neq; ĩpositis ardent altaria fibris. Quia ut dicit Pli. Morbosa caro nõ coquit. Nec responsa põt cõsultus reddere uates. Colligi. n. nisi ex sana uictima futura nõ possunt. Suppositi. sic & in sexto supponũt alii cultros. Dicẽdo autẽ suppositi feriendi genus ostendit. Nã interdũ ab iferiore parte: interdum desuper feriebantur. Sũmaq; ie. i. i. ha. Signatus usus ẽ uerbis nimiũq; libratis. Vulgo. Vbiq; passim & caeteratim. Lætis aũt herbis ideo ne eos fame perisse putaremus. Canibus blandis. Etiã blandis canibus ex pestilẽtia rabies nascitur. Quatit ægros tussis Proprie: nã tussis cõmouet corpora. Faucibus obesis. Tumẽtibꝰ. Angit. bñ agit angit. Nõ angĩa dicit porcoꝝ morboꝝ. q̃ occupat fauces. Pla. Vellẽ me in anginã uerti ut huic aniculæ fauces præoccuparem. AN. Morbo cœli. aeris corruptiõe: q̃ postea aut ĩ aq̃s cadit: aut fruges pscedit ĩ ipas aut alios hoĩs pastoq; pecudũq; cibatus: Aut ẽt susp̃sa manet uis aere in ipso: Et quũ spirãtes mixtas hĩc ducimus auras: illa quoq; ĩ corpus pariter sorbere necesse ẽ. Lucr. li. vi. tẽpestas pestilẽtia. Incãduit. ferbuit. Autũni æstu. tũc enĩ magis corpa lãgore afficiũt aere ñ certo: ut ẽt Oui. ĩ arte oñdit. Tabo: corruptiõe. Lanea ifula. fascia in modũ diadematis: a qua uittæ ab utraq; pte pendent. de hac li. iiii de ponto legit: Ambiat ut fuluas ĩfula lõgo comas. Aut siquã. legit itẽ At siquã. Neq; ardẽt. pp corruptionem id erat. Fibris: uideto li. i. g.

Hic quõdã morbo cœli miserãda cohorta est
Tempestas totoq; autumni incãduit æstu.
Et genus omne neci pecudũ dedit: oẽ ferarũ:
Corrupitq; lacus: infecit pabula tabo.
Nec uia mortis erat simplex: sed ubi ignea uẽis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus
Rursus abundabat fluuidus liquor: oĩaq; ĩ se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
Sæpe ĩ honore deũ medio stans hostia ad arã
Lanea dũ niuea circundatur infula uicta
Inter cunctantes cecidit moribũda ministros:
Aut siquam ferro mactauerat ante sacerdos:
Inde neq; impositis ardent altaria fibris.
Nec respõsa potest cõsultus reddere uates.
Ac uix suppositi tinguntur sanguine cultri
Sũmaq; leiuna sanie infuscatur harena,
Hinc lætis uituli uulgo moriuntur ĩ herbis.
Et dulcis animas plena ad præsepia reddũt.
Hic canibꝰ blãdis rabies uenit: & q̃tit ægros
Tussis anhela sues: ac faucibus angit obesis.

Lætis herbis ĩnuit non penuria cibatus id fuisse. Angit. strangulat: unde & faucium dolor Angina uocatur: ut scribit Festus eo autem morbo sues maxime cruciantur ut aiunt.

CHR. Aestu autũni. Quia humores cõtracti ĩ æstate tũc rebelliunt & corrupti: pestiferos lætalesq; morbos excitant. Pestis enĩ nõ nunq̃ æstate desinit: sæpius tamẽ ĩ hyeme: ĩ uere raro: ĩ autũno pene nunq̃. Pecudũ. Núc potia est q; desiccato succo naturali in summã maciẽ iã arefacta contrahebant. Mox putrescẽte toto corpore uniuersa mẽbra quæ arida exsiccataq; restabãt simul atq; etiã ossa liquescebãt & tabita fluebãt. Sæpe in. h. de. Lopõt. qa corrupta erãt exta ac fibræ: Rabies. Et pestilẽtia oriẽ. Rabies. quã necanes uexet mandat Columella ut pani quo uescunt gallinaceus fimus admisceat. Tussis anhela sues Nã hic morbus illis domesticus ẽ. Sues. antiquoꝝ puerbiũ fuit. Ignauũ & sumptuosũ eũ eẽ qui succidiã incarnario suspenderit potius e lanario q̃ ex domestico fundo. Sues: ut ait Varro: Auertant a facie & progenie & regione cœli. Si formosi sũt uerres & scrofa: si multos. pariunt: si in eo loco ampli sunt an exiles. Parari enim sic solent. Illasce sues sanas esse habere recte licere: noxisque pt æstare: neque de pecore morboso esse. Spondes ne. Quattuor menses fœtum fert. Volutabrum illis requies ut lauatio homini. Sus græce dicitur. ὗς olim ὀύτης ab eo quod est ὀύειν. idest ĩmolare. A suillo enim pecore imolandi initium sumptum uidetur. Vestigia sunt quod initiis Cereris porci ĩmolantur. Initiis pacis fœdus cum feritur porcus occiditur. Nuptiarum initio antiqui reges & sublimes uiri in Etruria in coniunctione nuptiarum noua nupta & maritus porcum ĩmolabant idem prisci latini & græci ĩ Italia facitarũt. Nostræ mulieres & maxime nutrices naturã qua fœminæ sunt in uirginibus appellãt porcũ & græci χοίρον significãtes esse dignũ insigne nuptiarum. Suillũ pecus donatũ a natura dicũt ad epuladũ: & iis aĩam datã pro sale ut carnes conseruentur. Ex iis succidias magnas ac optimas galli facere cõsueuerunt. Signũ est quod etiã nunc quot annis e Gallia apportantur Romam pernæ: tomacinæ: tamacæ & petasones. in Arcadia teste Varrone Sus fuit adeo pinguis ut cõsurgere nõ posset. Vt mus in eius corpore exesa cute nidum fecisset & mures pe/

petisset. Vna quæq; scrofa sua hara suos alat porculos. Nã inter se dentibus sauciant. In haris hostiũ ponat & limen inferius altũ palmipedale ne porci ex hara cũ matrem sequuntur transilire possint: Porci alacte depulsi a quibusdã delicæ uocantur: neq; iam lactentes dicuntur: qui a partu decimo die habentur puri: & ab eo appellantur ab antiquis sacres: q; tũ ad sacrificiũ primũ idonei dicuntur. Plautus in menechinis: eum insanum qui putat ut pietur in oppido Epidamno interrogat quanti hic porci sunt sacres. Si fundus ministrat dãdi sunt uinacei ac scapi exuuis. Amisso nomine lactantis dicuntur nefrendes q; nondum fabam frendere. i frangere possint. Porcus græcũ nomen est antiquum: sed obscuratũ: quẽ nũc Χοιρον dicunt. Tot parere oportet quot mãmas habet. si pauciores non est fructuaria: si plures portentẽ est. In quo illud est quod sus æneæ. lauini. xxx. peperit. Nam portendit factum trigesimum annum ut lauinenses condiderint Albam. Verres anniculi castrantur: nec minores q̃ semestres. Castrati non uerres sed maiales dicũt. Angit. Hic angina dicit q morbo ẽ gulæ. Porcus. Verres maiales

Labitur infœlix studioq; atq; imemor herbæ
Victor equus. fontisq; auertit: & pede terrã
Crebra ferit: demissæ aures: incertus ibidem
Sudor: & ille quidẽ moriturus frigidus aret.
Pellis: & ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu cœpit crudescere morbus:
Tũ uero ardentes oculi: atq; attract9 ab alto
Spiritus interdũ gemitu grauis: imaq; lõgo
Ilia singultu tendunt. it naribus ater.
Sanguis & obsessas fauces premit aspa lingua
Profuit inserto latices infundere cornu
Lenæos. ea uisa salus morientibus una.
Mox erat hoc ipsum exitio: furiisq; refecti
Ardebant: ipsiq; suos iam morte sub ægra
(Dii meliora piis: erroremq; hostibus illũ)
Discissos nudis laniabãt dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub uomere taurus
Concidit: & mixtũ spumis uomit ore cruorẽ
Extremosq; ciet gemitus. it tristis arator
Mœrentẽ abiungens fraterna morte iuuẽcũ
Atq; operæ in medio defixa reliquit aratra:
Nõ umbræ altorũ nemorũ: nõ mollia possũt:
Prata mouere animũ: nõ qui per saxa uolut9
Purior electro campũ petit amnis. at ima
Soluũt latera. atq; oculos stupor urget inertes

SER. Crebra fibris. Crebro nomen p aduerbio. Incertus sudor. irrationabilis: sine labore cuius cã non apparet. Morituris frigidis aret. frigidus sudor mortis futuræ signũ est. Et morituris frigidus pleonasmos est. Pellis dura resisti. Rigida est. nec cohæret digitis. Cœperit crudescere morbus: Validior fieri: ut Deiecta crudescit pugna camilla. Et dat signa morbi ualidioris. Obsessas clausas: Aspera lingua scilicet ex nimia siccitate. Profuit inserto latices. Non semp profuit: sed aliquãdo. Nã hoc solũ est. quod aut morbo liberat: aut cõmouet ĩ furorẽ. Mox erat hoc ipsum. Quod saluti eẽ putabat. Et hoc est quod paulo post dicturus ẽ: Quæsitæq; nocẽt antes. Furusq; refec. Quia lãguentia corpora in uires quodãmodũ excitat furor. & facit ea in exitiũ cõualescere. Dii meliora piis. Per parenthesim ĩ execrationẽ hostiũ hãc torqt ĩsaniã. Fumãs sub mouere taurus. Per hoc oñdit ẽt fortes tauros repẽte morbo concidere. Nemo. n pestilẽtem ad aratra ducit iuuẽcũ. Extremosq; ciet gemitus. Vltimũ hoc gemit. Sane & ciet modo dat: significat sicut ĩ tertio de andromache: Lachrymasq; ciebat. Cũcire ꝓprie sit alteri aliqd cõmouere. It tristis arat. Morte iuuẽci tristẽ dicit agricolã. Fraterna morte Cõsortis interitu. Et ex affectu dictũ est rustici. Mouere animũ. In sui desiderium illicere. Purior electro campũ petit amnis. Nã sicut electrũ defæcatio est metallis oĩbus: ita & currens aq̃ cæteris purior. ANT. Auertitur. refugit. Crebra. pro crebro. Cũcient

Cruescere. magis crudus ac durus fieri. Prosuit. alias scilicet. tunc uero exitio erat. Inserto. ori immisso. Lenæos latices. uinum. De Lenæo uideto libro secundo georgicorũ. Dii meliora. totum carmen parenthesin habet. Abiungens. separans. Reliquit. legitur & relinquit. Electro. Omni auro inest argentum uario ponderealibi dena: alibi nona alibi octaua parte. ubicũq; qnta argẽti portio ẽ: Electrũ uocat. Electri natura est lucernaꝝ lumia clarius argẽto splendere: qđ est natiuum: & uenena deprehendit. nãq; discurrũt ĩ calicibus arquus cælestibus similes cum igneo stridore. Plinius libro. xxxiii. c. v. Videto plura in Buc. Inertes. immobiles. Electrũ

CHR. Studioꝝ. i. cupiditatũ erga uictoriã. Studiũ ẽ ꝓpe ĩ hoie uehemẽs applicatio aĩ ad aliqd. pagẽdũ. Equos ãt uehemẽter uictoriã & ĩ bello & ĩ cursu appetere uidimus. Vñ uictos lachrymis mœrorẽ oñdere grauissimis auctores tradidere. Attactus ab alto. difficultas spiritus triplicẽ ponit speciẽ Cornelius celsus. nã dũ modica difficultas est: neq; ex toto strangulat dyspnoea dicit: cũ uehemẽtior ẽ ut spirare æger sine sono & hanelatione nõ possit Asma: cũ postremo accessit id quoq; ne nisi recta ceruice spiritus nõ attrahet orthopnea uocat. Inserto cornu. ĩmisso cornu. Nã intra os ĩmitebãt cornu: ut p illud tãq̃ p fistulã ifuderẽt uinũ ĩ gulã: quod sua spõte absorbere nollẽt. Furiisq; refecti ardebãt. i. recreatis uiribo ex uino ĩ maiores furias cõcitabãt. Ecce ãt: rẽ subito exiprouisãq; fieri ex hac dictiõe oñdũt. g̃ subitaneã mortẽ describit: ut maior morbi uis appareat: maiorq; cõmiseratio cõciteť: quã absoluit ab oĩbus partibus. Prĩo a sæuitia morbi. deide ab eo quod ẽ præter spem: cũ antes quæsitæ noceãt: & quod ĩ eũ furorẽ ruerẽt: ut suis se dentibus laniarẽt: quod ex morte iuuenci opus ĩperfectum relinqueretur. Quod omni oblectatione nemorum ac aquarum ui morbi priuarent. moriebatur ergo subito moriebãt maxio cruciatu: moriebãt sine ullo solatio: nulla eoꝝ culpa & de agricultura benemeriti. Studiũ

SER. Ad terrāq; fluit deuexo pondere ceruix. Luca. Laſſúq; caput ſe ferre recuſat: Quid. l. a. b. i. q. u. terres. Si neutrū mortem repellit: nec corporis exercitiū: nec mētis religio. Nā ſi generalis eſt ſententia ſecundū epicureos cōtra religionē eſt. Si āt ad bouē tantū refert: hoc dicit: Quid ei pdeſt labore ſuo aluiſſe mortales: Atq; nō maſſ. Bacchi munera. Vina pretioſa a maſſico mōte Cāpaniæ. Et p trāſitū tāgit illa quæ dicūt phyſici morbos uenire ex cibi & potus nimietate: uel mutatione: ex nimiis uigiliis: & multa ſollicitudine. Dicit ēt ſine his naſci ægritudinē: Nā in aīalibus cum nihil horum ſit tamē: ægritudines pati cernimus. Epulæ repo. Aut abūdātes: aut uariæ. Simplicis h. propter uaritatē epularū dixit ſimplicis herbæ. Nec ſomnos abrūpit cura.

Vri Ex cura enī nimie uigiliæ ꝓcreantur. Vris ī paribꝫ Bobus agreſtibus. & ipſis iæq̄libus. Nā uri agreſtes boues ſunt: ut diximus ſupra: & hoc poetice dixit. Cæteꝝ ueritas hæc eſt. Cū mos eſſet ſacerdotē Argiuā iunctis bobus ire ad templa lunonis: & ſolenni die boues non inuenirent: peſtilentia enim quæ per Atticam ut diximus tranſierat: uniuerſa conſumpſerat: duo ſacerdotis filii Cleobis & Biton matrem ſubeuntes iugo ad templa duxere. Tunc luno probans eorum religionem obtulit matri id quod uellet poſceret filiis. Illa pia reſponſione: ait ut quod ſciret utile dea mortalibꝫ ipſa præſtaret. Altero itaq; die ſacerdotis filii iuuenes repti ſūt mortui. Ex quo probatum eſt nihil eſſe morte præſtantius: quod Herodotus apud græcos pleniſſime comemorat in prima hiſtoria.

Ad terramq; fluit deuexo pōdere ceruix. Cras
Quid labor? aut bīſcā iuuāt? qd uomere ter
Inuertiſſe graues? atqui non meſſica bacchi
Munera: non illis epulæ nocuere repoſtę.
Frondibꝫ & uictu paſcūt ſimplicis herbæ.
Pocula ſūt fontes liq̄di: atq; exercita curſu
Flumina: nec ſōnos abrūpit cura ſalubres.
Tempore non alio dicūt regionibꝫ illis
Quæſitas ad ſacra boues iunonis & uris
Imparibꝫ ductos alta ad donaria currus.
Ergo ægre raſtris terram rimantur: & ipſis
Vnguibꝫ infodiūt fruges: monteſq; p altos
Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra:

Donaria Donaria autem proprie ſunt loca: in quibus dona reponuntur deorum. Abuſiue autem templa. Nam ita & plurima pro templis ponimus: cum ſint proprie lectuli. qui ſterni in quibuſdam tēplis conſueuerant. Aegre. difficulter. Terram rimantur. In rimas agunt. Vnguibus. Hyperbolice pro manibus.

ANT. M. Quid labor aut benefacta iuuant. Ouid. amorū li. iii. inquit: Scilicet omnē ſacrum mores importuna profanat: Omnibus obſcuras iniicit illa manus. Viue tamen moriere pius cole ſacra: colentem Mors grauis a templis in cana buſta trahet. At qui non maſſica. bacchi munera. Certe inquit non potentia uina illis non epulæ repoſtæ ideſt ſæpius appoſitæ: ac per id copioſæ & uariæ nocuere. uti quidem homnibus accidere ſolet. nam clari fontes & flumina uiua potum præbebant: frondes & herbæ ſimplices pabulum miniſtrabant. Eſt itaq; metaphora ab edacibus & ebriis ſumpta. In peſtilentia enim maxime obeſt edendi luxus: hinc iubent medici eo tempore in eadem menſa diuerſa cibaria eſſe non debere nec edenda eſſe. nam non æqualiter digeruntur: hīc generantur humores mali ægritudines facientes & pernecantes: ut etiam Auicenna tradit. Seneca etiam in epiſtolis inquit: q; ubi ſūt diuerſa cibaria inqnāt: nō alunt. Peſtiſq; tempore ut medici aiunt: uina potentia longe obſunt: dulcia itē & artificialia.

ſomnus Somnos ſalubres. temperatus enī ſomnus: & qui nō ex crapula & ebrietate uenit inſtaurat ſpiritus in uigiliis reſolutos. membra labore feſſa reparat. caloré ſtomacho ſubminiſtrat mentem purgat denique totum corpus ad agenda omnia renouat. Immoderatus uero ſomnus corpus deſiccat & infrigidat ac ſuperfluitatibus replet flegmaticis. Superfluæque uigiliæ caloreq; intendunt: corpus deſiccant. Nec abrumpit. uti etiam hominibus accidit: adhuc enim perſtat in metaphora. Quæſitas ad ſacra boues. Herodotus quinto folio primi uoluminis ſic ait: Cum dies feſtus Junonis apud Argiuos eſſet: oporteretque omnino matrem horum (Cleobis uidelicet & Bitonis) ad templum ferri bobus iunctis. iique boues ex agro eius ad horam præſto non eſſent: tunc iuuenes excluſi tempore: iugum ſubeuntes: plauſtrum pertraxerunt: quo mater uehebatur & quinque ac quadraginta per ſtadia ferentes: ad templum peruenerunt. Quibus cum hæc feciſſēt & ab omni cœtu conſpecti fuiſſent: optimus obtigit uitæ exitus: per quem deus iudicauit: ſatius eſſe homini mori quam uiuere. Nam cum circumſtantes Argiui laudibus tollerent: uiri quidem conſilium filiorum. fœminæ uero eorum matrem: quod talibus filiis prædita eſſet. Mater gaudio perfuſa: tum liberorum facto. tum fama: ante ſimulacrum ſtant: præcata eſt deam: ut Cleobi & bitoni filiis ſuis daret id: quod optimum eſſet homini contingere. poſt hanc precationem ubi ſacrificauerunt: epulatiq; ſunt: quieſcentes in ipſo delubro: nō ſunt amplius excitati: ſed hoc uitæ exitu perfuncti. quorum effigies tanquam uirorum qui optimi extitiſſent argiui factas apud Delphos collocarunt. hæc ille. Cicero uero libro primo tuſc. ſic ait: Primum Argiæ ſacerdotis Cleobis & Biton filii predicantur. Nota fabula eſt: cum enim illam ad ſolēne & ſtatutum ſacrificium curru uehi ius eſſet: ſatis longe ab oppido ad Fanum: mererenturq; iumenta: tunc iuuenes ii: quos modo nominaui: ueſte poſita: corpora oleo perunxerunt: ad iugum acceſſerunt. ita aduecta in fanum: cum currus eſſet ductus a filiis: precata à dea dicitur: ut illis premium daret de pietate: quod maximum homini dari poſſet a deo. poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe: mane inuentos eſſe mortuos. hæc Cicero. Et uris imparibus id poeticum eſt. nam & Herodotus & Cicero oſtenderunt aliter eueniſſe. de Vris autem latius libro ſecundo. g. Donaria templa. intelligit multa enim illic diis donantur. Rimantur. in rimas & ſulcos agūt homines ipſi. Aegre. duriter difficulter.

CHR. Tempore non alio. & hic creſcit commiſeratio cum oſtendunt q̄ maxim a ī cōmoda ſecuta ſit.

SER. Nec gregibus nocturnus. q̃d ait nocturnus figurate rẽ tẽporis ad pſonã: trãſtulit. Obambulat: inſidiatur. Cura. ſ. peſtilẽtiæ. Timidi dãmæ. mutauit gẽus: ut uitaret ομοιοτέλευτον. Nã Horatius ĩ fœminino genere poſuit dicẽdo: Et ſuperiecto pauide natarunt æquore dãmæ. dicẽdo dãmas & ceruos errare cum canibus duo oſtẽdit. & hos timoris: & illos ferocitatis oblitos. Fugiũt. quaſi timentes marinã peſtilentiã. Ipſis eſt aer auibus nõ æquus. Suis quodãmodo quæ alaꝝ uelocitate ſupergredi aerẽ poterãt peſtilentã. Phyllirides chirõ medicinæ inuentor: Saturni & phyllires filius. Amythaõiuſq; melãpus: Amythaõis filius. καθάρτης. i. purgator. Nã proetides ipſe purgauit luſtrationibus q̃s inuenit. & hoc dicit conualeſcente morbo nec medicina prodeſſe nec religionẽ poſſe. Arenteſq; ſonant ripæ. uult peſtilentiã etiã elemẽta ſentire. ſicut ĩ tertio. Arebant herbæ: & uictũ ſeges ægra negabat. nã ſegetem pro terra poſuit. Nã neq; erat coriis uſus Quippe morbo putrefactis. Nec uiſcera quiſq̃: nec lauari nec coqui poterãt. Caro. n corrupta morbo quendã habet mucorẽ: q nõ põt ablui: qñ oẽ corpus poſſidet. Itẽ igni ſuppoſita: aut putreſcit: aut dureſcit: nã nõ coquitur.

Nõ lupus inſidias explorat ouilia circum
Nec gregib9 nocturnus obãbulat. acrior illũ
Cura domat: timidi dãmæ ceruiq; fugaces
Nũc interq; canes & circũ tecta uagantur.
Iã maris ĩmenſi prolem & genus oẽ natãtũ
Littore in extremo ceu naufraga corpa fluct9
Proluit: inſolitæ fugiũt in flũmina phocæ.
Interit & curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera: & attonici ſquamis aſtantibus hydri.
Ipſis eſt aer auib9 non æquus: & illæ.
Pręcipites alta uitam ſub nube relinquũt.
Præterea iam nec mutari pabula refert.
Quæſitæq; nocent artes: ceſſere magiſtri.
Phillyrides chiron amytaoniuſq; melampus:
Sæuit: & in lucem ſtygiis emiſſa tenebris
Pallida tiſiphone morbos agit ante: metũq;:
Inque dies auidũ ſurgens caput altius effert.
Balatu pecoꝝ & crebris mugitib9 amnes
Arenteſque ſonant ripæ: colleſque ſupini:
Iãq; cateruati dat ſtragẽ: atque aggerat ipſis.
In ſtabulis turpi delapſa cadauera tabo:
Donec hũo tegere: ac foueis abſcõdere diſcũt
Nã neque erat coriis uſus nec uiſcera quiſq̃
Aut undis abolere poteſt: aut uincere flãma:
Nec tondere quidem morbo illuuieque peſa
Vellera: nec telas poſſunt attingere putres
Verũ etiã inuiſos ſiquis temptarat amictus

ANTO. MAN. Explorat. exquirit: præmeditatur. Proluit. aſpergit lauat. Obambulat. circumambulat. Fugiunt in flumina. tanquam hæc ſalubriora eſſent. Phocæ. Vituli marini quos uocant phocas: ſpirant ac dormiunt in terra: more pecudum in eadem pariunt: nunquam gemminis plures. educant mammis fœtum. non ante duodecimum diem deducunt in mare. ipſis in ſono mugitus. unde nomen uituli acceperunt. nullumque animal premitur grauiore ſomno. pennis quibus in mari: utuntur: humi quoque uice pedum ſerpunt. Plinius libro nono. Hydri ſerpentes aquatici. hydas enim: hydoſque: & hydor aqua dicitur. Mutari pabula. Columella libro octauo. capi. quinto ſic ait: quod ſi ægrotat uniuerſum pecus: eſt remedium præſens & ſummum pabula mutare: & aquatiões totius regionis. alium quærere ſtatum cœli. Curemuſque ſi ex calore & æſtu conceptа peſtis inuaſit: ut opaca rura. ſi inuaſit frigore ut eligantur aprica. Ceſſere magiſtri. Non eſt in medico ſemper releuetur ut æger. Interdum docta plus ualet arte malum. Ouidius libro primo de ponto. Phillyrides chiron. herbariam & medicamentariam a Chirone Saturni & Phillyræ filio inuentas ſcribit Plinius libro ſeptimo. Et medicinam ab Aegyptiis. Alii per Arabum Babylonis & Apollinis filium. Melampus. is teſte Homero libro decimoquinto Odyſſeæ: fuit Amythaonis filius: patria Argo: qui ut ait mantis fuit: ideſt uates. Vtque Lactantius ſcribit libro tertio. th. Proeti Abantis filii Argiuorum Regis inſanas filias Melampus curauit: herbariæ artis peritiſſimus. latius autem ægloga ſexta. Phocæ. Tyſiphone. Tiſis pœna: ultio punitio dicitur. Phone autem ac phonos cædes uel mors fertur. Alecto inceſſans dici poteſt: Megæra uero a megæro quod eſt odi ac inuideo. eæ tres furiæ dicuntur. Metum. ideſt mortem. Inque dies ideſt quotidie magis. Stragem. corporum proſtrationẽ & ruinam. Cateruatim. multipliciter: congregatim. Tabo: corrupto humore & ſanguine. Abolere: purgare: ita corrupta erant. Illuuie. ſqualore: immundicia: ſorde. Vellera. Varro libro ſecundo capi. ultimo ſcribit: quod lanam demptam ouibus ſcilicet & conglobatam: alii uellera: alii uelumia appellaut. ex quorum uocabulo ait: animaduerti licet: prius lanam uulſuram quam tonſuram inuentam: Q ui etiam uellũt ante triduo ieiunas habent: q̃ languidæ minus ægre radices lanæ retinerent. Omnino tonſores in Italiam primum ueniſſe ex Sicilia dicunt. Olim tonſores non fuiſſe aſſignificant antiquorum ſtatuæ: q̃ pleræq; habent capillum: & barbam magnam. hæc ex Varrone. Attingere telas. puenire ad telas Putres. ſolubiles: uti illud: Et zephyro putris ſe gleba reſoluit. Vnde & Penelope ut Homerus ſcribit: quod interdiu texebat: noctu diſſoluere ſolita eſt. Inuiſos. odioſos malis ſequentibus.

Phocæ

Hydri

tiſiphõe Alecto megæra

CHR. Nõ lupo: magna uis morbi cũ illa cogãt nãq; ſuã dediſcẽ. Nec iã maris ĩmẽſi: nullũ aĩaliũ gẽus ĩmune euaſiſſe uult ab hac peſte. Sed deſcriptio potius poetica ẽ phĩca. Quæſitæ. a. n. maius ẽ q̃ ſi nõ iuuãt. Phylliri

des ex phyllira filius Saturni fuit Chirō. Melāpus q argiui P roeti filius a furore purgauit: Amithaonis filius fuit: & fratrē habuit Biantē. Inq; dies aliud ē indies: aliud indiē. Indies enī quotidie cū incremēto: significat Quapropter aut cū cōparatiuo ponit: aut cū uerbo qđ incremētū significet: Vt magis magisq; in dies: hoīes ad mirabāt. Indiē uero cū dicitur: ita pītia. tpis denotat: ut nulla futuri rō habeat. Vñ est illud more ferarn indiē uiuētes. Nā neq; erat coriis usus. P este corrupta corpora ouina & pelles & lanas corruptas hēt. Quinetiam refert: Aristo. ī eo libro quē de aīalibus scripsit ait pelles & uellera ouiū quas lupus occiderit: & uestes ex iis factas aptiores eē ad pediculos gignendos.

indies
indiem

SER. Papulæ. carbunculi. Immundus s. morbus pedicularis φθειρια. Sacer ignis. quem græci. ἱερα νοσον. uocant.

Ardentes papulæ atq; imundus olētia sudor
Membra sequebat. nec longo deide morāti.
Tempore cōtactos artus sacer ignis edebat.

AN. Ardētes Papula Papulaꝝ duo gña sūt. Altera est in qua p minimas pustulas cutis exaspatur: & rubet leuiterq; roditur: mediī hēt paullillo leuius. tarde serpit. idq; uitiū maxime rotundū incipit eadēq; rōne in orbem ꝓcedit. Altera autē est quā agriā i. ferā græci appellant. ī qua similiter quidē sed magis cutis exaspat. exhulcerat q: acuehemētius & rodit & rubet. interdū ēt pilos remittit. hæc Celsus li. v. ubi ēt curatiōes edocet. Cōtractos: correptos: coinquinatos. Sacer ignis. i. execrādus Nā ut ĩqt Celsus li. v. Sacer quoq; ignis malis hulceribus annumerari debet. Eius duæ species sunt. Alterū est subrubicūdū: aut mixtū rubore atq; pallore: ex asperatūq; p pustulas cōtinuas. quarū nulla altera maior est: sed plurimæ pexigue. in iis sē per fere pus: & sæpe rubor cū calore est. serpitq; id nō nunq; sanescente eo. quod prīo uitiarū est: nō nunq; etiā ex hulcerato: ubi ruptis pustulis hulcus continuat: humorq; exit: qui esse inter saniē & pus uideri pōt. Fit maxime in pectore aut lateribus. aut eminentibus partibus: præcipuæ in plantis. Alterum aūt est in summæ cutis exhulceratione: sed sine altitudine latū subliuidū: inæqualiter tū: mediūq; sanescit extremis procedētibus: ac sæpe id quod iam sanū uidebit itez exhulcerat. at circa proxima cutis: quæ uitiū receptura est: tumidior & durior est: colorēq; habet ex rubro subnigrū. hæc Celsus. Igni aūt sacro ut Plinius docet li. xxx. medentur uermes terreni ex aceto illiti. Grillus contritus in manibus. adeps anseris uiperæ caput asseruatum & combustum. deiīi ex aceto impositum &c. Plura tamen Celsus medicamenta ibidem edocuit. Columella uero li. viii. c. v. sic ait. Est etiam insanabilis sacer ignis: quam Pusulam uocant pastores. ea nisi compescitur intra primam pecudem quæ tali morbo correpta est: uniuersum gregem contagione prosternit &c.

CHR. Sacer ignis. Sacer quoq; ignis ut ait Cornelius malis ulceribus annumerari debet: eiusq; duas species ponit: ut alter rubicūdus sit & mixtus rubore & pallore: exasperatusq; per pustulas cōtinuas ac pexiguas. Et ī iis semper fere pus & sæpe rubor cū calore. Serpitq; nunq; sanescente qđ incipit uitiari: nō nunq; etiā exulcerato: ubi abruptis pustulis ulcus cōtinuat: humorq; exiit q eē inter saniē & pus uideri pōt. Fit maxime ī pectore aut lateribus ꝓcipue ī plantis: alter est ī sūmæ cutis ulceratione: sed sine altitudīe latus subliuidus. Mediū sanescit extremis ꝓcedentibus ac sæpe qđ sanū uidebitur itez exulcerabit. Cutis q circa ꝓxima uitiū receptura est tūidior duriorq; ē: colorēq; hēt ex rubro subnigrū. Hoc fere seniora corpa tētat. & q mali sūt habitus sed ī cruribus maxie. Nō ät idē morbo ē ignis sacer & carbūculus: ut idē Celsus oñdit. nā multo morbus ē carbunculus.

Finis Tertii Georgicon.

Carmina Ouidii Nasonis

Protinus aerei mellis redolentia regna
Hyblæas & apes aluorū & cætera tecta
Quidq; alibi flores examina quæq; legenda
Indicat: humectisq; fauos cœlestia dona:

AN. M. Argumentū uoluminis quarti.

Quæ sedes apibus: statio ue paranda repōit:
Lāguentū quoq; signa docet: medicāq; salutē
Nascendiq; modū: Nymphaꝝ noīa multa:
Pandit Aristei luctū: matri sq; fauorem.
Tum uatis protei patriā: mores: speciesq;
Orpheus Eurydicen stygia reuocarat ab ūda
Examenq; apium tādem reparare docemur.

P. Vergi. Maronis Georgicō Liber Quartus

Rotinus aerei mellis cœlestia dona Exequar. Rhetorice dicturo de rebus minimis magna promittit ut & leuem materiam subleuet: & attentum faciat auditorem. Sane perite: quoniam scit breue esse opus hoc de apibus. & intra paucos uersus posse consumi: usus est translationibus ad dilatandam materiam dicens apes. habere reges: prætoria: urbes & populos. Sane sciendum ut supra diximus ultimam partem huius libri esse mutatam. Nam galli laudes habuit locus ille. qui nunc Orphei cõtinet fabulam: quæ inserta est postq̃ irato augusto occisus est gallus. Protinus: Deinceps: exinde etiã floridum agrũ exequar sicut ſum cæteros executus. Et Aerei mellis dicit: quia mel ex rore colligitur. qui utiq; ex aere defluit. Vnde ẽ Et cœlestia dona. i. munus deorum. antea enim uel inueniebatur in foliis ut Mellaq; decussit foliis. Hanc etiam sicut supiores.

SER

p

Rotinus aerei mellis cœlestia dona.
Exequar hanc etiam mœcenas aspice partem.

ANT. M. Aristæus de quo latius primo libro georgicorum habetur primus & apium & mellis usũ & lactis ad coagula hominibus tradidit ut iustinus libro. iii. scribit. Diodorus quoq; in fine libri quinti cum iustino conuenit. dicit. n. q̃ nymphis a matre traditus est nutriendus: a quibus cũ lac coagulare mel atq; oleum conficere didicisset primus ea in usum hominũ traduxit unde a posteris ut deus cultus est. Quando uero & in qua regione primum natæ sint apes: uideto Columellã li. x. c. ii. Est autem apis rex p̃cipui quæstus quũ fauit ut testatur Plí. libro. xxi. Protinus aerei mellis. De protenus & ꝓtinus uideto latius in Tyro. Protinus ideſt statim cõtinuo uel deinceps ꝓterea. utrunq; enim hic cõuenit: nam Caper scribit ꝓtinus p i aduerbium esse temporale ideſt statim. Et Prisc ianus libro. xv. scribit esse aduerbium ordinatiuũ ut deinde ꝓtetea continuo.

aristæus

ꝓtinus

Aerei mellis. Venit mel ex aere & maxime syderum exortu. Itaq; cum p̃ma aurora folia arborum melle rorida inueniuntur. at si qui matutino sub duo fuere. unctas liquore uestes capillũq; cõcretũ sentiunt. siue ille ẽ cœli sudor: siue quædam syderũ saliua. siue purgantis se aeris succus: siue aquæ ẽ & purus ac liqdus ac suæ naturæ qualis defluit primo. Plinius libro. xi. Hanc etiam. attentum hic Mœcenatem reddit rogando ut hec quoque aspiciat

CHRI. Protinus aerei mellis. cum de apibus atque de eo quod ab iis est melle narrandum sit: ex eorum q̃ huiusmodi interp̃tationem quærunt te futurum arbitror: ut semel sed breuibus cuncta p̃curramus. de quibus & diligentissime ab iginio: ornatissime a Vergilio: & elegantissime a Celso dictum affirmat Columella. Principio enim qui fabulose magisquam uere rem prosequuuntur. alii mulierem pulcherrimam fuisse Melissam referunt: eam in hmõi insectum relicto tamen sibi suo uetusto nomine Iuppiter conuertit. apes enim græce μέλισσαι dicuntur. Homerus autem apes ex crabronibus & sole natas scribit quas nymphæ phrysonides educauere quæ mox Dicteo antro Iouis nutrices astitere. & dei mũere pabula sortitæ sunt: quibus ipsæ paruulum aluerũt alumnum. Quærũt præterea de regione in qua primum natæ sint. Vtrum in Thessalia sub aristæo. an in insula Cea: ut scribit Homer. an Erictonii. temporibus in monte hymæto. ut refert Euthronius: an Crætæ Saturni temporibus: quod placet Nicandro. Refert præterea Aristoteles: q̃ alii putarent apes neque coire neque parere: sed aliunde fœturas deportare existimant. alii ex flore callinthri. alii ex flore harundinis. alii oleæ. alii dicunt fucorum fœturam ita deportari. Ortum autem apum p̃stari a rege qui solus mas sit. Esse autem huius rei augmentum q̃ nulla sine illo sit fœtura. alii putent apes fœminas fucos mares: atque inde esse fœturam. Quærunt quoque utrum euomant liquorem mellis. an alia parte reddant. Genera apum plura idem aristoteles tradidit. Earumque alias uastas. sed glomerosas easdemque nigras & hirsutas. alias minores quidem: sed æque rotundas & fusci coloris horridique pili. alias magis exiguas nec tam rotundas sed obesas. tamen & latas & coloris meliusculi. non nullas minimas gracilesq; & acuti alui & aureolo uarias atq; leues. Eiusque auctoritatem sequens Maro maxime probat paruulas oblongas leues nitidas ardentis auro paribus lito corpora guttis. Moribus etiã placidis. Nam quanto grandior apis atq; rotundior tanto peior. Si uero seuerior maxime pessima. Sed tamẽ ira cundia notæ melioris facile delinitur assiduo interuentu eorum: qui curant aluearia. apes annum decimum nõ excedũt: gaudẽt thymo: origano. thymbra: satureia. rore marino: cythiso. Tilia arbor ac taxus repudiãt. crocus colorat atq; odorat mella. Thymus supra omnia p̃cipui saporis mella recidit deinde serpillũ thymbram & origanum. apes oderunt fraudulentũ & imũdũ cultorẽ. aluearia optima sunt ex suberis corticem. qa nec hyeme rigent. nec cadent æstate. Ex ferulis etiam quibus cõmode uasa texunt ex fictilibus deterrima sunt quia accendũtur caloribus & rigescunt frigore. Emant apes ex uicinia quia solent cœli nouitate lacessiri. Si longe uehantur curandum ne salubris solicitentur optime noctu colo portantur. Diu requies danda ẽ. Reges sine spiculo sũt. nã plenior quasi capillus quẽ in uentre gerunt spicullum nõ est. Qui errones sunt illis alæ sũt amputãdæ. ne exire possint. cũ in examine nata sit pullucies & apiũ sequat in frequentia iterimat rex nouus. ut nata proles facile remaneat cũ matribus. In ipo fere fine cærarum uellut papilla uberis apparet eminẽtior & latioris fistulæ i hac semen regiorum pullorum est Celsus affirmat i extremis fauis transuersas fistulas esse quæ contineant regios pullos iginius uero scribit in circuitu fauorum maiora esse & recta foramina repleta quasi sorde rubri coloris ex q̃ ꝓtinus alatus rex figuret. apes emortuæ si p hyemẽ in sicco loco seruentur. & circa equinoctium uerum cum clementia cœli persuasit post horam tertiam in solem pferantur: ficulneoq; cinere obruant infra duas horas reuiuiscunt. atq; in alueare intrabunt. Ex floribus cæras fieri. & ex matutino rore mella. quæ tanto meliorem q̃litatem capiunt quanto iucundiore sit materia cæra confecta. ait Celsus. Fusci nihil pabulorum conferunt. sed quæ ab apibus congesta sunt consumunt. Verum tamen. ad procreationem sobolis conferunt aliquid insidentes semnibus quibus apes figurantur. Itaq; ad fouendam & ad educandam nouam prolem familiaribusab

apibus admittũt. Incubant.n.ueluti aues ſeminibus apes & fuſci: & ex iis uermes excudiũt candida membrana
ĩcluſos ſine alis: haſq; nymphas nominant: deinde diſrupta mẽbrana abſolutæ alatæq; euolant apes: etiã refert
Ariſtoteles. Excluſis ergo pullis extra tecta ꝓturbãt. Ergo uindemia mellis tũc matura intelligitur cũ fuci ab
apibus pellũt. Dicunt ãt caſtrari aluearia cũ faui decidũt. Scribit ꝓterea idẽ ariſtoteles eſſe in põto apes cãdidas
q̃ bis in mẽſe mellificent: & circa amyſum urbẽ apes in arboribus ſine fauo mellificare: melq; ipſũ cãdidũ eſſe
& miꝝ ĩmodũ craſſũ Plini. aũt ſcri. nõ ſolum mel & cæras in aluearibus repiri: ſed & ab illis cõgeri quæ operi.
Metyn piſſoceros ꝓpolis ſandaracum
cõducãt Prima.n.opis fundamẽta metyn uocãt. Hæc ꝓma cruſta ẽ ſaporis amari. Secũda piſſoceros dicit: q̃ ſu
per metyn uenit picãtium mõ ceu dulcor cæræ initiũ populorũq; mitiore gũmi. Tertia ẽ ꝓpolis cráſſioris iam
materiæ additis floribus nõdũ tũ cæra: ſed ſauoꝝ ſtabilimentũ quo oẽs cœli iniuriaꝝ additus ĩſtruũt: odore ẽt
nunc graui qua pleriq; ꝓ galbano utunt. ꝓter hæc cõuehit Rithacæ: quã alii ſandaracũ: alii cærynthũ uocant.
hic erit apũ dũ operãt cibus q̃ ſæpe inuenitur in fauorum inanitatibus ſe poſitus & ipſe amari ſaporis ſed plenus
humoris cibus. gignit ãt rore uerno & arborũ ſucco gũmi mõ africo flante minor. auſtro nigrior. aquilo rubus
melior & rubens plurimũ in græcis nucibus. mel igit ex aere ẽ ſiue ſit cœli ſudor. ſiue q̃dã ſyderum ſaliua: ſiue
purgãtis ſe aeris ſuccus: ſiue aquæ ẽ & purus & liq̃dus. & ſuæ naturæ q̃lis defluit ꝑmo nũc uero e tanta cadit al
titudine: multũq; dũ uenit ſordeſcẽs: & obuio terræ hanelitu ĩfectus. Præterea a frõde ac pabulis potus & ĩ uter/
culos cõgeſtus apũ ore.n.uomũt. Ad hæc ſucco florum coruptus & alueis maceratus. totienſq; mutatus magnã
tĩ cæleſtis naturæ uoluptatẽ affert. optimũ ẽ mel in hymeto actico: & in hybla ſiciliæ. Eſt ãt initio mel ut aqua
dilutũ & primis diebus ſeruet. ſecq; purgat. uigeſimo die craſſeſcit. Sorbet optimũ e q̃rcus tiliæ & arũdinũ foliis
Ait ꝓterea iſidorus repiri ẽt nũc ĩ india & arabia mel ramis adhærens in formã ſalis q̃d oñdit ipſum ex rore eẽ
Cæras uero ex omniũ herbaꝝ ac arborũ floribus faciunt excepta rumice & chenopede. Refert tamẽ ariſtoteles
q; apes plura florũ genera nõ petũt. ſed ſingulis tẽporibus ſingula. Verbi gratia a uiola ad uiolã aduolãt: nec ad
aliũ florẽ tráſeũt donec in alueũ ſuũ redeãt. Opantur intra. lx. paſſum. inde cõſũptis floribus ſpeculatores ad pa
bula ulteriora mittũt. noctu in expeditiõe deprehenſæ cubãt ſupinæ ut alas a rore protegant. fures & mulierum
mẽſes refugiũt. Iliſchus thaſius deſerta haꝝ amore incoluit. ob idq; Agrius cognominatus. ariſtomachus ſolẽ
ſis duo de. xl. annis in ſolis apibus cõtẽplandis uerſatus eſt. Ambo de his ſcripſerunt. Protinus. Ex ꝓ & tẽus
eſſe puto: ꝓ aũt in cõpoſitione ſignificat denotat rẽ ad ulteriora duci. ut de loco ad locũ moueat: unde eſt proce
do prodo. Hinc terentius. cũ reſponſum ẽ moueo addidit. ſed nihil promoues. tenus autẽ demonſtrat ptingentiã
quandam: ut cum dicimus tenus crurũ oſtendit q; a collo continuant palearea dũ tangant crura. Ex hoc manife
ſtum eſt protinus ſignificare iugiter. Eadem ratione deinceps Nam quod fit iugiter fit ſine intermiſſione: ut poſt
unũ ſequat alterum. Erit etiam ſtatim. nam illud ſtatim fit quod nulla interpoſita mora abſoluto priore aggre/
diuntur Quin & cum Maro dixit. Quo protinus omne intonuit nemus duo ſimul oſtendit ſonum celeriter oſa
ptigiſſe: & gradatim ꝓpetua ſucceſſione proceſſiſſe. Sic in buccolicis. En ipſe capellas Protinus æger ago. Nam
oſtendit fieri fugæ iugem progreſſum: ex quo oportet illa ad longinqua iſſe. Aerei. Quia ab aere cœloq; ut di
ximus eſt ex eadem etiam materia refert albertus cognomento magnus: Manna eſt quæ non apparet niſi in cali
dis regionibus. quia ros in illis melius decoqtur. Hanc ẽt. m. a. p. aſpice. ueluti numen mœcenatem inuocat.
Nam numina ſolo aſpectu prodeſſe poſſunt. Hinc illud ad iouem. aſpice nos:

SER. Admiranda tibi. audies ex rebus leuibus di
gna ſtupore eſſe in apibus proceres & tãta certamina
Mores. quia caſtæ ſunt: ut illũ adeo placuiſſe api
bus mirabere morẽ. Et ſtudia ut tãtus amor floꝝ
& generandi gloria mellis. Et populos. ut Binæ re
gumi facies. ita corpora plebis. Et ꝑlia dicam. ut
erũpunt portis. concurritur æthere in alto. Intẽui
labor. at tenuis nõ gloria: Compenſatio eſt laboris.
q̃d magnã dat gloriã ſi fuerit materia ex illis ornata

Admiranda tibi leuium ſpectãculã rerum:
Magnãimoſque duces totiuſq; ex ordie gẽtis
Mores & ſtudia & populos & prœlia dicam
In tenui laborat. at tenuis nõ gloria. ſi quem.

AN. M. Admirãda tibi. attentũ iteꝝ redit promittens ſe de rebus mirãdis uerba facturũ: exponẽſq; etiam nu
mero res de quibus dicturus eſt. Duces. apium reges. Mores inſtituta & cões oĩum conſenſus. Studia.
occupationes labores. Populos. progeniem. In tenui labor. eſt enim difficile minima exornare atq; extolle
re. e contra maxima leue eſt: ſunt enim refecta bonis pluribus.

CHR. Admirãda tibi. q. d. talia eẽ ut ẽt maximi ĩgenii uiris. qualẽ te eſſe uolumus admirationem incutere
poſſint. Leuium quid ergo maius eẽ poteſt q̃ ex rebus leuibus ea prouenire q̃ admiratiõẽ afferãt. Magnũ ergo
ex oriat admiratio. Maius q; ex rebus leuibus. Maximũ q; proueniat ſapiẽtibus uiris. ergo qd maius quadrare
potuit ad attẽtionẽ captãdã. Maximũ ergo poete ĩgeniũ maximũq; cõſiliũ. nã ĩ re deꝑſſa & hũili ſibi attẽtionẽ
cõparat: & pollicet ſe & dona cœleſtia. & ſpectacula reꝝ q̃uis leuiũ tĩ admirãda relaturũ. Rhetoꝝ. n. ꝓceptũ no
bis cõparemus. Deĩde cũ propiis ac ſuis uerbis res ſuapte natura hũilis expelli nõ poſſet. ipſe crebris tranſlatiõi
bus attollamus. Magnaĩoſq; d. Duoꝝ ĩfectorũ genera uidemus q̃ ſuo cœtu proxime ad ciuilẽ humanãq; ui
tã accedere uideãt formica atq; apis. uerũ formicæ populare ſtatũ apes ãt regiã ptãtẽ imitãt. Qua ꝓp apũ ſit na
turã deſcripturus a regibus tũ circa diſciplinã militarẽ: tũ circa reipublicæ admiſtrationẽ tráſlatiõibus crebris
utit: Oñdit ãt re ipa in tẽui laborẽ eẽ at nõ tenuẽ gloriã: qñqdem rẽ tã depreſſam tráſlatiõibus ſimilitudinibus
q; ac multis aliis uariiſq; tũ figuris: tũ uerboꝝ ac ſentẽtiaꝝ coloribus ita rẽ exornat atq; erigit. ut nõ apũ naturã
aluearíaue: ſed præſtãtiſſimorũ ducũ inuictorũq; exercituũ caſtra prœlia deſcripſiſſe putes. nec uero ſolũ attẽti
tionem ut demonſtrauimus captat. Verum ab eodem loco beniuolentiam ſibi conciliat: utilitatem rei ſtatim a

principio proponens: & ut exordii uim penitus adimpleat breuiter uerumdilucide atq; absolute quibus de re bus dicturus sit proponit. Magnanimos. translatio est ab ipsis imperatoribus. ex ordine ostendit se gradatim a primis: illarum incunabulis ad extremam senectutem uina prosecuturum. Mores & est. Solus ex omnibus animalibus homo est: qui quoniam ratione insignitur suarum actionum principium in se habeat: itaque & mores & studia: & cætera omnia quæ a ratione sunt uere in homine dicimus esse. Reliqua autem animalia non ratione sed naturæ impulsu mouentur. Et tamen teste etiam Aristotele ipso. In brutis quoque deprehenditur aliquo modo prudentia. Vnde & de apibus non incongrue mores & studia dixit. Ex moribus autem ideſt consuetudine. in quæ sunt assidui actus: & ex studiis quæ habent uehementem animi applicationem ad aliquid peragendū proueniunt uirtutes morales: quæ habitus sunt ab assiduis actionibus profecti. Nec mirum huiuscemod ingenium esse in apibus. Nam albertus magnus astuta esse omnia genera serpentum propter subtiliorem humorem qui in illis est. Frigida enim cum sint carent eo calore qui illorum actiones commiscere confundereque possit. Ineſt autem calor ille quem complexionalem nuncupant: quo cuncta & decoquantur et recte digerantur Hinc spiritus animales in illis lucidiores fiunt & lucidior extimationis internus sensus quam in quadrupedibus in quibus multum de terra supereſt. Hinc illud est ingenii acumen in serpentibus: & eadē ratione insectis omnibus, pæterq̄ in muscis.

Nūmina leua sinūt auditq; uocatus apollo
Principio sedes apibus statioq; petenda
Quo neq; sit uētis additus nam pabula uenti
Ferre domū phibēt. neq; oues hædiq; petulci
Floribus insultēt. aut errans bucula campo.
Decutiat rorem. & surgentis atterat herbas.
Absint & picti squalentia terga lacerti
Piguib9 a stabulis meropesq; aliæq; uolucres
Et manib9 prognepect9 signata cruentis:
Omnia nam late uastant. ipsaq; uolantes

SER. Numina leua. prospera ut alibi. intonunt leuum auditque uocatus apollo. aut quasi poeta apollinem inuocat. autquasi pastoralem deum. nā apollo nomius dicitur. Principio sedes dicit ubi aluearia ponenda sint in qua re satis pire & ea quæ abesse debeant scilicet ne noceant apibus: & quæ debeāt adesse Vergilius optime commemorat. Sane sciendum quoniam supra ait. Magnanimosque duces. Ideo intulit modo sedes statioque: quam translationem diligenter reuertat. Hædique petulci. Lasciui & exultantes: & petulci dicti an appetendo: unde & meretrices petulcas uocamus. Picti terga lacerta picta terga habentes. Pinguibus a stabulis plenis sicut etiam inaues res tenues nominamus econtrario. Meropesque aliæque uolucres ostendit meropes esse aues: sunt autem uirides & uocantur apiastræ quia apes comedunt. Et manibus progne: nomen posuit pro nomine nam philomena in hirundinem uersa est, p qua Progne uel quasi sororem posuit. uel quasi eam quæ fuerat illius sceleris cā. nam ipsa miserat Tereum ad ducendam sororem. Mero / pes

ANTO. M. Numina leua sinunt. ideſt aduersa nam deos quosdam ut prodesſent celebrabant. quosdam ut ne obesſent placabant: propterea Vergilium quoque aiunt Numina leua in georgicis depræcari significantem quandam uim esse huiusmodi deorum in lædendo magis q̄. iuuando potentem. Gellius libro quito capi. duo decimo. Sedes apibus. sedes apibus collocanda est contrabrumalem meridiem procula a tamultu & cœtu hominum ac pecudum nec calido loco nec frigido: nam utraque infestantur. hæc ima parte sit uallis sic enim facili us apes ascendunt quum prodeunt pabulatum. cum onere autem per procliuia nō ægre deuolant. Columella libro decimo capi. quinto. Hædique petulci. hoc epitheto primus Lucretius usus est. dixit enim libro secundo. Præterea teneri tremulis in uocibus hædi Corniferas norunt matres. agnique petulci. Macrobius libro sexto. Petulci. lasciui. Insultent. insiliant. Bucula. a boue diminutiuum est. Surgentes crescentes. Squalentia. splendida. Pinguibus. pinguia propter mel ait. Meropesque. hæ aues cunabula in terra faciunt: corporis grauitate prohibitæ sublimæ petere genitores suos reconditos pascentes pallido intus colore pēnarum superne cyaneo: priori subrutilo. nidificant in specu sex pedum defossa altitudine. Pli. libro decimo capi. xxxix. aliter garuli dicuntur ut asunt uulgo etiam ieuoli. Progne. in hirundinem philomela fertur ab aliis: non progne uersa. Id autem Varro etiam asserit: dicit enim: Luscíola q̄ luctuose canere existimatur: atq; esse ex Attica progne in luctu facta auis. latius tamen de Progne uideto libro sexto met. Pectus signata occiderat enim latum filium. hinc ait etiam Ouidius. Neq; adhuc de pectore cædis Excesſere notæ: signataq; sanguine pluma est. meropes

CHRISTOPHORVS. Numina leua. Seruius ait leua ideſt prospera. Hoc dici in auguriis placet. De qua re alio loco dictum est. Sed in cæteris rebus nunquam legi leuum pro prospero placet ergo quod refert gellius eum dicere numina leua non deos quos ut prodesſe ut celebrabant. sed eos quos cum nocendi potestatem haberent ne obesſent placabant. Principio iure a principio eligit locum & præparant materiam. ostendit quibus in locis constituenda sint apiaria. Insultent: Verbum hostile possunt ut ostenderet nocumentum. Insulto verbu hostile

Rorem: unde est mel futurum. Petulci Lasciui. Nam petulcus a petendo est. Petit enim aut unde non oportet aut pluſquam oportet. Decuriant. Quatere commouere est. inde quaſſo. Decurtere autem est quatiendo rem id quod in ea est deiicere. Excutere idem pene est. Hinc dicimus equum equitem decutere excuſſiſſe quoniam dum se quatit illum deiicit. Concutere est undique quatetere. Hinc dicimus concutere ciuitatem: cum aut pauore: aut grauiori quadam perturbatione uehementer commouetur. Discutere cōcutere postremo est cum rem ita undique quatimus ut si quid in ea latebat ueniat in lucem. Vnde dicimus litem eſſe discuſſam. Lacerti. Stelliones inimiciſſimi cocleis sunt. Negantur semeſtrem uitam excedere. In re Quatere excutere discute /

Arabia cubitales reperiuntur. In Nyso uero indiæ monte. uigintiquattuor pedum in longitudine cõspici/
untur colore fului: aut punicei: Aut cerulei. Squalentia. Nitentia uariis maculis. De squalore autem d
cetur in æneide. Et manibus progne. Pandiõis athẽnaꝫ regis filia fuit progne hæc tereo thracensi regi nupsit
Verum cum ille eius sorori philomelæ uim intulisset: ac mox linguam proscindisset. ne illa seelus queri posset
Progne ltim cõmunem filium patri Tereo epulandum posuit. parabat in mulieres ultionem re itellecta Te
us. at dii misericordia moti ipsum in upupam: ltim filium in fasianum. Prognem in hirundinem philomellam
in lusciniam cõmutauere. Dicuntq; prognem habere purpureum e sangnine interempti filii.

SER. Dulcem nidis immitibus escam. i. crudeli/
bus pullis qui apum morte nutriuntur. Et tenuis
fugiens. Suspendendũ est tenuis ne incipiũt esse duo
epitheta: quod apud latinos constat esse uitiosum.

Ore ferunt dulcem nidis iminentibus escam.
At liquidi fontes & stagna uirentia musco
Adsint: & tenuis fugiens per gramina riuus
Palmaq; uestibulũ aut igẽs oleastra obũbret
Vt cũ prima noui ducent examina reges
Vere suo: ludetq; fauis emissa iuuentus
Vicina inuitet decedere ripa calori.
Obuiaq; auspiciis teneat frondentibus arbos
In mediũ seu stabit iners seu profluat humor
Transuersas salices & grandia coniice saxa
Pontibus ut crebris possint consistere: & alas
Pandere ad æstiuũ solẽ si forte morantis
Sparserit: aut præceps neptũno imerserit eurus
Hæc circum casiæ uirides: & olentia late
Serpilla & grauiter spirãtis copia thymbræ
Floreat: irriguũq; bibant uiolaria fontem:
Ipsa autẽm seu corticibus tibi suta cauãtis.
Seu lẽto fuerint aluearia uimine texta
Angustos habeãt aditus: nã frigore mella
Cogit hyems: eadẽq; calor liq̃facta remittit.
Vtraq; uis apib9 pariter metuẽda. neque illæ

Vere suo. sibi grato & aptissimo. Vicina inui/
tet decedere ripa calori. ut æstus possint aquarum ui
cinitate uitare. In medium. Ordo est. In medium
trãsuersas salices & grandia coniice saxa. Pon/
tibus ut crebris. Velut pontibus nam non sunt pon
tes. Si forte morantes. tarde remeantes ex pascuis
neptunno immerserit. Deum pro aquis posuit

uiolaria

Grauiter spirantis copia thymbræ. genus est her
bæ abundantis in phrygia. Grauiter autem mo/
do bene et multũ significat alias male: ut. Aut ubi
odor cœni grauis. Item graue olentis auerni. Vio
laria: loca ubi nascũtur uiolæ. Vtraque uis apibus
pariter metuenda. tam caloris q̃ frigoris. Quod licet
utrunq; æquali modo metuendum sit. tamen dissi/
militer nocet. nam calore liquefacta defluunt mella
quæ si fuerint frigore condurata: constrictas apes in
terimunt.

AN. M. At liquidi fontes. Varro etiam libro ter
tio capi. xvi. docet prope apiarum debere eẽ loca ubi
pabulum sit frequens & aqua pura. Si pabulũ na

apum se des

turale deest serenda sũt rosa serpillum apiastrum pa
pauer faba lens pisum ocymum medica: maxime cy
tisum: quod ualentibus utilissimum est etenim ab
æquinoctio uerno florere incipit: & permanet ad al
terum æquinoctium autũni. sed ut hoc aptissimum
ad sanitatem apium: sic ad mellificium Tymum.
Musco. uiridi lanugine. Vere suo sibi conuenienti

Fauus

Fauis. Fauus est quem fingunt multi cauatum e
cæra cũ singula caua sẽa latera habẽt singulis pedes
dedit natura Var. li. iii. Inuentus. apium ꝓgenies.

Hospitiis sedibus. In medium apibusquam liquidam unde bibant esse oportet: eamque propinquam quæ
præterflua: aut in aliquem locũ influat: ita ne altitudine ascendat duos aut tres digitos in qua aqua iaceant testæ
aut lapilli ita ut extent paulum: ubi assidere & bibere possint. in qua diligẽter habẽda cura ut aqua sit pura quod
ad mellificium bonum uehementer prodest Varro libro tertio. In medium. Ordo est. in medium coniice & cæ
tera. Morantis. dum pabulantur scilicet. Neptũno. aquis ipsis. Casiæ de iis uidero in Alexi. Sic etiam de

Thymbra satureia

serpilo. Tymbræ. hæc alio uocabulo satureia dicitur. seritur mense februario. Pli. libro. xix. Colu. uero li/
bro decimo. capi. iiii. sic ait. aut etiam thymbræ nel nostratis Cunelæ: quam satureiam rustici uocant. In Plinio
ãt libro. xx. Cunila semp plegit. Ipsa ãt aluearia sũt optima cortice. secũda ferula. tertia uimẽ Pli. li. xxi. Var.
ãt li. ii: ait q; alii faciunt aluos ex uimĩbus. alii e ligno ac corticibus alii ex arbore caua alii fictiles alii ẽt ex feru
lis q̃dratas. lõgas pedes circiter tres: latas pedem: hæc oĩa uocant a mellis alimõio aluos. Aluearia. hoc aluea
re & hoc aluearĩũ. hæc aluus & hæc alueus. sic thymus & thymũ. cytisus cytisum legimus in Varro. Colu. &
Pli. sic ẽt satureiã ĩ singulari & satureia ĩ plurali repimus. Angustos aditus. Colu. docet li. x. aditũ fore capa
cem unius tantũmodo. sed plures esse debere quo facilius apes intrent exeantque.

CHRI. Dulcẽ ĩmitibus. iucũdiorẽ reddũt orationẽ cõtraria uerba ut sunt dulce & ĩmitte. ꝑterea cõcitaẽ cõmi
seratio q; tã nobile insectũ. esca sit iutilibus pene auibus. Meropes: aues sunt quas italia appellat barbaros a p
titione cãtilenæ. & ut ait. Plini. qa corpis grauitate ĩ sublime ferri. phibẽt: ĩ terra nidificant. genitores suos recõ
ditos aliæ pallido ĩtus colore pẽnaꝫ supne cianeo pori subrutilo nidificat ĩ specu sex pedũ defossa altitudine

Vere suo. i. sibi cõueniẽti. Iners: tãq̃ lacũa. pfluat ut riuus. Sparserit torq̃ndo aquã ĩ eas meruerit: qa illas ĩ aquã
deiecerit. Serpilla. latĩe pip erraticũ hæc herba dicit. Huius duæ sunt species. Vna hortularis siue usualis: q̃
in cãpis sabulosis siue arenosis crescit. alia agrestis quæ ẽt cor dicit. q̃ nõ serpit sed surgit cum ramis duoꝫ pal
morum altitudine. Tymbræ hæc latĩe satureia dicit a satyris qa utentes in uenerem pronos. edit: ut satyri sũt
habundat in agro troiano: ubi templum est apolinis qui inde Tymbræus dicitur.

SER. Spiramenta. Exitus alibi. Sæui spiracula ditis. Fucoq; genus est herbæ unde tinguntur uestes Fucum ãt & flores ꝓ cæra posuit: quã ex his colligũt rebus. Hæc ip. ad mu. ad off cia coãgustandaq; cauernarũ. Et ui. & phry. Ordo ẽ: seruãt glutẽ: qđ ẽ lẽtius & uisco & phrygiæ idæ pice Seruãt ãt mire ait. Nam apes pillas q̃sdã aluearibus faciunt de qbus postea cærea tecta cõponunt. Si uera ẽ fama. Si credendũ ẽ apes posse terrã effœdere.

Et leui rimosa cubicula limo. Alii & leui leguut. unus tamen sensus est. Nam hoc dicit ꝙ ille nimio laborep ficiunt: Tu leui iunge rimosa cubilia circũfouens limo ẽt raras frondes iupiniice. Quod ideo fit ne ueli mus crepet. uel cauernæ aut tole penetrẽtur aut frigore. Taxũ sine. uenenatam arborem. ipse in buc colicis. Sic tua cymæas fugiant examina taxos. Mel enim exinde pessimum gignitur. Rubentes cancros. Odore enim ipso pereuut. Rubentes autem cũ uruntur: non q per naturã sint huius coloris. Altæ neu crede paludi: Ne facile mergantur. Vociſque offensa. Resonat eccho repercussa: quam apes uehementer horrere manifestum ẽ. Pulsam hyemẽ secũdũ physicos qui dicunt tempe quo hic hyems ætatem esse sub terris & uersa uice cũ hic æstas illic hyemem. Quod etiã Lucretius exequit & trahit in argumentum putealem aquã. quæ æstate frigidissima est hyeme uero calidissima. Metũt flores secant. Vnde & messores dicti sunt. Sane metometis præteritum facit messui. Hinc ex floribus scilicet exquibus primo uel mox pullos efficiunt.

Ne qcq̃ ĩ tectis certatim tenuia cæra
Spiramenta linunt sucoq; & floribus oras:
Explent. collectũq; hæc ipsa ad mũera glutẽ
Et uisco & phrygiæ seruant pice lẽtius idæ.
Sæpe etiam effossis: si uera est fama latebris
Sub terra fodere larem. penitusq; repertæ
Pumicibusq; cauis exesæque arboris antro
Tu tamen & leui rimosa cubilia limo.
Vng ue fouens circũ. & raras supinaice frõdes
Neu propius tectis taxus sine: neue rubentis
Vre foco cancros. alte neu crede paludi.
Aut ubi odor cœni grauis aut lubi cõcaua pul
Saxa sonãt. uocisq; offesa resultat imago (su
Q đ supest ubi. ubi pullã hyemem sol aurus
Subterras cœlũq; æstiua luce reclusit (egit
Illæ cõtinuo saltus syluasq; peragrant.
Purpureoroscq; metũt flores & flumia libãt
Sũma leues hinc nescio qua dulcedine lætæ.
Excudũt cæras. & mella tenacia fingunt.
Hinc ubi iã emissũ caueis ad sydera cœli
Nare per æstatẽ liquidã suspexeris agmen
Obscurãq; trahi uento mirabere nubem.
Cõtẽplator aquas dulcis & frondea semper
Tecta petunt. huic tu iustos asperge saporeſ

Contemplator. Pro intuere. Nã tempus futurum pro præsẽti posuit ab imperatiuo modo Aquas dulcis. propter hoc ait supra: Et tenuis fugiens per gramina riuus. ANT. M. Certatim. cum certamine. Tenuia spiramenta. rimulas. Linu t. inunguntur: Circũlini aluearia fimo bubulo utilissimum inquit Plinius li. uigesimoprimo. Fucusq; ẽ fucus rubea herba qua uestes tinguũt phycos enim color dicitur. Et flores quoq; latiores additibus circũstruũt a pes ut Pli. scri. Oras fissuras. Glutẽ. confectionemiquãdã ea autẽ ut Pli. libr. xi. c. vii. oñdit. Propolis dicit. ait enim sic, ꝓpolis crassioris iam materiæ additis floribus nundum tamen cæra. sed fauorum stabilimentum. qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruũtur. odore etiã nõ graui ut qua plerique pro galbano utantur. Meminit & Varro libro tertio. Munera. officia. Pice idæ de hac superius. Subterra fœdere larem: Circa Thermodoontem fluuium duo apium genera aliæ in arboribus mellificant. aliæ sub terra triplici cærarum ordine huberrimi prouentus Plinius libro undecimo capi. xvii. propoli-

Penitus cauis. ualde cauis Punicibus. lapidibus. Antro. cauerna. Limo. fimo bubulo inquit Plinius.

Cancros. grauis & tetri odoris. non solum uirentia sed & quælibet res prohibeantur. sicuti cancri nidor: quũ est ignibus adustus: aut odor palustris cœni. nec minus uirentẽ cauæ rupes aut ualles arguræ: quas græci Echus uocant. Columella libro decimo capi. quinto. Cancros. cancrorum odore siquis iuxta coquat apes exanimantur: Pli libro undecimo. Alte paludi. aqua enim non debet ascendere duos aut tres digitos ostendimus latius

Offensa. repercussa. Vocis imago Echo intelligi: imago uero quasi imitago dicitur. Resultant. inimica apibus echo est resultãti sono qui pauidas alterno pulset ictu. inimica & nebula. Plinius libro undecimo. Quod superest. quod restat docebimus. Vbi pulsam hyemem. Alexander aphrodiseus problemate sectione sexta sic ait. Cur putealis aqua in hyeme calida est in æstate autem frigida. Respondendum ꝙ contrarium semper fugit utpote sibi infestum contrarium. Cum ergo calidum & frigidum inuicem inter se cõtraria atque corrupto gus & ob hoc aquam frigefaciat. Per hyemem uero frigore dominante in aere calor porro in terre penitissima diffugiens aquam calefacit. nam ita natnra sanxit ut contraria in eodem loco ac per idem tempus simul manerent. hæc ille. Tamen eadem fere Lucretius quoque dixit quum ait. frigidior cur in puteis æstate sit humor. Aresçit quia terra colore & cætera. Ille continuo hyeme apes conduntur ante fabas florentes non exeunt iad opera & labores: nullusque quum per cœlum licuit ocio perit dies. primum itaque fauos construunt. cæram fluxerunt hoc est domos cœllasque faciunt. deinde sobolem. postea mella. Plinius libro undecimo. Ei fluminaibant sine aqua inquit Columella libro decimo neque faui neque mella neque pulli denique figurari querũt

est igitur opus ut aqua sit apibus uicina. Hinc e floribus & aquis. Dulcedine. dulcis enim est soboles omi
bus sere. Cæras. Celsus ait ut inquit Columella libro. x. ex floribus seras fieri: ex matutino rore mella. quæ
tanto meliorem qualitatem capiunt quãto iucundiore sit materia cæra cõfecta. Caueis. ab alueis. Aestatẽ
liquidam uer serenum ait enim inferius: Ergo ubi uer nacte sudum. Agmẽ. ex agmen. Quippe talis est apium
apum re natura ut pariter quæq; plebs genererur cum regibus: qui ubi euolandi uires adepti sunt consortia dedignantur
ges uetustiorum. multoq; magis iperia. Itaque duces procedunt cum sua iuuentute: q̃s uno aut altero die ĩ ipo nou
domicili uestubulo glomerata consistens egressu suo proprie desiderium sedis. ostendit & cætera. Columella li
bro decimo. Contemplator. inspice aduerte.

cancri CHRI. Spiramenta linunt. ut paulo supra demo ostratum est. Spiramenta tenues rimas per quas saltem spi
ritus ingredi possit. Fuco. species herbæ fucus est de qua lana inficitur. fucus etiam dicitur quo mulie
res colorantur. Et per translationem omne figmentum fucum dicunt. Cancros cancri hyeme aprica litto
ra sectantur æstate in opaca gurgitum recedunt auctunno & uere pinguescunt: Pleni lunio magis quia noctu sy
dus tepido fulgore mitificat. uita iis longa pedes octeni: fœminæ primus pes duplex: mari simplex. sole can
cri signo transeunte cancri cadauer in sicco positum in scorpionem transfigurati ferunt ait Plinius. Nare. uo
lare. qui mutua est translatio a nauibus ad naues. Vnde mare uel iuolum dixit & remigio alarum.

SER. Trita melissphylla. Varro hãc herba apia
stã dicit in tertio libro opis rustici. Cerinthe igno
bile. Vile ubiq; nascẽs. Matris cymbala. quæ ĩ eius
tutela sunt: ideo quod similia sunt hemiclis cœli.
quibus cingitur. terra. quæ est mater deorum. Mo
re suo naturali ratiõe cuius causa nõ redditur. Quis
n. nouit cur æris sono redeãt ĩ aluearia licet ipse pau
lo post dicat. Crepitantiaq; æra secutæ Dicto cœli
regem pauere sub antro. Sed & hoc poeticum est
Incessit. ingruit: inuasit alibi. incessi muros. ignes
ad tecta uolare & incessit regibus figuratum est. nam
incessit reges dicimus. Trepidantia bello. Alacri
tate pugnandi: non timore alibĩ exultantiaq; hauriẽs
Corda pauor pulsãs. Morantis. tarde incendentis
Eractos: collissos. Trepide coeunt. festinant in
ter se in aluearibus. Pẽnisque coruscant. Quemad
modũ scuta milites cõmouẽt. Vocãt hostẽ. puocãt.
AN. M. Melissphylla. Plini. libro uigesimo sic ait
apiastrũ Melis/ Apiastrum Hyginius qdem Melissphyllõ appellat.
phylon hæc ille. interpretatur ãt ut aiunt alii melisses. i apis
Phyllon folium. herba enim est cuius folia mel sa
piunt idẽ uero Pli. libro uigesimo nõ scribit Meliss
phyllo siue meliterna si pungãt alueraria nõ fugient
apes. nullo. n. magis gaudẽt flore. Copia istius exaia facillie cõtinẽt. Itẽ pstantissimũ est contra ictus eaq; uespa
cerithæ rũq; & araneoq;: item scorpionũ &c. Cerinthæ herba est folio cãdido ĩcuruo. cubitalis. capite cõcauo mellis
succũ hãte florum eius auidissimæ sunt apes. atq; ẽt sinapis. Pli. xxi. c. xxiiii. Tinituſq; cie. Var. li. iii. scribit
qĩ noua exaia uolãt iaciũdo ĩter apes puluerẽ & circũtinniẽdo ære pterritas quo uoluerit pducet Mellarius. Et
cymbala Pli. li. xi. inquit de apibus. Gaudẽt plansu atq; tinitu æris: eoq; cõuocãtur. Matris cymbala. instrumẽta erãt q
bus utebãtur ĩ sacris Cybeles deorũ matris. Medicatis sedibus. solẽt. n. mellarii locũ aliquẽ oblinire apiastro
cæterisq; rebus quibus delectantur apes ut ibi considant. ubi consederunt afferunt aluum prope easdẽ illiciis in
tus: & ppe appoñta fumo leui circũdato cogũt eas intrare. Varro inquit li. iii. Incessit. inuasit. Aptãtq; la
certos: pstant in metaphoris: Circa regem. Mira apum circa Regem obedientia. quum procedit totum examẽ
circa eũ cõglobat cingit protegit cerni nõ patitur. Pli. li. xi. Prætoria dicta q; ibi reſideat ptor ad diffiniendũ.
CHRI. Meliphylla. apiastrum est Varro ait De apiastro quod alii mesisphyllon. alii mellimem appellant fũt
etiam qui credant melliloton eadem esse herbam: alii nolunt differre: Cerinthæ: herba est folio candido incur
uo capite concauo: & quæ mellis succum habeat: Eius magna est copia in Euboea: in qua eiusdem nominis etiã
oppidum fuisse dicunt. Ipsæ sua sponte: sine tua opera. Medicatis: idest aspersis odoribus de quibus dictum
est supra. Animos audaciam & tumorem illum ex ira ut pone animos & pulsus abi. Terpidantia: non timẽ
tia sed festinantia ad pugnam. Auditur fractos sonitus imitata tubarum. dum uult exprimere: q; uoce sua clã
gorem tubarum imittantur ipse eundem sonitum suorum uerborum compositione exprimit: quod mirum ẽ
Fractos. Quia nullo musico ĩstrumento magis fractus sonitus gigitur nec minus continuatus Trepide Festi
ne trepidate meas teucri defẽdere naues. Coruscat & crebr; motũ simul & splẽdorẽ q ex pẽnar; motu exorit
exp̃ssit. est. n. coruscare splẽdere. Sed qm̃ splẽdor crebrã hẽt mobilitatẽ iccirco coruscare crebro moueri sæpe di
cit Spicula. hoc ex phantasia sua. Cæterum aculei quibus pungunt ex posterioribus sunt. Et circa regem. Præ
bet. n. munus deuotorũ satellitum: ut paratæ sint regis uitam sua morte defendere. Prætoria. prætorium ĩ ur
bẽ dicimus ubi prætorius dicit. Verum militiæ prætorium appellamus. ubi præfectus exercitus præsidet siue
ptor: siue consul: siue qcunq; alius sit. nã & in classe ptoriã nauẽ dicimus quæ executus imperatorem gerit
& in castris tabernaculum eiusdem prætorium appellamus.

Trita meliſphylla: et cerithæ ignobile gramẽ
Tinituſq; cie. & matris quate cymballa circũ
Ipſæ conſident medicatis ſedibus: ipſæ
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent:
Sin autẽ ad pugnam exierint: nã ſæpe duob⁹
Regibus inceſſit magno diſcordia motu
Continuoq; animos uulgi & trepidãtia bello
Corda licet longe præſciſcere. nãq; morantis
Martius ille æris rauci canor increpat: & uox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum
Tum trepidæ inter ſe coeũt. pẽniſq; coruſcãt.
Spiculaq; exacuũt roſtris: aptantq; lacertos:
Et circa regem atq; ipſa ad prætoria denſæ
Miſcentur: magniſq; uocãt clamoribus hoſtẽ

SER. Ver nactæ ſudum Serenum poteſt pluuias ut per ſudum rutilare uident. campoſq; patentes. Aereum purum & liquidum non nubibus clauſum: & ita aer campus eſt apũ: ut mare nauium. hominũ ſolũ. ipſe in quo dicit. Subtrahiturq; ſolũ. glomerantur in orbem. more bellãtum. Non denſior aere grande. in aliis enim bellis uicti tantum pereunt: in certamine uero apũ etiam uictrices. Nã dicturus eſt Animaſq; in uulnere ponunt

Tantũ glandis. erit nominatiuus hæc glans. Ingentes animos anguſto in pectora uerſant. Statius maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Homerus ὐιὸς μὲν ἐὼν ὀλίγος μάλα μαχήτης. Puluueris exigui iactu quia cũ puluerẽ uiderint. ſperant: tempeſtatem futuram. quæ eis plnrimum nocet. Deterior q uiſus. peior a malo dicitur deterior a meliore. Prodigus non mella conficiens. ſed mella conſumens. ideo regem ſolum præcipit occidendũ: quia eo amiſſo ſus diſſipatur exercitus. nã ut Binæ regum facies ita corpora plebis. Squalẽtibus. ſplẽdẽtibus quod a ſquãmis uenit: ut ſquammis auroq; trilicem. nam a ſqualore ſordidum ſignificat: ut Squalentem herbã

Terrã ſico ſpuit ore: aut in terrã aut reuera terrã ppter puluerẽ. Paribus lita corpora guttis. ſimilibus: ideſt aureis habẽtes diſtincta corpora: nã lita in lita diſtincta. Potior ſoboles: Ad mella. ſ. procreanda. Cœli tempe certo. Et cũ oriuntur pleiades: & cũ occidũt. i uerno tẽpore: & auctũno. Dulcia mella. nõ eſt ſupfluũ epitheton. nã ideo dicit dulcia: quia etiam ſunt amara. ut corſicana: ſicut ĩ bucolicis diximus.

Ergo ubi uer nactæ ſudũ cãpoſq; patentes
Erũpunt portis cõcurritur ætherе in alto.
Fit ſonitus. magnũ mixtæ glomerãt in orbẽ.
Præcipitesq; cadunt. nõ denſior aere grando:
Nec de concuſſa tantũ pluit illice glandis
Ipſi per medias acies inſignibus alis
Ingentes animos anguſto in pectore uerſant.
Vſq; adeo obnixi nõ cedere dũ grauis aut hos
Aut hos uerſa fuga uictor dare terga ſubegit:
Hi motus animorũ atq; hæc certamina tanta
Puluеris exigui iactu compreſſa quieſcent
Verũ ubi ductores acie reuocaueris ambos.
Deterior qui uiſus eum ne prodigus obſit
Dede neci. melior uacua ſine regnet in aula.
Alter erit mãculis auro ſqualentibus ardens
Nã duo ſunt genera. hic melior ĩſignis & ore
Et rutilis clarus ſquamis. ille horridus alter
Deſidia latãq; trahens inglorius aluum.
Vt binę regum facies. ita corpora plæbis.
Nãq; aliæ turpes horrent: ceu puluere ab alto
Quũ uenit. & terrã ſicco ſpuit ore uiator
Aridus elucent aliæ. & fulgore coruſcant
Ardentes auro. & paribus lita corpora gutis
Hæc potior ſoboles. hinc cœli tẽpore certo:
Dulcia mella premes. nec tãtũ dulcia quantũ

AN.M. Nactæ inuenerunt. Ver ſudũ. i. ſiccũ quaſi ſine hudo ut ait Feſtus. Puluеris exigui iactu. Var. li. iii. ſic ait. Quæ crebrius inter ſe pugnãbũt: aſpgi eas opportet aqua mulſa. quo facto non mõ nõ deſiſtunt pugna. ſed etiã cõferciũt ſe lingẽtes &c. Prodigus cõſumptor. prodigere enim eſt cõſumere ut docet Feſtus. Vacua. altero. ſ. rege. pdigus

Aula. ea atriũ dicit aulizo aũt in aula hĩto. Alter erit maculis. Ariſtoteles li. v. ſic ait. Ducũ apiũ duo ſunt genera: Altrũ ſuluũ qđ pſtãtius ẽ: Alterũ nigrũ magiſq; uariũ. Magnitudo iis dupla q̃ cæteris nec unus i quoq; exaĩe dux: ſed plures. Pli. uero li. xi. ſic apiũ rex nõ uermiculus naſcit uti alie ſed ſtatĩ pẽniger. Reges plures incohãt nec deſũt. poſtea ex iis ſoboles quũ adulta eſſe cœpit cõcordi ſuffragio teterrimos necat ne diſtrahant agmina. Duo autem gña eorũ. melior niger uariuſq; oibus forma ſemp egregia: & duplo q̃ cæteris maior pennæ breuiores crura recta. ĩgreſſus celſior. ĩ frõte macula quodã diademate cãdicãs. multũ ẽt nitere a uulgo differũt apum re ges

illudq; cõſtat impatorẽ aculeo nõ uti. ſiqs alã ei detruncet nõ fugiat examẽ. Quũ proceſſere ſe quæq; pximã cupit eẽ & ĩ offõ cõſpici gaudet. feſſũ hũeris ſubleuãt. ualidius fatigatũ ex toto portãt ubicũq; ille ccedit. ibi cũctarũ caſtra ſunt: tunc oſtẽta faciũt priuata ac publica una deponentes in domibus tẽpliſue. ſedere ĩ ore ĩfãtis Platonis. tũc etiam uauitatem illã pdulcis eloqi portẽdentes. ſemp duce phenſo totũ tenetur. agmen amiſſo dilabit. migrãtq; ad alios: eſſe utiq; ſine rege non pñt. Inuitæ autem interimũt eos quũ plures fuere. potiuſq; naſcẽtiũ domos dirimũt. hæc Pli. Squalentibus. ſplendentibus. Ardẽs. lucens. Melior inſignis. In or ẽ Diaſtole. Ore. aſpectu & forma. Facies. eſt facies totius corporis forma dicta facies a factura corporis ut ait nonius. Aliæ turpes horrent. apes ſunt & ruſticæ ſyluеſtreſq; horridæ aſpectu multo iracundiores. ſed opere ac labore pſtãtes. Vrbanaq; duo gña optimæ breues uariæq; & in rotũditatẽ cõpactiles. Deteriores lõgæ & q bus ſimilitudo ueſperarũ. Etiã nõ deterrimæ ex iis piloſæ. In ponto ſunt q̃dã albæ: q̃ bis in menſe mella faciunt Pli. li. xi. Lita. i. illita ac diſtincta ſũt. Potior melior. Mella pmes.: Mellis cõficiẽdi tpa. ii. ſũt. Ver atq; autũnus: ſed uernũ ſuauius cãdidius oĩo pſtãtius autũnali ẽ auctor ariſtoteles li. ix. de aĩalibus. Sicuti. ãt duo cõficiendi tpa ita eximẽdi Colu. ãt li. x. ſcri. q; pacto ſolſtitio uſq; ad ortũ caniculæ. q fere dies. xxx. ſunt pariter frumẽta & ſaui demetũt: a canicula fere poſt diẽ. l. acturus oriẽt. Poſt arcturi exortũ circa æqnoctiũ libræ ſauoq; ſecũda ẽ exẽptio. Var. uero li. iii. ſcri. eé tria tpa eximẽdoq; ſauorũ de qbus inferius dicã ibi. ſ. Duo tpa meſſis.

CHRI. Ergo hic prætoriũ dixit quia regem ducem exercitum ponit. Clamoribus ſub. bombo. Erumpunt ut feroces milites: Cõcurrit: Fit ſonitus & cætera huiuſmodi miq; poetæ ĩgeniũ demonſtrant ut in re leuiſſima fortiſſimorũ exercituũ pugnã exp̃mat. Ipſi. quaſi dicat præter cæteros. nã em phaſim habet pronomẽ. Squalentibus ſplẽdẽtibus: De quo urebo dicet ĩ æneide: ubi melius cadit. In aula. Quia uocauerat regem.

SER. Liquida defæcata ſine ſordibus nã quæ fluũt mala ſunt. Durum hac.d.ſ.apta mulſo bene autẽ ait ſaporem: quia maiores uina aſperrima mellis dulcedine tẽperabant. Frigida tecta: Melle uacua ĩproſa. contra ſeruet opus Terẽ. Nimirũ hi homines frigent. Inſtabiles animos. ſuadẽs mane uagandi licentiam. Quiſq̃ ſubaudi miltum: aut quiſquã de exercitu. Altum iter: aut ludendo in altum uolare: aut in bella procedere.

Inuitent croceis halãtes floribus horti. Tã odoris optimi q̃ coloris. nõ.n.dicit debere ſed præcipit tales eſſe illic ſolum crocum eſſe debere. Heleſpontiaci ſeruet tutela priapi. Non dicit priapum illic eſſe hortos. ut mereã tur deum habere cuſtodem Hic autem priapus fuit de Lampſaco ciuitate Helleſponti: de qua pulſus propter uirilis membri magnitudinem poſt in nũerum deorum eſt receptus. meruit numen eẽ hortoꝝ De hoc Horatius. Nam fures extra coercet. Obſcœnoq; rubet porrectus ab inguine palus. Aſt importunas uolucres in uertice arundo Terret fixa. dicit autem præeſſe hortis propter eorum fœcunditatem Nam eũ alia terra ſemel creet aliquid. horti nunquã ſine fructu ſunt. Ipſe ſcilicet diligens ruſticus & cultor agrorum. Irriget. infundat. Imbres: aquas luuenalis. intenuis plantas facili diffundiur hauſtu.

Et liquida: & durũ bacchi domitura ſaporẽ.
At quũ incerta uolãt cœloq; examĩa ludunt:
Contemnũtq; fauos et frigida tecta relinquũt
Inſtabilis animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor. tu regib9 alas
Eripe: non illis quiſq̃ cunctantibus altum
Ire iter aut caſtris audebit uellere ſigna
Inuitent croceis halantes floribus horti:
Et cuſtos futum atq; auiũ cum falce ſaligna
Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi.
Ipſe thymum pinoſq; ferens de mõtibus altis
Tecta ſerat late circum cui talia curæ.
Ipſe labore manum duro terat ipſe feraces
Figat humo plãtas: & amicos irriget ĩbris
Atq; equidem extremo ni iã ſub fine laborũ

AN.M. Liquida pura. Durum bacchi domitura ſaporem. Ariſteus primus oĩum mel miſcuit uino ſuauitate p̃cipua ſit autem mulſum e muſto cũ
mulſum quinq; congiis auſteri muſti congio mellis & ſalis cyatho ſuferuefactis. Pli.li.xiiii. Ludo inani. deſt abludo, phibebis ĩnani tũc.n.nõ mellificãdi gratia exeũt. Vellere ſigna. a militibus ſumpta metapho ra illi.n.digreſſuri euellũt ſigna. Quiſquam ideſt aliqua apiũ. nã ut ſcribit Pli. Si quis alam regis de trũcit nõ fugiet examẽ. Quiſquã præterea & maſcu
Quiſq̃ lino & fœmĩo generi iũgitur. Ter in eu. Quãdoq dẽ illarũ neq; te qſquã nouit ubi notãdũ qſquã pro muliere dictũ. Helleſpontiaci pabuli fabulãtur antiqui filiũ Dionyſii ac Veneris priapum fuiſſe ducti uero ſatis ſimili coniectura. q; qui uino indulgeãt. ſunt natura ad uenerem p̃optiores. non ſolũ autẽ in urbium tẽplis ſed in agreſtibus quoq; locis tanq̃ uinearum atque hortorũ cuſtos colitur. fructuum fures caſtigans. huic deo ſa
priapus cra cum ludo & riſu fiebant. Diodorus libro quinto Priapus item portus eſt & urbs ad mare helleſpontĩ ſita: nomen habens a Priapo qui apud eos colebatur. hinc ab iunioribus in deum habitus eſt: nã Heſiodus priapum non nouit. Strabo libro decimotertio. Falce ſaligna. Pli.li.xix.capi. ſeptimo ſic ait hortoſque & foros tantum contra inuidentium faſcinationes dicari uidemus. remedio ſaturnica ſigna: hæc ille: Cur autem falx ſaturno detur libro ſecũdo georgicorum oſtẽdimus. Et Columella libro decimotertio de cultu hortorum ſic ait. Sed truncũ forte dolatum Arboris antiquæ numen uenerare Typhali Terribilis mẽbri medio qui ſemper in horto lugunibus puero, prædoni falce minetur. Diodorus autem ſcribit libro quinto q; hũc deũ quidã Thyphalum. alii thyphonem nominãt. dicitur autẽ præeſſe hortis ut ait Seruius propter eorũ fœcunditatẽ. horti enim
thymus nunquã ſine fructu ſunt. Thymũ hortis maxime. aluearia & apes conueniunt. res præcipui quæſtus quũ fauit harũ ergo cauſa oportet ſerere thymum apiaſtrũ roſã uiolas lilĩ cityſũ fabã papauer caſiã melilotũ meliſophyllũ cerinthen ſuapim. arbores item quæ proximæ ſeri conuenit: quæ & euolantiũ examina inuitent. nec longius abire patiantur. & geniſtas circunſeri aluearĩs gratiſſimũ: Plinius libro uigeſimoprimo capi. uigeſimoquarto. Thymũ. thymi duo genera. Candidũ radice lignoſa in collibus naſcens. quod & præfertur. alterũ nigri
us floriſque nigris præcordiis medetur ex aceto cũ melle: quæ potio datur & in alienatione mentis ac melancolicis. Plinius libro uigeſimoprimo. Varro autẽ libro tertio ſcribit Thymũ aptiſſimũ eſſe ad mellificiũ. ꝓpter hoc ſiculũ mel inquit fer parmã. q; ibi thymũ bonũ et frequens eſt. Et Colu. libro decimo ait: q; ſaporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima Thymbra ſerpillũq; & origanũ. Pinoſq; ferẽ. Cæras. enĩ ex omniũ arborũ ſatorũque floribus cõfingũt apes excepta. Rumice & Clenopde herbarũ hæc genera Pli. libro undecimo. Atque equidem excuſat ſe cur de hortis nõ ſcribat.

CHRI. Liquẽti pura & defæcata. Bacchi domitura ſaporẽ. nã uina durioris ſaporis melle concinãt. Fitq;
caramus mulſũ. qđ ariſtei inuẽtũ eẽ dicũt. Croceis. Croci ut referũt qui de herbis ſcribunt duplex genus eſt. Alius comunis q oriẽtalis dicit. alius hortulãus ĩfectiuus uocat qa ĩde ſericũ ĩficiũt. Caramiq; flos ẽ. Dicũt.n.caramũ herbã q̃ habet folia lõga diuiſa & ſpinoſa. thyrſum ãt lõgũ & ſpinoſũ in quo ſunt capita rotũda cũ flore croceo ſemẽ albũ oblõgũ & anguloſum: quo pſytacus auis paſcit. Hũc græce cincũ & gnincũ appellãt. ait Diaſcorides puto priorem illã ſpeciem apud priſcos nõ ita uulgo ſeri conſueuiſſe. ut ſequentibus deinde temporibus ſatam
ptiapus eẽ uidemus. Nam pauci qui de re agraria ſcripſerunt raro huius meminerunt. Corycium crocũ Diaſcorides cæteris præponit. Priapi. de hoc ita ait Strabo cum de Phrygia ſcribit. priapus portus eſt & urbs ad mare ſita ſi ue a Mileſiis ſiue a cizineis cõdita & nomẽ habẽt a Priapo qui apud eos colitur ſiue ex horneis: qui apud Corinthum ſunt nomen acceperint. ſiue Liberi patris & nymphæ filius dicatur. Homines profecti ad eum col ẽ,

dum moti sunt. Nã hæc regio & finitima Pariana & Lamplacena uineis abundant. Hic a iunioribus deus habitus est. nã Hesiodus Priapũ nõ nouit. Diodo. aũt siculus scribit: Hircũ ægyptii deificarũt: ut græci Priapum, ꝓpter eam corporis partẽ a qua sit omniũ ortus. nam pudẽdis nõ solũ ægyptii sed alii plures sacra faciunt tanq̃ causæ animantiũ generationis. Alio autẽ in loco idem ait Priapum Dionisii & Veneris filium fuisse uolunt physica quadã rõne: nam qui uino calent in uenerem proni efficiuntur. Alii dicunt uirile membrum priscos fabulose priapum appellasse. Nonnulli uolũt hoc membrum eo ꝙ generãdorum hominũ cã sit eẽ immortalitate donatum. Hæc Diodorus. Eusebius aũt pamphilus: Ait uim seminalẽ quæ in terrã descendit priapum esse: Cuius quod ad siccos pertinẽt fluctus bona dea: quod autem ad arbores Dionysius appellant. Ego uero puto iccirco hortoꝝ deũ putari: quia nulla agrorum species hortis feracior est.

Vela traham: & terris festinẽ aduertere prorã
Forsitan & pinguis hortos quæ cura colendi
Ornaret: canerem: biferiq̃ rosaria pẽsti.
Quoq̃ modo potis gauderent intiba riuis
Et uirides apio ripæ. tortusq̃ per herbam
Crescerent ĩ uentrẽ cucumeris. nec sero comãtẽ
Narcissum. aut flexi tacuissem uimen acãthi
Pallentesq̃ hederas: & amãtis littora myrtos
Nanq̃ sub œbaliæ memini me turribus altis
Qua niger humectat flauentia culta galesus

SER. Vela trahã: Protraherem. Et terris festinem aduertere proram illam allegoriã respicit: qua est usus in primo: Addes & primi lege littoris orã. Itẽ pelagoq̃ uolans da uela patenti. Festinem. Prosestinarẽ. Pinguis hortos: Fœcundos. Biseriq̃ rosaria pesti. Pestum oppidum est Calabriæ: i quo uno anno bis nascitur rosa. Crescceret in uentrem cucumis. incuruaturam. Idest ãt sic quia per herbã. Nã rectus crescit si pẽdeat: Sane hic cucumis huius cucumis declinat sicut agilis secundũ idoneos. Nam neoterici huius cucumeris dixerũt sicut puluis pulueris. Nec sero comãtẽ. narcissũ sero floreẽ habẽtẽ Oebaliæ turribus altis. Oebalia ipsa est laconia: Vnde de Castore & Polluce ait Statius: Oebalidæ fratres. Galesus. fluuius Calabriæ: qui iuxta ciuitatẽ labit Tarentinã: in qua se hortos optimos uidisse commemorat. Oebaliæ autẽ turres ait quas condiderant hi qui de Oebalia uenerat. Nam ut etiã in tertio æneidos diximus Lacones diu bello attriti ab athenienſibus & inopiã timẽtes uiroꝝ præceperunt ut uirgines cũ quibuscũq̃ cõcumberent: quo facto cũ post uictoriã iuuenes de incertis parẽtibus nati erubescerẽt originẽ suã: nã & partheniatæ. i. de uirginibus nati appellabant duce Paláto octauo ab Hercule nauigiis profecti uenerũt ad oppidũ Calabriæ: quod Taras Neptunni filius cõdiderat: & id auctum habitauerunt.

cucumis

Galesus

ANT. Vela trahã. a nautis ducta metaphora. ꝙ portui uicini aut littori uela cõtrahũt. Aduertere: appropiquare. Biseri pæsti. In Lucania pæstũ oppidũ ab Græcis Posidonia appellatũ a Dorensibus conditũ: ut plinius li. iii. & Solinus aiũt. Strabo itẽ li. v. sic ait: Hoc uero tpe sinus ipse pæstanus nuncupat uerũ urbs ipsa posidonia pæstũ uocat medio in sinu locata. utq̃ alii dicũt tãta ibi cœli indulgẽtia uiget. ꝙ bis in anno fructus quosdã & rosas ipsas producit. qđ qdẽ hic quoq̃ Maro oñdit. Intiba. de iis libro. i. g. Apio. de hoc ægloga. vi. Tortus cucumis Crescunt cucumes qua coguntur forma in Italia uirides & q̃minimi. in prouinciis maximi & citrini: aut nigri. si uas cũ aqua subiiciat a quatuor digitoꝝ interuallo descendũt ante postea diẽ. at si oleũ eo dẽ mõ sit in hamos curuant. quũ magnitudinẽ excessere pepones uocant. proueniũt & mali cotonei effigie: quos Melopeponas uocãt. non pendent ii: humi rotundantur. pli. li. xix. utq̃ ẽt ex li. xx. colligi põt: Cucumeres torti dicunt pepones rotũdi: Malopepones mellones. Narcissũ. uideto latius in alexi. Sera. ꝓsero ac diu. Acanthi. uideto in palæmone. Hederas. diximus ægloga. vii. Oebaliæ turribus. Tarenti intelligit: qđ oppidũ Lacedæmonii ædificauerũt: duce phalanto apollinis oraculo: ut latius Strabo libro. vi. edocuit: Oebalus autẽ arguli filius Laconicæ rex: de suo nomine, puinciã dixit ut scribit Dictis Cretensis in Troiana historia. Galesus. is ut Liuius li. v. de secundo bel. punico dixit: Calabriæ flumẽ est: Tarẽto ꝓximũ ꝓ quinq̃ passuum milia. Niger. cæruleus.

cucumeſ

pepones

Melo pepones

pestum

CHR. Pestũ. De hoc Strabo ita scribit ut ponat post Campaniã & terram samnitũ in picentinis. ait. n. adiacere Tyrrhenum picentinorum natio colit. Eorum pars modica picentinorum qui adriam habitant: quos romani posidoniatem in sinum colonos traduxere. Hoc uero tempore sinus ipse pestanus appellantur. Vrbs uero ipsa posidonia pestum uocatur. Quod autem florida sit regio plurimi poetæ testãtur qui pestanas rosas: pestanosque flores dicunt. Sic propertius: uidi ego odorati uictura rosaria pesti. Sub matutino cocta iacere noto. Intiba. Græcũ nomen quidam putant qua endiuia latine dicatur. arabice hundebe. plinius autem ait Intibam erraticam apud nos quidã ambulã appellant: in ægypto Cicoriũ uocant quod siluestre sit. Satiuum aut ferin. Et ifra quidã, ꝓpter singularẽ salubritatẽ chreston appellant alii pancration quod siluestre genus alii hedrimoda: Stephanus autem cicorion endebani intubã appellat. Virides apio ripæ. Quia in locis humidioribus uiuacius surgit apiũ ut ait Macer. Est apium dictũ quod apex hanc ferre solebat uictoris ueterum fieret dum more triũphus. arabice dicit Karphi græce selinon: Huius duo sunt genera: domesticũ & astreste: agrestis quinque sunt species aquaticũ. hydroselinon quod & macedonicũ dicitur & latine olixatrũ. Est & montanum oreselinon. Est & quarta species dictum a patria petroselinon. Quinta smirinõ. Est & apũ a ranis dictum uatrachion. Coronabant apio in conuiuiis. quia herba huiuscemodi ebrietatem arceri putabãt. Huius herbæ uirtus prima cale facit: secunda attenuat: & incidit: tertia prouocat urinã & mẽse muliebres. Valet ad tussim & ad uenena. Cucumis si cucumeres serantur semine per biduũ ante in lacte nullo macerato dulcioris sunt saporis. In italia uirides: & quã minimi: ĩ puinciis maximi & citrini. oleum oderũt. nam curuantur potius q̃ ad illud crescãt. aquam diligũt. itaq̃ modice distãtes etiam secti ad eas adrepũt. Columella docet quomodo toto ãno na

pæstum

apium

macedonicum

olixatrũ

cucumiſ

ſci poſſunt: ſe ſemen cucumeris herba: quæ culix dicitur trita maceretur: cucumeres inde nati carent ſemine. Quos autem florentini mellones appellat: eos antiqui a forma. longa atq; tenui ſinuata cucumeres anguinos dixerunt. Verum ut aliquid de fabula admiſceamus aiunt cephiſi fluuii qui per boetiã labit' & lyropes nymphæ Narciſſum filium fuiſſe adoleſcentulum omnium pulcherrimum. Hic cum forte in fonte ſui corporis imagi-
narciſſus nem conſpicit: illa captus: eſt: neq; unquam a fonte illam intuens diſcedere potuit: donec in florem ſui nominis conuerſus eſt. Fabulæ autem iſti huiuſcemodi ſenſum pofundiorem adhibet Orpheus. Sed de hoc dicemus in
Lilium quarto libro æneidos: cum de amore aliqua deſcribenda erũt. Narciſſius. Plinius de liliis hæc ait: Lilium impoſitum etiam roſas decet medio illarum prouentu incipiens. nec ullis florum excelſitas maior languido ſemp collo & non ſufficiente capitis oneri: candore foliis foris ſtriatis ab auguſtiis latitudinem paulatim ſe laxanti bus effigie calathi reſupinis per ambitum labris tenuiq; filo & ſemine ſtantibus in medio crocis. Eſt & flos nõ
cõuoluo diſſimilis illi in herba quã conuoluolum uocant naſcens per fruteta nullo odore nec croceis intus candorem tãlum
lum referens & ueluti rudimentum naturæ lilia facere condiſcentis. nil facundius una radice quingenos ſæpe emittẽte bullos. Eſt & rubens. lilium quod græci cirnon uocant: alii florẽ eius cynorodon. Sũt & purpurea lilia aliquãdo gemino caule carnoſiore tantum radice maiorifq; bulbi ſed unus: narciſſum uocãt. Huius alterũ gẽus flore cãdido calice purpureo. Differentia liliis eſt: & hæc ꝙ Narciſſus folia ĩ radice ſunt Flores autẽ narciſſus poſt arcturi ortum in ipſo autumno. Vnde dicit ſera comantem narciſſum. Dixi igitur de lilio & de narciſſo.

corycos SER. Coryciũ uidiſſe ſenem: cilica: Coricos. n. ciuitas eſt cyliciæ in qua antrum illud famoſũ pene ab oĩbus celebratũ. Et hic per tranſitũ tangit hiſtoriã memoratã a Suetonio pompeius. n. uictis pyratis cylicibus partim ibidẽ: partim ĩ Græcia: partim in Calabria agros dedit. Vñ Lucanus: An melius fiẽt piratæ magne coloni. Male autẽ quidã coryciũ propriũ eſſe aſſerũt: cũ ſit appellatiuũ eius qui more corycio horros excoluit. Quod etiã Pli. teſtimonio cõprobat'. Et hic ordo eſt memini ꝓprie uidiſſe coryciũ ſenem. Dicimus autẽ & memini uidere. Terẽtius Memini uidere quo æquior ſum Páphilo ſi ſe illam ĩ ſomnis. Relicti. deſerti atq; contempti. Quis. n. agrum non ſperneret nulli rei aptum nõ uitibus: aut frumẽtis uel paſcuis. Rarũ holus. i. plãtatile. Veſcũq; papauer. Quo ueſcimur. Nam eſt aliud lethæũ quo nõ utimur. Nã ueſcas ſalicũ frõdes aliter dictũ eſt. Regũ æquabat opes animis. ñ poteſtate: quia regũ more cibis non cõparatis utebatur. Frigore ſaxa. Vnus. n. eſt ut diximus effectus caloris & frigoris. Glacie curſus frænaret aquaꝝ. mira uarietas. nam ſupra ait Concreſcunt ſubitæ correnti in flumine cruſtæ. Aeſtatem increpitans ſeram: Tarde uenientẽ: cũ ille eius iã caperet fructus.

Corycium uidiſſe ſenem: cui pauca relicti
Iugera ruris erant nec fertilis illa iuuencis
Nec pecori oportũa ſeges: nec cõmoda baccho
Hic rarum tamen ĩ dumis holus albaq; circũ
Lilia uerbenaſq; premens ueſcũque papauer
Regũ æquabat opes animis: ſeraque reuertẽs
Nocte domũ dapibus mẽſas onerabat ĩeptis
Primus uere roſam atque autũno carpere póa
Et cũ triſtis hyems etiã nũc frigore ſaxa
Rumperet: & glacie curſus frenaret aquarum
Ille comam mollis iam tum tondebat acãthi
Aeſtatẽ increpitãs ſerã: zephyroſque morãtis.

ANTO. MAN. Corycium ſenem. Cilicem intelligi uult: ut Probus inquit. hoc eſt remigem piratarum. Pompeius enim: quum oppugnaret piratas: remigibus eorum promiſit agros: ſi uiciſſet eorum auxilio. quorum proditione uictor: Tarentinorum agros diuiſit. Eſt autem Coricos Mela teſte oppidum in Cilicia: ſupra quod ſpecus eſt nomine Corycius ſupra quam dici poſſit eximius. Seges. ideſt terra. Baccho. uitibus.

holus Rarum holus. quia rarum tranſponitur. Eſt autem holus unaqueque herba qua ueſcimur. Vtque ait Varro ab holla holera dicta: ibi enim decoquebantur. Verbenas. uideto in Pharmacentria ægloga. Veſcumque papauer. de papauere latius in Alexi ægloga. latiſſime tamen libro primo georgicorum. ibi. Et cereale papauer Veſcum. id minutum ſignificat teſte Nonio. poteſt tamen hic etiam quo ueſcimur exponi. ueſcebantur enim papauere ut ſuperius oſtendimus. Opes animis. Ait Seneca: In animo non in patrimonio putemus eſſe diuitias Animus eſt qui diuites facit. Carpere. carpebat. etiam nunc: hoc eſt adhuc. dicitur item etiamnum. Seram. tardius uenientem cum ipſe in hyeme roſas carperet & huiuſmodi. Zephyroſque moranti:. Libro. tertio georgicorum diximus zephyros in æſtatis principio flare: ibi uidelicet: At uero zephyris quum læta uocantibus æſtas.

CHR. Corycium. Cylicem in cylicia enim eſt corycum promontorium ultra quod ad ſtadia uiginti eſt antrũ
Coryciũ corycium: in quo crocus optimus naſcitur. Id autem eſt ingens quædã concauitas in orbem ducta: cui labrum petroſum ac ſatis altum circumadiacet. cum deſcenderis ſolum eſt inæquale & magna ex parte petroſum materia ſemper uirẽti plenum. Adiacens uero ſolum croco ſatum eſt: ait Strabo. Relicti. Deſtituti ab aliis propter ſterilitatem. Facit ergo hortum quæ eſt quarta ſpecies agriculturæ: cum neque aratorius eſſet ager ad fruges: quod genus in primo libro tractauit: Nec paſcuis idoneus neq; arboribus conſerendus: quæ duo in ſecundo & tertio libro tractata ſunt. Animis. nã opes tantæ non erant quantæ regibus ſunt: ſed ita illis paruis contentus degebat: ut reges ſuis magnis. Et per tranſitum oſtendit naturam paucis minimiſq; contentam eſſe. & in illis uitam beatam inueniri. modo cupiditates nimias coerceamus. Et laudat uitam pythagoream. qui ab omni animante abſtinebat Quod & Iuuenalis proſequitur. Viue bidentis amans & cuſtos pauperis horti. Vnde epulũ poſſis centum dare pythagoreis.

SER. Ergo apibus. Ne sine causa hortos descripsisse uideretur. Illi tiliæ atq; uberrima pinus. illi scilicet uberrima. Nam per naturam & tiliæ & pinus steriles esse dicuntur Seras ulmos: Maiores: quod nimiæ difficultatis est. In uersum: in ordinem: ut triplici pubes quam dardana uersu Impellunt. Distulit. trāstulit. nam permutauit præpositionem. Eduram pinum. Eduram nimium duram: ualidam. Et spinos iam pruna ferentes: prunorum arbor spinus uocatur genere masculino. Nam sentes has spinas dicimus. Spatiis exclusus iniquis. Angustis: ut spacioq; subit sergestus iniquo. Et dicit se carminis breuitate cōstrictum hortos plenius non posse describere. Aliis post commemoranda relinquo Gargilium Martialem significat. Naturas apibus quas iuppiter ipse. Addidit. Naturas pro moribus posuit. aut dedit significat: aut re uera addidit. Necesse enim ē eas etiam ante habuisse aliquos mores proprios. Pro qua mercede. Ordo est: Expediam naturas apū quæ canoros curetum sonitus crepitātiaq; æra secutæ. Cictæo cœli regem parare sub antro. Pro qua mercede: ideſt gratia uel labore. Solæ communis natos. Nam ut etiā Donatus dicit tragicum est: & ultra carmen georgicum: si accipiamus p q̄ra mercede exclamationem esse: ut sit pro quanta hoc mercede fecerūt: ut .s. louē alerēt: quē Ops Saturni uxor curetibus coribantibus & idæis dactylis custodiēdū dedit in monte cretæ dictæo: ne eū Saturnus consumeret: ut filios omnes solebat. Quod iō fingitur: quia saturnus ut diximus temporum deus est: quæ in se reuoluuntur ī æternum: tūc itaq; apes æris sonū secutæ louē melle aluisse dicunt pro quare eis postea præstitit iuppiter ut haberent liberos sine ullo concubitu. Solæ communis natos. Plato in libris quos περὶ πολιτείας .i. de republica scripsit: dicit a mori reipublicæ nihil esse præponendū. Oēs præterea & uxores & liberos ita nos tanquam cōmunes habere debere: ut charitas sit non libido confusa. Quod præceptum nullum dicitur præter apes seruare potuisse.

Ergo apibus fœtis idem atq; examine multo
Primus abūdare: & spumātia cogere pressis
Mella fauis: illi tiliæ atq; uberrima pinus:
Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat: totidem autuno matura tenebat.
Ille etiam seras inuersum distulit ulmos
Eduramq; pirum: & spinos iā pruna ferētes.
Iamq; ministrātem platanū potātib⁹ ūbras.
Verū hæc ipse equidē spatiis exclusus iniquis
Pretereo atq; aliis post cōmemorāda relinquo
Nūc age naturas apibus: quas iuppiter ipse
Addidit expediam: pro qua mercede canoros
Curetū sonitus crepitantiaque æra secutę
Dictæo cœli regem pauere sub antro.
Solæ cōmunis natos consortia tecta.

Memorem: Multa nomĩa actiue paſſiueq; ponunt. actiue dicimus ſis fœlix. nũerũq; leues quæcũq; laborẽ. i. ſis ꝓpitia ac da fœlicitatem paſſiue aũt. Viuite fœlices nõ ꝙ inferant aliis ſed ipſi accipiant. Sic formidoloſus & q̄ infert. & cui inferẽ formido Aliter ergo Terẽ. nimis formido doloſa es aliter Salu. ſemper illis aliena uirtus formidoloſa eſt. Sic memor actiue ponit. ut Dum memor ipſe mei. dũ ſpũs hos reget arctus. Paſſiue cum ait Hora. ſiue puer furẽs ĩpreſſit memorem dẽtibus notã. i. de qua illa meminerit. ſic nunc memorẽ iram. i. de qua meminiſſet iuno. Latio Plinius latium antiquũ a tyberi circeos uſq; ꝓducit deinde ad liri uſq; fluuium miturnenſium ꝓcediſſe ſcribit. Idem ſentit Solinus. unde a quo ænea. nam ipſe auctor generis latinienẽ. ait enĩ Euſebius de temporibus latinis quĩ poſtea romani nuncupati ſunt. poſt tertium annum captiuitatis troiæ ſeu ut qdam uolunt. poſt octauum regnauit æneas ãnis tribus. ante æneã Ianus ſaturnus. Picus. Faunus. Latinus ī italia regnauerũt circiter ãnis cẽtum qnquaginta. Hæc Euſebius. Verum ii populi qui ſub Iano. ſaturno. Pico ac fauno fuerũt: nõ latini. ſed ab origenes noĩati ſunt. Ipſe enim Dionyſius alycarnaſæus ãtiqtatis diligentiſſimus ſeruator latĩorum añ aduẽtũ æneæ nuſq; meminit. Et Liuius ait æneas aduerſus tãti belli terrorẽ ut animos aborigenũ ſibi cõciliaret: ne ſub eodẽ iure ſolum ſed ẽt noĩe oẽs eſſet latinos utranq; gentem appellauit & Strabo idẽ pene ſentit. Iuſtinus autẽ ī libro. xx. Quid latinos. populos qui ab æneæ cõditi uident. æneas igitur ut exemplum ſuæ clemẽtiæ populis nup. uictis ꝓberet. utq; ex duobus populis unum efficeret: utrũq; nõ ab auctore ſe ſed aut a latino aut a latio deuicto latinoſ dixit: remittẽs multum a iure ſuo qui licebat uel a patria troianos uel a ſe æneadas illos denominare. inſtituit ãt hoc impiũ æneas anno poſt nõdum cõditum uigeſimo ſupra quattuor milia. A bani patres. Nam aſcanius relicto lauinio ſuæ nouercæ albã lõgam cõdidit in qua ip ſi ſuiq; poſteri ſedes regiamq; habuerunt uſq; ad Romulũ romæ conditorem. iure igit patres romanorum albani dicẽtur. Regnauerũt aũt iſti reges ãnos circiter cẽtũ ac qnquaginta. Quo ãt tpe roma cõdita ſit: & q̃re roma uocata. mira inter ſcriptores uarietas apparet. Frequens tñ opinio eſt illã conditã a romo & remulo anno

pirimo.vii.olympiadis anno aũ post captum ilium secundo atq; trigesimo supra trecentesimum regnante athe
ns Charopo. Cephalon ãt gergithius uetustissimus scriptor illam conditam ponit secunda ætate post troianũ
bellum ab iis q exilio cum æneа seruati sunt a Romo æneæ filio. Idẽ pene Demagoras & Agathillus ponunt.
alii asserunt æneam q ex molossis uenit post ulyxem romam condidisse. & eam ab una ilesium mulierum quæ
Roma dicebatur romam denominasse. Hæc enim alias troianas mulieres: ut naues icẽderẽt. hortata est errores
grauiter ferẽs. aristoteles phũs scri. achiuos quosdam a troia reuectos tẽpestate in italiam compulsos eẽ. & quã
uis exacta hyeme inde enauigare decreuissent. tũ cõbustis nauibus ab iis quas captiuas adduxerãt mulieribus cõ
silium necessitate ipellẽte imutasse: & romã cõdidisse. Callias refert romam troianam mulierem quæ cum aliis
troianis uenerat nupsisse ab originum regi eusq; deinde filios urbem condidisse: & amare denominasse. Xena/
goras historicus refert Vlyxi ex Circe tres filios fuisse Romũ. Antium & ardeam q tres urbes condidere. & cõ
ditas a se denominauere Dionysius chalcidensis romum qdem conditorem ait fuisse: siue ascanii: siue Ema/
thionis filius fuerit. alii uolunt romam conditam fuisse a romo itali filio hæc igitur græci scribunt. Ex romanis
autem nullus scriptor uetustus est: Sed ex uetustis sermonibus seruatis in sacris tabulis nonnulli sumunt æneæ
filios fuisse Romum & Remulum romæ conditores. alii ex æneæ filia illos natos dicunt. & latino obsides da/
tos atq; ab eo sine filiis decedente hæredes regni relictos. alii dicunt ascanium successisse. & cum fratribus regnũ
diuisisse: ipmq; albã & alia opida romum uero capuam a pauo capy. Anchisẽ ab anchise & æneam quæ postea
ianiculum est uocata a patre. a se uero romam denominasse. hæc quodam tempore furit deserta. Sed sequentibus
deinde temporibus aduẽtãtibus colonis. quos albani sub romo & romulo duce miserunt antiqua constitutione
resumpsit. Vt duplex fuerit constitutio alia paulo post res troianas. alia qndecim ætatibus inferior. Antiochus
syracusanus tertiam ponit mullo antiquiorem regnãte in italia Morgete. Solinus autem refert Euandrum cũ in
italiam uẽisset oppidũ ibi in monte inuenisse. quã Valentiam latini appellauerant. Ergo ipse hanc ne nomen im
mutaret romam græco uocabulo dixit. Verius tĩ putant a romulo conditam romam eã q q̃drata dicta ẽ: eo qđ
æqlibra foret posita. Incipit a sylua q̃ est in ara apollinis: & ad supercilium scalarum Caci finiẽ: ubi tugurĩũ fuit
fastuli: in quo mansit Romulus. romulus auspicato fundamenta iecit dum de uiginti natus annos xi. chal. ma/
ias hora post secundam añ tertiã. ut ait. L. Tarũcius matematicus nobilissimus ioue in piscibus. Saturno uene/
re. marte & mercurio in scorpione. Sole in tauro. Luna in libra cõstitutis. Dies illa parilia habet. Obseruatumq;
ẽ deinceps ne qua hostia cederet parilibus: ut dies ille a sãguine purus esset. Musa. ab eo q ẽ μύειν. idest doce/
re dicitur. Vel παρατοιῶ. i. ingro nã omnim bonarũ artiũ illas inuentrices esse uolunt. Hesiodus. in sua theogo
nia musas a ioue esse creatas ait ex Menemosine. i. memoria. Nouem. n. noctes cũ illa ĩ pierio monte concubuis/
se fertur: Hinc nouẽ genitæ sunt musæ. q̃ a mõte ipso pierides appellantur. Vnde idẽ Hesiodus μοῦσαι ἐπιπιερίηθεν
dixit nomina autem his uersibas refert κλεἰω τεὐτερπῆτε θάλειάτε μέλ ποιένη τετέρψηχορη τερεπω τε πο
λυμνία τὐρανιη τε καλλιοπη ὅηλε πρόφερεςατη εσὶν απ ασέων. Anaximander lampascenus & Xeno/
phanes heraclepolites dicant poetas esse in tutela apolinis: qui lyra canit & nouem musarum in quarum medio
ipse residet. Et per apollinem humanam nocem intelligunt. quæ nouem instrumentis perficitur. Hæc autem
fulgẽtio teste: intelligunt quattuor anteriores dẽtes quorum siquis desit sibilus & non uox ex oreprouenit. Item
duo labia. Septima est lingua. Octauum palatum. quod græci uranion dicunt. quoniam sit ad formam cœli qui
uranos appellatur. qua ex re octaua musa dicitur urania. Nona est gutturis. pfunditas. per quam spiritus egredi
tur. Ego autem platoni libenter adhæreo. Ponit enim tantus philosophus diuini furoris genera quattuor: de qui/
bus alio fortasse in loco dicemus. Inter eos ponit poeticum. eumq; a musis. puenire monstrat. musas autem ap/
pellat cælestium sphærarum cantus. nã in libro de rep. singulis sphæris singulas sirenas appositas dicit motũ ip
sũ sphæræ: ac sonũ q̃ inde fit significans. Quapp octo spas octo musas. ac per illas cõcentum nonã ponit quã
qm̃ harmonia una est ex oĩbus suauissime cõposita. excellentissimam reliquas dixit Hesiodus. Ergo poesis a di
uino furore: furor a musis. musæ a ioue eodẽ platone teste, pueniunt. Sed de his alio in loco latius. Alcmeõ ac
nonnulli alii eas Cœli & terræ filias dicũt: Sed & de numero non oẽs idẽ sentiũt cum sint qui tres tantum pos/
nant musas sed ignobiliores nouum dicũt. Ait enim. Homerus Addit
etiam Diodorus q̃ non dicitur quia κλοσ gloria est. & poetæ ex laudibus q̃as aliis tribuũt & sibi ex illis ma
ximam gloriam uendicant. Euterpe quoniam ex bonis quæ ex illa doctrina, pueniunt non mediocrem uolupta/
tem capiant. Talia quod ad multum tempus floreãt poetæ θάλλειν. enim florere & germinare est Melepo ca
pient ex iis bonis quæ ex ea doctrina proueniant enim lector significat. Erato ab amore nomen acce
pit. quia amabiles suo carmine reddatur poetæ. polymnia quia in diuturna memoria sint. Vrania. quia fama
ac animi magnitudine cœlum ascendunt enim cœlum est. Calliope q̃ puchram reddeat uocem q̃ cæ
teris cantibus antecellat. Quo numine læso. Quid ue dolens. quasi stupeat. cum ignoret: aut quo numine læ
sa sit. aut propter quã rem doleat. & cur dea cum sit: substituerit in tot calamitates inicere uigẽ modo piũ sed
sed pietate pstãtẽ: cũ nulla uirtus acceptior diis imortalibus esse debeat. est. n. pietas q̃ quo oportet amore in pa/
triã ĩ parẽtes. ac in reliquos sãguine cõiunctos affecti sumus. Læso. lædere & offendere differũt. Lædit enim
q damnũ detrimẽtũ dolorẽ ue affert. Offendit uero qui ex dcõ facto ue stomachũ indignationẽq; commouet:
& si dãnũ nullũ iferat. Causas. i. efficiẽtes tã grauẽ irã: atq; sæuum odiũ. Cæterũ causas aristoteles quattuor
ponit efficiẽtẽ materialẽ: formale: ac finale. Quod ut expressius ĩtelligat ponamus iouis olympici simulachrum
& in eo requiremus cãs: inuenimusq; efficiente causã Phidiã esse atheniensem qui illud insculpsit. Materialem
uero ebur ex quo factum est formalem: aut imaginem louis quæ in ebore sit expressa: act postremo finalem. qa
nihil sit quod fin s alicuius gratia non fiat. ergo huius simulachri erit finis. ut appareat q̃ ioui sint co nsecrati lu
di olympiaci. Plato uero præter has quattuor exemplarem ponit & instrumentalem. Dicit autem eam id quod

Musa

Apollo inspirat mentes humanas

Vranos celũ ßt/ Inde Orania ex musarum

Est em pietas

Ledere offẽdere

id quod ex eo quod sit sequitur ut aliud fiat. Verum causa finalis dicitur causa causarum: nam propter finem reliquæ tres sunt. Neque est nunc quod prosequar quid inter se causa: elementum. & principium aut cõueniãt: aut differant: non enim ad hunc locum attinet talis inquisitio.

Quid ue dolens regina deũ tot uoluere casus
Insignem pietate uirum tot adire labores
Impulerit. tantæne animis cœlestibus iræ:
Vrbs antiqua fuit. tyrii tenuere coloni.
Carthago italiam contra tyberinaq; longe
Hostia: diues opum studiis asperrima belli.
Quam iuno fertur terris magis omibus unã
Posthabita coluisse samo: hic illius arma:
Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus eẽ.
Si qua fata sinant iam tum tẽditq; fouetq;
Progeniem sed enim troiano a sãguine duci
Audierat: tyrias olim quę uerteret arces:
Hinc populum late regem: belloq; superbũ.
Venturum excidio lybię: sic uoluere parcas.

SER. Tot uoluere casus. Hyppallage ẽ. i. pmutatio. ideſt uolui a tot casibus. Intelligitur enim uerba per contrarium. ut alibi. dare classibus austros. i. dare austros classibus. Insignẽ. p. nã patrẽ patriosque deos ab incendio liberauit. Ostendit igitur merito inuocasse musam: nam si pius: cur odio deoꝝ laborat Tantæ: non de qualitate sed de quantitate q̃ritur. Nimia enim ira est: q̃ non habet pietatis rõnẽ. Stoice ãt loqr̃. nã epicurei dicũt deos humana non curare. Et est exclamatio admirantis. Animis cele. qui oĩbus perturbationibus carere consueuerunt. Nã apud inferos est ira cum assint furiæ. Vrbs. ab orbe. qa Vrbs antiquitus in orbem fiebant urbes: uel ab urbo parte aratri nam sulco aratri designabantur. Antiqua f. Nam ante septuaginta annos urbis romæ condita erat quam Scipio deleuit: nam quæ nunc est a romanis condita fuit. Ergo antiqua cõparatione eius quæ nunc ẽ & rõa ãtiqor. Tyrii te. deest quã sic alibi: Est locus italiã grai cognomine dicũt. i. quam dicunt. Coloni. cultores aduenæ sunt. Italiam contra. Quoniam tria habẽt latera. s. maris superi: inferi: & alpium. ut discerneret addit tyberina littora. Longe. ualde Sal. lõge alia mihi mens est. Diues op. Absolute antiq dicebant diuites. nunc iungunt cuius rei ut dues equũ diues pictai uestis & auri. Studiis belli. Quod miraculum ẽ cũ ociosa sit semp opulentia. Studiis. & non studio. Teren. n. rebellauit contra romanos. Vult luno istis regna sortiri. Ferr̃. dicitur & artificio se in rebus fabulosis denegat suã fidẽ poeta. Posthabita. non neglecta sed hĩta ĩ secũdis ptibus amoris. Amabat n. samũ genitale solũ: sed magis carthaginẽ. Hic pro illic. & ẽ figura crebro ĩ usu. Arma. nã armata alibi ĩducit̃ ut ferro accincta uocat. Currus. aut uere currus quo ipsa in cœlo utit̃. uel thẽsaq̃ dicit̃ a ἔοτ. i. are diuina: & ẽ q̃ deoꝝ simulachra portanr̃. Fuit. quotiẽs sũt diuersorum numeroꝝ noia uerbũ respondet uicinori. Ergo si esset hic illius currus: hic arma dixisset fuerunt & nõ fuit: Si sint noia diuersorũ generum. adiecti uum respondet uicino ut uir mulierq; magna & nõ magnus: nisi transeat ad pluralem. nam tunc erit masculinũ: ut uir mulierq; magni. Qua. Vacat metri cã ut gẽtiũ locorum & tandem. Iã tũ. i. ab ipso edificationis pncipio. Tenditq; fouetq; . i. tẽdit & fouet ut regnũ eẽ possit. Duci. i ductũ iri: ut sit pfis tps pro futuro. Audierat a ioue uel a fratris. nã nõ oẽs dii futura sciũt. Quapropter & apollo q̃q̃ uates est a ioue accipit: ut Quæ phœbo pater oĩpotẽs mihi phœbus apollo pdixit. & pire audierat. Nã apud Enniũ iuppiter romanis, pmittit excidiũ carthaginis. Tyrias: Carthaginenses a tyriis cõditas. Olĩ ĩ futurũ. sed & pñs & pteritum significat Supbũ: nobilẽ. Excidio: ad excidiũ nota figura. Libyæ regionẽ pro urbe. Dcã ãt ẽ libya quia ide flat libs uẽtus. uel ut ait Var. quasi λειπ῀ρα. i. egẽs pluuiis Hinc Sal. Cœlo terra penuria aquarum. Voluere a filio dixit: Vna. n. loquit̃: Altera scribit tertia filia deducit. dicuntur parcæ per antiphrasin. ideſt contrarium sermonẽ qui a nemini parcant. Sic lucus cum non luceat: bellum q̃ nulla res bella in eo sit.

DO. Insignem p. i. deoꝝ cultorẽ & spectatæ uitæ. Quid ergo delinquenti feciſſet. cũ ita insectet̃ innoxiũ Ergo collige. Nam cũ irasci cã nõ sit. & nõ satiari ĩnumeris tormentis & grauissimis casibus probat illam esse sæuam. His dictis instruit hoĩes ad bonũ uiuẽdi rõnẽ. Bonũ. n. uirũ iustus dolor moueat. & tũ non sit ĩ ultione ĩmoderatus nec iustas iras diutius retineat. Vnde Salu. Et iniuria accepta ignoscere q̃ prosequi malebant. Tantæ ne a. admiratur hoc pœta cũ dii leues esse soleãt & misericordes q̃ reprehẽdatur in eis qđ ĩ hominibus displicet. Post inuocationẽ ãt nõ in adiumẽtũ carminis: sed in fauorẽ susceptũ ĩ operis positã cas. ẽnũerat: quibus lector in initio aduertat ad iunonẽ sæuã. & deos malo studio iunonis motos & æneã nõ sua culpa hæc esse passũ Vrbs an. pmam iunonis odiorum cãm dicit q̃ æneã ĩsectat̃. qm̃ ab eo gẽs oritura erat. q̃ ipiũ quod ipsa carthagini seruari cupiebat preptura ẽt. Volebat ergo si posset illũ extingui. igit̃ hæc sola cã satis erat ad fodia excitãda. Verũ aliæ quoq; enumerãtur. ut cũ sint, pcul a culpa æneæ & ipse purgetur & iunonis factio iigſſima cognoscatur. laudatur multipliciter carthago. ut ostendat̃ illa ro. ipiũ oppmere potuisse maxie ãnitẽt: Iunone. An tiqua non magna ut multi dicunt. sed prolapsi temporis: ut ãnositate corroborata imperium ro. nascens longe uis uiribus premeret. Coloni. ut, ppter incolas etiam aucta sit colonis. Italiam con. laus est a situ. Diues a fortuna. Studiisq; a natura & a moribus. ergo omnis erat occasio iunonis fauor. locorum proximitas substantia rei familiaris. bellatorum numerus fiducia naturalis. & innatum studium dimicandi. Posthabita. c. s. Tãta obstinatione cõtra ro. imperium nitebatur pro carthaginis opibus: ut omnibus terris & ipsi solo genitali illam prepoſuerit. & insignia sui numinis. & quicquid potuit ĩ ea collocauerit. Verteret. eam habet significationem: ut nihil post excidium supersit. Vnde alibi: quæ te genitor sẽtia uertit. ideſt penitus ita immutauerit ut nihil in illo pietatis relictum sit. Item. & omnis ĩmo uerti neptunia troia.

CHRI. Tot uo. c. fortasse nõ est hypallage. Nam quanuis a iunone impulsus sit ad multos casus. ille tamen

ſua ſapiẽtia & aĩ magnitudine potius uoluit caſus q̃ ab illis uolueret. Præſtantiſſimi enim uiri potius fortunã regunt q̃ ab alia regãtur. Vrbs an. Laudat carthaginẽ. ut oſtẽdatur nõ oĩo ſtultã rei perficiendæ ſpem ſuiſſe iunonis. Et ſumũt loci de probabili. quod põitur in cõſt tutione cõiecturali ẽ ſignum. & ſigni partes ſunt locus tempus. ſpatium. occaſio: ſpes pficiendi & ſpes celãdi. locus ergo idoneus dabit ſpem q̃ eſſet ꝓpinqua italiæ & oppoſita romæ. Erat ſpes perficiẽdi: quoniam & antiqua. & diues & populoſa. & bellicoſa. Ergo quanuis ẽt accenſa eſſet odio. nõ tñ ꝑceps cõſiliũ cœpiſſet: niſi fuiſſet ſpes pficiẽdi. Antiqua ergo corroborata uiribus opponebatur naſcenti. Sic inferius dolet q̃ urbs antiqua ruat multos domĩata p ãnos. Vrbs hãc deſignabãt ſulco ea ducebatur qua mœnia futura eſſẽt: Et cũ illuc pueniebatur: ubi eẽt futura porta. id ſpatiũ non ſignabatur ſulco ſed portabatur aratrum ne terram tãgeret. Vnde a portando portam dici uolunt. Ipſe alibi interea æneas urbem deſignat aratro. nã Cato ait cõditores urbiũ taurũ in dextram uaccã interius iũgebãt. ipſi ĩcincti ritu ſabĩ ideſt togæ parte caput uelati tenebant ſtiuam incuruã ut glebæ oẽs ĩtro ruerẽt. Vnde territorium quaſi terriboui um dictum eſt a tritu boũ & aratri. erant boues alibi. ut illo cãdore oſtẽderet ciues ſine eã labe opportere. Glebæ ĩternæ reiiciebantur: quoniam oĩs fertilitas in urbẽ ĩportãda ſit erãt ita boues iũcti ut uacca interior taurus exterior eſſet: qa mulieris ẽ quæ intra domum ſunt curare. Viri uero dextra. De hac re Ouidus in lib. faſtorum inde ꝑmens ſtiuam deſignat mœnia ſulco Alba iugum niueo cum boue uacca tulit. ſulcus aũt ille qui tic tunc imprimebatur teſte Pompeio Feſto primigenus dicebatur. Vomis aũt æneus adhibebat: ut refert Macrobius. Coloni. Noui & aliunde ꝓfecti habitatores urbiũ. Sed & agrũ alienũ q a cõditione arãt ut ptem fructuum capiant colonos appellãt q de re ruſtica ſcribunt Carthago cõdita ẽ. ut quidã uolunt. a Carchedone tyrio ut uero alii a Didone eius filia annis. cxliii. poſt troianũ bellũ. alii uero dicunt conditã a Didone anno mundi. lxxxx: ac cẽteſimo ſupra quattuor milia. Poſtremo uero ſunt qui uelint regnante auẽtino in latio poſt quattuor milia & trecẽtos ac quinquaginta mundi annos eã cõditã. Sed poeta ſuo iure hæc fingit. ait Euſebius. Samo. quã inſulam uehementer amabat. quoniã in ea adoleuit & ioui nupſit: & ut ſcribit Varro. parthenia prius eſt appellata. Itaq; antiquiſſimũ hẽt ibi templũ & ſimulachrũ habitu nubẽtis figũrarũ. & ſacra eius animaduerſaria nuptiarum ritu celebrãtur. ait Herodotus tẽpla Samũ habere pulcherrima omniũ quæ in græcia ſunt. Hic il. a. b. c. f. Repetitionẽ color rhetoricus. Dea tẽdit q. d. Iccirco audet niti cõtra fata quia dea eſt. Libyæ. pars tertia terrarum eſt quã latini africam noĩant græci dicunt libyam denoĩatam a libya Epaphi filia quæ Buſiridis mater fuit. Parcas quoniam uita humana initium habet progreſſum & finem hæc tria per tres parcas antiqui noĩauerũt. Noĩa q̃ ſũt apd græcos Clotho. lacheſis: & atropos. Cloto q̃ initium uitæ typũ hẽt colũ cũ pẽſo geſtat ut ſit ortus noſter qui materiam uiuẽdi ꝓbet. Lacheſis. uero filium ex pẽſo deducit. Id. n. ẽ tẽpus uiuẽdi quod ſortiti ſumus. Vnde & ipſa a λαγχάνω qd ẽ ſortior dicit. Tertia uero filium a lacheſi iã deductum abrũpit. & denotat mortẽ Vnde dicit Atropos quaſi ideſt ſine cõuerſiõe. quia ĩplacabilis eſt mors: & nulli parcit gellius aũt refert rebus fatis tria noĩa eẽ latina. & primum dici parcã a pariendo: ſecundam Nonam. Tertiam Decimã quia nono & decimo menſe partus maturi ſint. Celellius uero uindex parcarum ponit tria noĩa latina. Nonam. Decimam. & Mortam. producitq; liuii uerſũ. Quando dies aduenit quam ꝓfata eſt morta. has alii Demogorgonis ex chao filias dicunt. alii noctis. Alii quibus aſſentitur Marchus Tullius in libro de natura deorum Herebi. & noctis. has ait Heſiodus bona. & mala hominibus ſortiri.

Coloni

cartha/go

Samos

parcæ

Timor odium

SER. Id metuens. de futuro timor eſt. Odium de preſẽti Metuebat ergo Carthagini. Odium aũtẽ habebat propter cauſas ſequentes: & eſt de utroq; exemplum: Conueniunt quibus aut odium crudele tyrãni. aut metus acer erat. Veteris bel. Quantum ad Vergilium pertinet antiqui Si ad iunonem refe ras diu geſti. Tũc autem ad perſonam referendum ẽ cũ ipſa loquitur: quod ſi nulla perſona ſi ad poetã refertur. nũc ergo ueteris ex perſona poetæ intelligendum eſt: ſicut ipſe alibi Mirãtur dona æneæ: mirant iulum flagitantiſq; dei uultum. Partem ad ſe rettulit. partẽ ad tyros qui deum eſſe neſciebãt. Saturnia. Antonomaſia eſt: non eptiheton. quæ ſit quoties ens pro proprio nomine ponitur: quod poteſt eẽ cũ proprio nomine & epitheton dici. Primæ. atqui Hercules prior cõtra troianos pugnauit. unde modo prima princeps accipiendum eſt. Nam plærunq; poeta ſignificationẽ nominũ dat participiis. uel ecõtra: ut uoluẽtibus ãnis ſignificat. n. uolibilibus. hac licẽtia et in noĩe uſus ẽ: ut ꝑma ꝓncipe poneret ad troiã: et ad & apd accuſatiue ſũt ꝓpoſitiões: ſed apd ſæp ĩ loco ſignificat: ad & ĩ loco & ad locũ: ut ad quẽtũ iuno ſupplex his uocibus uſa ẽ Ci. ĩ uer. Decẽ ſiſcos ad ſenatorẽ quẽdã relictos. ltẽ ad Marcũ Leccã te hĩtare uelle dixiſti. Caris argis. illic. n. eã coli oĩbus no

Id metuens. ueteriſq; memor ſaturnia belli.
Prima quod ad troiã p caris geſſerat argis
Nec dũ etiam cauſæ irarũ ſeuiq; dolores.
Exciderãt animo. manet alta mente repoſtũ
Iudicium paridis: ſpretæq; iniuria formę:
Et genus inuiſũ. & rapti ganymedis honores
His accenſa ſuper. iactatos æquore toto
Troas reliquias danaũ: atq; ĩmitis achilli.
Arcebat longe latio: multoſq; per annos
Errabant acti fatis maria omina circum
Tantæ mollis erat romanam cõdere gentem
Vix conſpectu ſiculę telluris in altum.
Vela dabant lęti: & ſpumas ſalis ære ruebant

tũ ẽ.argos ãt ĩ numero ſingulari neutri gẽris ẽ.ut Hora.aptũ dicet equi argos ĩ plurali uero maſculini.ut hi argi.Cæterꝝ deriuatio nominis argiuos facit ñ argos: Cauſæ.rarꝝ nũc de ꝓteritis loquitur. Manet alta mente repoſtũ iudicium paridis in quo pro uenere alexander cõtra iouẽ mineruáꝫ iudicauit. Alta mente.Secreta recondita. Repoſtum autem ſyncopa eſt.Vnam enim e medio litteram uel ſyllabam tulit.Sed cum omnes ſermones aut integri ſint aut pathos habeant:hi qui pathos habent:ita ut lecti ſunt:debent poni:quod etiam Maro facit.Nam repoſtus & porgite de Ennio tranſtulit.Integris autem & ipſis utimur:& eorum exẽplo aliis.Spretæque iniuriam forme:epexegeſis eſt:Hoc enim fuit iudicium Paridis utque particula uacat:ſicut alio loco. Dixitque & prelia uoce diremit.Licet nonnulli ſeparent dicentes aliud eſſe.Nuſquam enim coniunctio põitur niſi ĩter duas res. Et ſpretæ formæ referũt ad Antigonem Laumedontis filiã:quã a Iunone propter formæ arrogantiam ĩ ciconiam cõſtat eſſe conuerſam. Et genus ĩuiſum:propter Dardanum electore pellicis,filium. Electra pellex fuit Iouis.ex qua Dardanus natus eſt.a quo troiani ducunt originem. Rapti.ſtuprati.ut eſt Rapta garamantide nympha.Item & raptas ſine more ſabinas. Ganymedis honores .Trois regis troianorum filii.Honores autem dixit ue ꝓpter miniſterium poculorum ad quod receptus eſt remota Hebe Iunonis filia:quæ Ioui bibere miniſtrabit:uel ob hoc ꝙ inter ſydera collocatus aquarii nomen accepit. His accenſa ſuper.iac.æ.t.ſuper is aut de his:aut ſuper metum carthaginis.his quoque accenſa. Reliquias.ut ſtet uerſus germinauit.l. Nã ĩ proſa reliquias dicimus. Atque immitis achil.Bene ſecundum Homerum ſegregauit ducem a populo. Sic æneas in ſecundo poſt omnium caſum Priami,ſeparauit interitum.ut Forſitam & priami fuerint quæ fata requiras. Immit eſt autem dixit etiam circa extinctum Hectorem crudelem. Achilli. propter de traxit ſ litteram.quæ plerunꝫ proſibilo habetur nõ ſolum neceſſitatis ſed etiam euphoniæ cauſa:ut Salu.A prĩcipio uerbis ad bellum Perſi macedonicum.Detrahitur autem ſ tertiæ declinationis genitiuo. Acti fatis:ſi odio Iunonis quomodo acti factis.ſed hoc ipſum Iunonis odium fatale eſt.Laborat enim Vergilius nil troianorum meritis ſed omnia fatis aſcribere.Eſt & alter ſenſus :Nam fatum uoluntatem legimus.ut Fatis Iunonis iniquæ: ut hic ĩtelligamus agebant fatis Iunonis ideſt uolũtate. Maria omnia circum.In fine accentum ponimus contra morem latinum:ſed corruptio hoc facit.Namꝫ præpoſitio poſtpoſita corrupta eſt ſine dubio. Tantæ molis erat.difficultatis: Romanam condere gentem.latenter oſtendit hinc odium Iunonis æneam pertuliſſe:ꝙ romanæ gentis auctor extabat. Vix.hoc loco mox ſignificat. E conſpectu:ut adhuc de ſicilia poſſent uideri. Læti uel alacres & ueloces.ut eſt Lætus eois eurus equis.Item & uirgea lætus pabula feſtinus.Et cum omni intentiõe uel re uera læti :quãquam in congruum ſit poſt anchiſæ mortem.Sed & interius ſenum minus dolet.& magis lætos intelligendum eſt.ut ſit iunoni cauſa maioris iracundiæ.Sic enim & in ſeptimo.iraſcitur ubi lætum æneam ſiculo proſpexit ab uſꝫ pachyno. Salis.maris ſecundum Homerum.Salem autem quo utimur ſingulari numero tantum dicimus:cum iocos ſignificamus.pluralem tantum ponimus numerum ſecundum Lucanum.qui ait:Non ſoliti luſere ſales.Aliquando autem & urbanitatem per ſingularem numerum ſignificamus. ut Terrentius Qui habet ſal quod in te eſt.ideſt quæ res in te eſt.Maſculini enim generis eſt nõ neutri.& neutri. & neutra triptota ſunt.nec ab hoc accuſatiuo nominatiuus eſſe poſt hoc ſale. Sal Sales

DONA. Id metuens.ut firmat primã fuiſſe principalem cauſam.incipit dicere alias. Timet ergo ne troiani ab excidio liberati uel uires aduerſus græcos reparent.uel in italia conſiſtentes carthagini officiant Artificioſe deinde aliam cauſam addit iudicium paridis.& unam iniuriam facit duplicem.ſ.quod offenſa ſe ĩ eo iudicio ꝙ minori ſit poſtpoſita.& ꝙ ſit ſpreta forma ſuam.quia in pomo ſcriptum erat Pulchriori detur. Hoc maxime uexat mulieres. Hanc igitur partem ſatiat Vergilium.cum dicit Manet alta mente repoſtum iudicium paridis. ſpretæꝫ iniuria formæ .Vt non tantum iraſcitur quod uicta eſt.quantum quod forma ſua ſit ſpreta. Manet ergo ad omnia pertinet. Repoſtum autem ad iudicium Paridis. Iudicium .ſ.corruptũ libidinis premio. Paridis ut conuitium ſit non hominis nomen.ſ.quaſi abiecti uenalis.uulgaris.& inhoneſte.Falluntur autem qui referunt iniuria formæ ad Antigonem.Vnde addit Et genus inuiſum .ut ad principalem cauſam gentis æſtus redduceret Ganymedis:Qui turpiter amatus eſt a ioue.Eſt autem fœdum hoc loco aliquid intelligere de zodiaco in quo Ganymedes dicitur collocatus .ne infames inter ſancta ſydera ſint collocat i & ſentiamus id quod poeta non dixit .Oſtendit omnes has cauſas eſſe alienas ab Aenea. Atque ut poſterius dictas oſtendere incidentes ait. His ac.ſu.ideſt ſuper illam quæ fuit ob excidium carthagines. Vix e conſpectu.A ſeptimo anno incipit narrationem.ut priora reſeruet ad conuiuium Didonis. Iactatos æquore.hæc omnia ad exeprimendam Iunonis iniquitatem pertinent.ut oſtendat excidium carthaginis ſolam cauſam fuiſſe .ne ipſa miſeretur.nec deſereret intentionem ſuam.quæ cognoſcens non poſſe expugnare fata.cupiebat ſaltem illos arcere. quos ad plenum ſuperare non poterat. Non miſerebatur igitur ut iactatos toto æquore.& eos qui ex infinito numero ad paucos redacti eſſent .quos e manibus ſæuiſſimorum hoſtium fortuna ſeruauerant. inſidiis aſſiduis obterreret

Reliquias danaum.magna crudelitas quæ nullis cladibus ſatiari poterat.Laus autem æneæ magna quod de ſolis reliquiis troianorum imperium Romanorum condere potuerit.Ergo ni fata obſtaſſent .patriam integris opibus defendiſſe.cum in aliena terra imperium condiderit. Acti fatis.Ideſt ipſi qui fatis agebantuur ĩ italia.errabant Iunonis inimicitiis. Tantæ molis.Non fiunt ſine magno labore magna. Laudatur autem æneas qui illo labore nulla diuturnitate ex erroris deſiſtebat ab incepto. Vix læti.Vtrunꝫ temperat.Nam læti erãt quod eſſent propinqui italiæ:ſed morte Anchiſæ contriſtari uix erant læti.

CHRI. Id metuent.Nam hæc eſt prima cauſa.reliquæ ſunt acceſſoriæ. Veteris.ac ſi diceret imperfecti operis.Hoc alibi ipſa dolens ait.Non capti potuere capi.& paulopoſt. Me ne inceptis deſiſtere uictam. Vel memor belli.ideſt iniuriarum.ob quas bellum ſuſceperat. Saturnia. Quaſi dicat crudelis.ut a

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Saturno esse se ostendat. Dicitur autem Iuno a iunando: sed quoniam in hoc loco troianos non iuuare sed lædere conatur, optimus uates illam a *Saturno* stella noxia denominare maluit. Cæterum poetæ cum eam physica q̃dam ratione describunt: terram intelligunt. Hæc pulchre ostendit Dionisius ac Eusebius & Varro. Quapropter hac ratione ipsam deam regnorum nominant: quia hæc terrena sunt atque omnis contentio inter mortales de terrarum possessione est. Capitur autem a Marone allegorice pro ambitione quæ est cupiditas regnandi & imperandi. Huius deæ simulachrum ligneũ apud samios ubi apprime colebatur fuisse refert Callimachus: Iunonẽ prisci uoluerunt esse nuptialem uiri ac fœminæ coniunctionem. Quapropter illi sacrificantes bilem ab hostia semouebant: ac iuxta aram infodiebant: ut ostenderent sine ira & odio & amaritudine matrimonium esse oportere. Iunonis autem & latonæ potestatem sic iungunt: Quod Iuno terra sic: Latona nox. Nam obliuio ex nocte p somnum fit. Nox autem est terræ umbra. Matrimonii uero finis procreatio est. idest a tenebris ad solis lumino progressio. Dicunt autem Ioui Iunone irata & ab eo dissidente mœstum Iouem ab Alabecmene indigna doctum ut alteram ducere simularet. Quapropter ille ex quercu mulierebre simulachrum composuit: nuptiasq; præparauit: ad quas tritonides nymphæ & uniuersa boetia conueniebat. Quare cõmota Iuno a citherone descendit. & platensium mulierum turba sequente ad Iouem peruenit. simulationeq; patefacta illi summa cum lætitia reconciliata ẽ. Simulachro autem quod dedalon appellarunt: Iunonis gratia festa dædala instituta sunt. Iunoni præterea omnium mensium calendæ dicatæ sunt. Vnde illi duodecim aras instituunt. Causæ irarũ. Iniuriæ. Iniuria enim irã gignit: quæ est accensio sanguinis ad ulciscendum. Dolores. Qui & ipsi ab iniuriis nascuntur. Ait Diodorus mulieres diopolitanas siue thebanas quæ in ægypto sunt: Nam diopolis thebe est pharmacum aduersus iram & mœrorẽ inuenisse. Animo. Mente. i memoria: ut manet alta mente repostum iudicium paridis. iactatos æquore arcebat. Oĩbus ex locis Iunonem inuidia onerat: pathosq; cõmouet. In hoc aũt loco citat a modo: ut ipse alibi Altaria ad ipsa tremẽtem Traxit. & in multo lapsantẽ sanguine nati. Sic demosthenes se pulsatum cothurno queritur: in quo erat contumelia. Nam non solum iniuria ex se spectatur. sed ẽt modus inferendæ iniuriæ. Iniuria est q̃ arceret italia. Modus autem quod arceret crudelissime illos poĩa maria iactando. & ut magis illius odiũ insatiabile ostendat dixit troianos nõ itegros & florẽtes in patria: in quos posset citari aliqua iuidia: sed miseros atq; infœlices: & q ex græcorum presertim Achillis crudelitate superfuerãt. q nõ solũ uenia: sed ẽt cõmiseratiõe digni essent eoq; magis quod iã tãdiu ĩ eos sæuierat. ut iã omnis ira satiata esse potuisse. Læti: capiebãt lætitiã propter propinquitatem italiæ: quæ res magis Iunonem incendebat. Nam ex inimicorum lætitia dolẽt inimici. Caris: Sic & apud Homerũ loquit̃ H

Iuno

Iudiciũ paridis. De Paride: Ganymede atq; aliis troianis dicemus suo loco. Hic ad ea quæ dicit Donatus addã ĩgeniosissime poetã nostrũ cũ causas quæ Iunonẽ excitabãt poneret ita narrare uoluisse: ut ipsa si adesset nararet. Nã ut ait Cicero: a natura & usu non est recedendum. Non ergo ratione habuit temporum: sed si irata Iuno loqueret: semper ea prima proferret quibus magis premeretur. & quia nihil grauius accidit reginæ: q̃ postponi minoribus nihilq; molestius fœminæ q̃ in iudicio formæ succumbere: iudiciũ in quo utrũq; incommodum est prius dixit. Deinde molestius in secundo loco erat. Electrã uiro suo potitã q̃ Ganymedẽ filiæ ĩ munere succedere. Forma a græco est p trãspositionẽ litterarũ. Illi enim μορφην nos formam dicimus est autem forma propter quam aliquid quod non erat. esse incipit. Nã ebur Phidiæ Iouis simulachrũ nõ erat. sed postquã addita est ad materiã forma cepit eẽ simulachrũ. Ergo quia dat essentiam & pulchritudinem. forma pro ipsa pulchritudine capitur. His accensa supra. Aduerbium est ĩ hoc loco super secũdũ Priscianum. Danaum. græcorũ a Danao antiquissimo rege fratre Aegypti. qui reliquo ægypti regno fratri in græcia nauigauit. argosq; uenit. & nomẽ genti dedit. Ait autẽ Plinius hũc primum naui nauigasse. cũ antea homines ratibus ab Erithra ĩ mari rubro institutis uterent. Eusebius ita scribit. ægyptus quæ prius acria dicebat. ab Aegypto ibi regnante nomen accepit. cui datũ est regnũ eiecto Danao. qui in græcia argos occupauit ac aquis abundata facit. Achilles. Dictus est quasi ἀνευχείλου. i. sine octo: quoniam illum Chiron ita educasset herbis bacciscq; siluestribus. ut nullum cibum coctum gustaret. Vnde Euphorion octa Eiσ

Forma

Danaus ægyptio achilles

Errabant. A recto cursu uagabantur. aliquando pectare. Item pasci. ut Mille meæ siculæ errant in montibus agnæ. Tantæ molis. Tanti ponderis. idest difficultatis. Lege allegorias nostras. & inuenies quid proprie uelit. Tãtæ molis. Epiphonema est. quæ rei enarratæ uel probatæ summa acclamatio. Sic Cicero: Facere enim probus adolescens periculose q̃ ppeti turpiter maluit: Vix e cõspectu siculæ telluris in altum Vale dabant læti. erat adeo intenta his rebus Iuno ut uix nauigare inceperint. cum animaduertit. Et spumas salis ære ruebant. idest aruã ruẽdo spumosam reddebãt.

Errare

SER. Cum iuno æternum seruans sub pectore uul. De præterito dolorem dixit: de futuro metum ad utrum que uulnus rettulit. Hæc secum. Subaudi locutas deest. enim Et hoc fictum est. ut superius diximus. Vnde. n. hoc sciret poeta. bene ãt ĩpatiẽtiã doloris ostendit detrahẽdo ei solatia. ut in quarto solam inducit Didonem. En quid ego. rursus ne procos. irrisa priores. Me ne. Ne non ua

Cũ iuno æternũ seruans sub pectore uulnus
Hæc secũ me ne incepto desistere uictam
Nec posse italia teucrorum auertere regem.
Quippe uetor fatis: pallas ne exurere classem
Argiuum: atq; ipsos potuit submergere põto
Vnius ob noxam: & furias aiacis oilei.
Ipsa iouis rapidũ iaculata e nubibus ignem
Disiecitq; rates: euertitq; equora uentis
Illum expirantem transfixo pectore flãmas
Turbine corripuit: scopuloq; infixit acuto
Ast ego quæ diuum incedo regina: iouisq;

Et soror & cõiunx una cũ gente tot annos
Bella gero: & quisquã numẽ iunonis adoret.
Prẽterea: aut supplex aris imponit honorẽ
Talia flammato secũ dea corde uolutans

cat significat enim ergo. & est coniuntio rationalis. Incepto desistere. tolerabilius est enim non inchoare. q̃ incepta deserere. Nec posse italia teucrorũ auertere regem. Sic & ī. vii. Vincor ab ænea. Et detraxit more suo prouinciæ præpositionẽ. Non enim dixit de italia. sed italia. Quippe ueror fa. Reuera inqt fata me prohibent: ergo Iuno ignorat uim fatorum Sed hoc non possumus dicere: quia superius lectum est: Si qua fata sinant. & progeniem troiano a sanguine duci. Audierat. hoc ergo est. Omnes rex hominum aut ex nostra uoluntate descendunt. ut putasedere. surgere: aut ex fati necessitate: utputa nasci: mori. aut ex deorum uoluntate. utputa nauigare: uel honoribus frui. Nunc de nauigatione agitur: & bene inuidiose: quasi etiam huius rei potestatem ei possint fata detrahere. Est & alter latẽs sensus. ut speret reginam contra exulem fata posse aliquid: si minerua numen inferius ualuit contra fata uictorum.

Pallas ne. minerua .idest ab hastæ concussione: uel q̃ pallantem gigantem occiderit. Classem. Ad inuidiam posuit: ut pro una naui classem dicat. Sic Venus nauibus infandum missis: cum Orontis sola periisset. Aut re uera unam nauem significat: ut Horatius me uel extremos numidarum in agros classe releget. Classis enim dicta est ideſt a lignis: unde & calores dicuntur qui militibus lignа portant: & Potuit: ad illud refertur: quod supra dixit: Nec posse. Vnius ob noxam. In istis sermonibus unius illius ipsius naturaliter media producitur syllaba: sed cum opus est corripitur hac excusatione: quod quotiens uocalem longam uocalis sequitur: ei uires detrahit: ut est Insulæ ionio in magno: Et subilione: quod quotiens uocalem longam uocalis sequitur: ei uires detrahit: ut est Insulæ ionio in magno: Et subilio furias aiacis oilei. amorem: ut in bucolicis seu quicunque furor. Oilei. non uacat nam & duo Aiaces fuerũt: & ambo furuerunt: sed ira Telamonis: hic amore. & est græca figura si dicamus Aeneas Anchisæ: & subaudiamus filius Hac autem figura utimur circa patres & circa maritos tantum ut Vergilius Deiphœbi glaucia. ideſt filia. Item Hectoris andromache. ideſt. uxor. Ipsa Bene dulcis: est enim propria manu quesita uindicta. Vnde plus dolet Iuno alienis uiribus se uti. ut Aeoli: ut iferiorum: sicut ipsa Flectere si nequeo superos acherõta mouebo. Rapidum: uelocem: ut est Cum rapidus sol mundum hyemẽ contingit equis. Iam præterea ætas. Item Rapidi ue potentia solis. Iaculata. ī libris etruscorum lectum est. iactus fulminum manibus dici. & certa esse numina polsidentia fulminum iactus. ut iouem Vulcanum & Mineruam. Vnde cauendum est: ne aliis hæc numinibus demus. E nubibus. Secundum physicos qui dicunt collisione nubium fulmen creari. Rates. Abusiue naues. nam proprie rates sunt connexæ inuicem trabes. Illum. auctorem. s. criminis. Expirantem flammas. Non animam dicit flammas. sed cum anima fulminis flammam euomentem. ut superius Pleno nomini adiecit opum. ideſt diues opum. Sic hic uerbo cum plenum expirat. addit flammas. ut alio loco Confixi expirant animas. Turbine. uolubilitate uentorum. Scopulo. Saxo eminenti. Scopulus autem a speculando dictus ẽ. aut a tegmento nauium .Contigerunt autem ista circa phareum montem euboeæ. Ast ego. nunc comparat singula. & ne leue esset quod dixerat ego. addidit deorum regina. Sic Salustius Nos autẽ: hoc est Populus Ro. Incedo. Incedere proprie est nobilium personarum louisque & soror & coniunx. Physici Iouem ætherem. ideſt ignem uolunt intelligi. Iunonem uero aerem. Et quoniam tenuitate hæc elementa paria sunt. dixerunt esse germana. Sed quoniam iuno hoc est aer subiectus est igni. ideſt ioui iure superpositio elemento mariti traditum nomen est. Iouem autem a iuuando dixerunt. Nulla enim res sic fouet omnia quemadmodũ calor. Tot annos. Licenter in istos locutionibus & accusatiuo utimur & ablatiuo. Dicimus enim & tota nocte legi & totam noctem legi. Honestior autem locutio est per accusatiuum. Et quisquã. non troianorum sed omnium generaliter. Prætera. postea. ut Prætera uidit nec portitor orci Amplius abiectam passus transire paludem. Talia flammato. Quod superius intermiserat. nunc reddit. Nam dixerat superius Hæc secũ. & mox ait Volutant. ideſt cogitant. Nimborum. Nimbi nunc uentos significant plerunq; nubes & pluuias. Ergo prout locus fuerit intelligendum est. Proprie tamen dicuntur nimbi repentinæ & præcipites pluuiæ nam pluuias uocamus lentas & iuges.

Pallas
Classis
Noxia
Noxa
Rates
Scopulus
Incedere
Nimbi pluuia

DONA. Cum iuno. æ. i. s. p. u. Aduertens Iuno troianos de proximitate italiæ laborare. recrudescebat uulnus: Et excusat ab inuentione nocendi. & a loco & tpe sic suos dolores intimis sensibus enumerat. Mene Compo nit summa arte quales habere debuerit cogitationes carens inuentione ad noceneum & inducto qualitatis statu per exempla aliena inuenta consilia enumerat. Et comparat personam suam cum persona mineruæ. & troianorum & græcorum & inimicitiarũ causas. Me ne. Emphisim habet pronomen & magnum dicendi pondus. quod infra apperuit: cum dicit. Ast ego quæ diuum incedo regia. iouisq; Et soror & coniunx. Inceptis desistere uictã: incepta sunt animorum destinationes. Salu. Nã talia incepta nõ cõsultorum uertissent rerũ pestem factura. Dolet igitur itentionem suam sine effectu defecisse. nec superesse nocendi consilium uel tempus. Et quia bonorum est icepta deserere si aut prece flectantur. aut sponte ignoscat. ofidit utranque occasionem perdidisse. & incidisse in ludibrium. s. supata discederet. Regem. i. si perdere nõ potui. debui supare teucrorum regẽ. Italia. ideſt ab italia. Sic Alibi Bellum ingens gerat italia. ergo si non poterat perdere saltem disiungeret ab italia. & si omnes non perirent. saltem id obtineret iuxta unum æneam. cuius stirpi deberi scribet imperium Romanum. Quippe uetor fatis. Ergo magis debuit uetari Minerua fatis græcorum. Pallas ne. Quæ non esset tanti meriti aut potestatis. Exurere classem. Comparatio pœnarum. Minerua potuit naues græcorum & ipsos exurere: ego unum, ab italia arcere non posui. Exurere, urere est aliquid lædere incendio. Exurere est penitus abo-

ere incendio. Confirmat autem poeta soli æneæ deberi imperium cum de ipso solo laboret Iuno. Illum expirantem. Illa propter unum plurimos perdidit. ego a plurimis offensa unum ab italia arcere non possum. Et quod auget dolorem ostendit Mineruam minorem deam Iouis fulmine uti potuisse: Et in pœnam delicti defendat auctorem. Si ergo ille iniuste grauissimum pertulit supplicium: multo magis eius socii. Defendit autem culpam in amorem reiciens: & utitur uenia infatu. Factum enim quod manifestum est non purgatur nisi dicat non erat suæ mentis nec sui consilii Aiax: sed furore amoris trahabatur. Nam quicquid fit per pathos: non ascribitur homini. Diuiecitq; rates. Ne si alicui contigisset euadere. haberet nauigandi subsidium. Euertitq; æquora uentis. Alieno est usa imperio. Nam Iouis fulmen arripuit: & Neptuni imperium. Habuit enim potestatem in uento qui alieno subiecti sunt imperio. Illum emphasim pronomen habet quasi temerarium: inconsideratū: sacrilegium. prophanum: qui in templo deæ uirginis: ante aras in conspectu numinis regiam sacerdotem intactam uiolauit. Pectore. quo uulnus omnino lœthale esset. Turbie corripuit. Nam aliter infigi non poterat & ostendit uim iræ in tanto impulsu. Volut infigi scopulo: ne ad littus deueniens saltem sepulturam acquireret

Ast ego quæ diuum incedo regina: iouisq; Et soror & coniunx. Declarat quid illud sit: Ast ego: scilicet quæ omni genere rerum Mineruam supero. Sum enim regina: Sum soror & coniunx Iouis: Vnde deberem ab eo qui frater est & maritus omnia impetrare. Vna cum gente tot annos. Cum minerua uno ictu potuerit. Praterea. In medio posuit: & bis est repetenda. Flammato superius dicit accensa: sed plus est flammato p. Vt ostẽdat quãtum accreuerit ira ex comparatione Mineruæ Nocendi autem consilium de Mineruæ exemplo cœpit. p̃ sertim cum troianos uideret nauigantes.

CHRI Cum iuno æternum. De hac dea deq; Iuno alio loco dicetur. Quare autem troianis inimica implacabilis fingatur: nos in nostris disputationibus chamaldulensibus. in quibus sex primos libros secundum allegoriam interpretati sumus: diligenter expressimus. Nam cum iuno dea regnorum sit. iureq; possit pro cupiditate imperandi & pro omni ambitione capi: Quid est quod egregium uirum ab italia. ideſt a contemplatione diuinarum rerum in qua est summum bonum magis amouere possit. Sed hæc & reliqua omnia in eo loco intelli

intrroga tio ges. Mene. Hoc iratorum est. ut principia orationis habeant abrupta & præcipitata. clausulas breues: & uerba subtrahant: & ab interrogatione incipiant: cui uix alter q̃ quod uolunt responderi possit. Hæc omnia in illa terrentiana deprehenduntur. Ego ne illam quæ illum quæ me quæ non. Præterea non possunt explicare a principio id quod postquam iram euomuerunt facilius exprimunt. Itaque a principio dixit. me: nec potuit explicare quid oneris habeat me. Explicauit autem postquam in oratione debacchata euomerat irã. & se non nihil collegerat: Ast ego quæ diuum incedo regina iouisque Et soror & coniunx. Pallas exurere classem. Hæc latine

pallas minerua Minerua dicitur. quam non solum lanificii ac multarum muliebrium artium deam esse uolunt. sed ipsius quoq; sapientiæ. Aiuntque non ex muliere conceptam esse. sed ex capite Iouis ortam. Est ergo fabula Iouem cum Iunonem sterilem uideret. ut liberos haberet. sæpius concussio capite Mineruam edidisse. Per quod ostendunt nulla admixtione rerum humanarum aut corporearum ab ipso deo nobis sapientiam prouenire. Et re uera hebeti omnino ingenio ille erit qui sapientiam quæ intelligentiam scientiamque amplectitur: ex corporum commixtionem nobis prouenire opinetur. Ipsa enim ex intellectu siue potius intelligentia: quæ pura simplex in corpore aque est prouenit. Cicero in libro de natura deorum quinque mineruas ponit. Primam quæ Apollinis mater fuerit. Secundam ortam Nilo: quam ægyptii colunt. Tertiam quæ sit ex Iouis capite. Quartam Iouis & Coryphes Oceani filiæ filiam: quam arcades Corian uocant. & quadrigarum inuentricem ferunt Quintam ex Pallante natam: quæ patrem suum Pallantem dicitur interemisse: quia uirginitatem suam sibi uiolare uellet: Huic pennarum talaria assignant. Græci Mineruam athenam ducunt: a qua dictæ sint athenæ urbs: de qua re in georgicis dictum est. Minerua lanificium & textruram appetit. & numeros atque illorum figuras. Hanc Vulcanus adamauit uxoremque petiit. Verum cum illa concubitum refugeret. semen in terram fluxit natusq; inde est Erichthonius: sic dictus a terra in qua natus est. quæ χθὼν græce dicitur: & a contentione que inter Vulcanum & ipsam fuit. quæ græce ερις dicitur Pallas ꝓterea appellatur. uel a Pallante eius parente interfecto: uel a cõcussione hastæ. Nam παλλειν concutere est. Appellatur etiam Tritonia a tritone africæ palude. Apud quam ut scribit augustinus: regnãte Ogygio apparuit. Fuit autem cecrops: quo regnante ab athena ideſt Minerua athenæ denoiatæ sunt anno mundi quinquagesimo supra tria milia ac sexcẽtos: quo tempore moyses ex egypto populũ eduxit Herodo. autem ait ĩ africa maclyes esse populos iuxta quos Triton sit fluuius. ex quo fit tritonis

Triton tritonia palus ex qua dicunt Neptunnum Mineruam suscepisse: Sed cum pater illi quandoq; succensuisset: se Ioui adoptandam dedit. Hinc uirgines singulis annis sacra facientes in duas acies diuiduntur: ac lapidibus fustibusq; inter se decertant: & si qua ĩ pugna occubuerit. ea pseudoparthenos. i. nõ uera uirgo appellatur. Ante autẽ quã pugnam ineant: pulcherrimã omniũ ex iis corinthia galea & tota armatura græca ornatam curru imponunt illi lamq; paludem lustrantem sequuntur. Cretenses tamen ĩ creta Tritonem fluuium esse dicunt: & apud illius fontem ex Ioue natã affirmat. ibique illius templũ ostendunt. Addit Diodorus siculus Mineruam in Tritone flumine natam ab Ammone coniuge Rheæ aduersus illam custodem positam filio quem ex amalthea susceperat. ipsaq; perpetuam uirginitatem seruasse. & propter animi solertiam multas artes inuenisse. & in bello plurimũ

Alcida ualuisse: atq; alcidam bæluamq; quæ ignem uomens omnia inflammaret ingenio ac uiribus interemisse. Dicunt hanc bæluam primum in phrygia apparuisse. quæ ex hoc combusta uacatur. deinde in taurum montem conuersam cuncta nemora ꝑpetuo tenore ad indos usque incẽdio consumpsisse. Deide p phœniciã cõuersã ac libani syluis exustis p ægyptũ ĩ libyã trãsisse usq; ad pisperũ. ibiq; ĩ ceraunis siluis oĩa cremãtẽ oẽs mortales aut pdidisse aut ĩ fugã uertisse. donec pallas eã pdiderit. Aegyptii uero Mineruã ætherẽ eẽ iterpretant & Iouis filiã uolũt ac uirginẽ. qa ather naturã sp incorruptam habeat. Sed ut ad rẽ redeã: Ex cõparatione maxie crescit indignatio ac dolor. est autem duplex comparatio & ad personam & ad rem. Dolet enim primum q̃ Pallas minor

dea non prohibita sit quin se de hoste ulciscereturIpsa uero maior dea prohibeatur. Ad rem autē pertinet q̄ multo minus flagitium fuit quod commisit Aiax in Palladem q̄ quod troiani in se. Vnius obnoxam. Nescio an Seruii sententiam uera sit. Illud scio minime obseruari. Nam noxa frequēter pro pœna ponitur: Sed in iure ciuili de uerborum significatione scriptū est noxe appellatione omne dilectum contineri. Ouidius. Inuidiam noxæ continet ille meæ. & alibi. Nocte nocent potæ sine noxa luce bibuntur. Noxia adiectiuum potius est. nam noxios. & innoxios dicimus. Furias. Inualidat causam quæ non fuerit per ratiocinationem. sed per impulsionem scilicet per uim amoris. Verum de furiis amoris latius in quarto disputabitur. Aiacis oili. Proilei per synæresim. Et posuit datiuum græcum pro genitiuo latino. Alibi in datiuo dixit: ut Orphi calliopea lino formosus apollo: ubi est orphei pro orpheo. Oilus rex locrocum fuit. Ignem iouis. Potuit ut se ulciscereturalienis uti armis. Cæterum fulmen secundum physicos est uapor ignitus compactus & solidus impetuose cadens. Gignitē ex uapore grosso ex cōtrariis & diuersis composito uehemēti calore inflammato & uentorum nubiumq̄ cōtusione impulso: & quasi lapis igneus sit de concauitate nubis deorum per uiolentia pulso. Raro cadit in frigidissima hyeme: quia propter frigus uapor in aere non gignitur. Raro etiam in uehementi æstae quia ꝓpter siccitatem & subtilitatem' aeris uaporis in nubibus non aggregantur. sed calore consumuntur. Eadem ratione ī partibus orbis aut calidissimis aut frigidissimis rariora cadunt. Et in ea parte italiæ: quæ a septentrione ad meridiē discedit: crebriora apparent. Ergo in uere & autunno uapores multi eleuantur. & condensantur & ignescunt. Prisci fulmen quibusdam sacris alliciebant non sine periculo. Nam hostilius rex cum eliceret cum omni regia crematus est. Etruscorum litteræ teste Plinio nouem deos fulmina emittere dicunt: eaque esse undecim generum sed Iouem tria emittere. Romani duo tantum statuerunt. diurna quæ Ioue & nocturna quæ Sumano tribuunt. De sumano meminit Plautus. Refert aristoteles tria esse genera fulminum: Vnum quod adurit. Alterum quod quia humidum est. non urit. sed quæ tangit. nigra reddit. Tertium est clarum & miræ naturæ. Nam uinum effundit intactis uasis. Aliquando facto uase ita obstupescit uinum. ut per tres dies non fluuat. Aurum in sacis & uasa argentea in capsulis ita liquefacit. ut sacci capsulæque integræ maneant. comburunt corpora intactis uestibus. Martia romana muliere grauida icta fulmina partu exanimato illæsa permansit. Propter hanc triplicem naturam trisulcum fingitur a poetis fulmen. Refert lacron cæterorum deorum manubias albas nigrasq̄ esse. Iouis uero rubras. Huius rei haud ignarus Horatius de ioue dixit. Et rubenti dextra ,sacras iaculatus arces Disiecitq̄ rates euertitq̄ æquora uentis. Exaggerat rem quod illa propter unius scelus multos ulta est Exornat autem locum colore rhetorico: qui ē similiter desinens: scilicet auertere: exurere: summergere. Turbine corripuit. Vi uentorum in circuitum se notante. & quæque prosternente. Plinius autem ponit repentinos flatus. qui exhalente terra cooriuntur. & nubium cute obducta multiplices existunt. Inter hos enumerat typhonem & turbinem. Ac turbinem eum dicit: qui maiore depressæ nubis specu erumpit: sed minus lato q̄ procella: nec sine fragore proxima quæque prosternit. Si idem ardentior fuerit prester uocatur amburens cuncta pariter ac proterens. Ab hac circulari reuolutione turbinem dicunt lat ni ludum puerorum: quem græci trochon. nuncupant. Ipse alibi. Ceu quondam torto uolitans sub uerbere turbo. Scopulo .s. saxo euboico Quisquam adorat. Interrogatio quæ simplex quandoq̄ est. ut Sed uos qui tandem. Aliquando figurata: cum non scitandi sed istandi gratia fit: Cicero. Quid enim tuus ille tubero districtus gladius in acie pharsalica agebatur. Item quousq̄ Catilina abuteris patientia nostra. Nam magis ardet q̄ si dicamus diutius abuteris. Interrogamus etiam quod negari non possit: Cic. Dixit ne tandem. C. figulanus facula. Item ubi difficilis est responsio. ut uulgo dicimus quomodo potest hoc fieri. Item inuidiæ gratia. ut Medea Quas peti tersas urbes. Aut miserationes ut Vergi. Hem quæ me inquit. tellus quæ me æquora possunt accipere. Conuenit itidem indignationi ut hic. Quisquam numen iu. a. Item admirationi. ut Quid non mortalia pectora cogis improbe amor.

Noxa
Noxia
Flumen
Turbo

SER. Loca fœta. Nunc plena. ut alio loco Fœta armis. Sciēdum est autem dici fœtam & grauidam & partu liberatam. ut Fecerat & uiridi fœtam mauortis in antro Enixam autem eam fuisse lac quod pueris præstabatur ostendit. Item fœtam in illo loco grauidam ostendit. Non insueta grauis tentabunt pabula fœta. ergo quia fœta medium seruo est. bene hoc loco epitheto discreuit dicens grauis fœta. ut bonum facinus & malū facinus dicimus: & bonum uenenum & malum uenenum.

Fœta

Nimborū ī patriā loca fœta furētib9 austris
Aeoliam uenit: hic uasto rex eolus antro
Luctantes uentos tempestatesq̄ sonoras
Imperio premit: ac uinclis & carcere frænat
Illi indignantes magno cum murmure mōtis
Circū claustra fremūt: celsa sedet æolus arce.
Sceptra tenens: mollitq̄ animos: & tēperat iras
Ni faciant: maria ac terras cœlūq̄ profundū.
Quippe ferāt rapidi secū: uerrantq̄ per auras
Sed pater omnipotens speluncis abdit atris
Hoc metuēs molemq̄ & mōtes insuper altos

Austris: Figure est celebrata apud Vergilium. ut est species pro genere. Legerat apud ennium furentibus uentis. sed quasi asperum fugit. & posuit austris pro uentis. Aeoliam uenit. nouem insulæ q̄ sunt post fretum siciliæ appellantur æoliæ ab æolo rege Hippotæ filii. licet & habeant propria nomina. Vnde Vergilius ait Aeollam liperim Poetæ quidem fingunt hunc esse regem uentorum. Sed ut Varro dixit. rex fuit insularum. ex aquarum nebulis & fumo uulcaniæ insulæ prædicens futura flabra uentorum ab imperitis usus est uentos sua potestate retinet. Hic Illic. ut superius. Hic currus. fuit. Vasto antro. Physica ratione hoc fingit poeta. Naturale enim est. ut loca concaua plena sint uētis. Luctantes elaborantes egredi. Sonoras. grauisonas. & ē tempestatis epitheton. Ordo aūt talis est. Aeolus luctātes uentos & tēpestas sonoras uasto.

Aeoliæ Insulæ

antropremit. Ac uinclis & carcere frenat. Trans/
ſlatio eſt per poeticam licentiam facta. Carcere: car
Carcer cer eſt undecũq; phibemur exire dictus quaſi arcer
Carce/ ab arcendo. Locum autem in quo ſeruant noxii car
res cerem dicimus numero tãtũ ſingulari. Vñ uero erũ/
punt quadrigæ: carceres dicimus numero tantũ plu
rali: licet plerunq; uſurpet poeta. ut eſt Ruuntq; ef/
fuſi carcere currus. Illi indignantes Hic apte oñdit
quid ſit luctantes. Magno cum mur.m. Nõ circũ
montis clauſtra: ſed cum magno montis murmure fremebant. ſic fremebãt: ut etiam antra poſſent ſonare.

Impoſuit: regẽmq; dedit qui fœdere certo
Et premere: & laxas ſciret dare iuſſus habẽas
At quẽ tum iuno ſuplex his uocibus uſa eſt.
Aeolẽ nãq; tibi diuum pater atq; hoium rex

Celſa arce. Secundum quod ſuperius diximus. Venti enim melius deprehenduntur ex alto. Sedet. non ocia
tur: ſed curat: Apud antiquos enim ſedet conſiderat ſignificabãt: ut alio loco ait Turnus ſecreta ualle ſedebat.
Mollitq; animos. Ideſt uentos αοβ Ἀψὶ ἀνέτον: ut alibi. Quantum ignis animæque ualent. Et Horatius:
Impellunt anime lintea thraciæ. Mollit autem ideo dixit: ut per tranſitum oſtenderet uitia naturæ nulla rat/
tione mutari: ſed mitigari aliquatenus poſſe. Maria ac terras cœlumque profundum. Atqui quattuor elemẽ
ta ſunt terra: mare: aer. æther. Sed hoc loco rite prætermiſit ætherem. quia uenti nõ turbant ſuperiora: ut ait Lu
canus. Pacem ſumma tenent: Sed aut terras: aut maria aut aerem. Nam cœlum hoc loco pro aere poſuit: ut Lu
cretius: In hoc cœlo qui dicitur aer. Eerant. ideſt auferant: & eſt aphæreſis. Rapidi. ueloces ut ſupra. Ver
tantque. Vertere eſt trahere a rete quod uerriculum dicitur. Eſt autem principalitas uerbi uerro uerris præteri/
tum uerſi: unde fit participium uerſus. Hinc alibi: Et uerſa puluis inſcribitur haſta. i. tracta. Hoc metuens.
Timens: ergo Iuppiter timet non ſibi: ſed elementis: ne turbentur eruptione uentorum: ut ſi dicas bellorum tem
pore uirum fortem timere: non ſibi ſed liberis ſuis. Molemq; & montis. Idem molem montis & eſt figura ut
una res in duas diuidat metri cauſa interpoſita coniunctione: ut alibi. Pateris libamus & auro. ideſt pateris au/
Fœdus reis. Federe. modo lege. modo pace quæ ſit inter dimicantes. Fœdus autem dictum: uel a fœcialibus. ideſt ſa
cerdotibus per quos fiunt fœdera: uel a porca fœde lacerata. ideſt lapidibus cæſa: ut ipſi alibi: Et cæſa iungebat
fœdera porca. Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas permanſit in tranſlatione: iuſſus autem hoc po/
ſuit: quia ſuo nihil facit imperio. Nam tolle hoc: & maior eſt omnibus diis: ſi ad eius uoluntatem poſſint ele/
menta confundi: ut ipſe ælous Mihi iuſſa capeſcere fas eſt. Simul & uentorum oſtenditur uis: quibus parum fue
rat montem ſuperponi: niſi & regem acciperent: qui ipſe quoque alieno pareret imperio. Ad quem: pro apud
quem. ut ſupra. Aeole. rhetoricum eſt in omni petitione hoc obſeruare: ut poſſit præſtari quod petitur. ideſt
ut ſit poſſibilitas: & ſit res iuſta: ut habeat modum petitio. ut ſequatur remuneratio. Et ſciendum ſecundum hũc
ordinem omnes petitiones formare Vergilius ut in hoc loco poſſibilitas eſt: Et mulcere dedit fluctus & tolle
re uento iuſta petitio eſt Gens inimica mihi. Omne enim quod contra inimicos perimus: iuſtum eſt: modus eſt
petitionis. Et diſſice corpora ponto. Remuneratio. Sũt mihi bis ſeptem. Ordo eſt: Aeole ſcute uim uentis. & eſt
figura parentheſis. Inter parentheſim & ecclypſim hoc intereſt: quia parentheſis eſt quotiens remota de medio
ſententia integer ſermo perdurat. Penum nanque eſt æole incute uim uentis. Item æneas rapidum ad naues præ
mittit achatem. Ecclypſis autem eſt quotiens remotis interpoſitis deeſt aliquid. ut Quos ego. ideſt enĩ aſtligã.
Diuum pater atq; hominum rex. Periphaſis eſt. ideſt circum locutio.

DONA. Nimborum in patriam. Habet rationem perſonæ non reginæ. ſed iratæ quæ occaſionem nolit
omittere loci & temporis. Nam ſi rationem reginæ haberet. mitteret aliquem qui æolo iuberet. Sed quia manda
ta. niſi ipſa adeſſet. poterant aut negligentius agi aut differri. & ſic præteriret nocendi occaſio. miſit perſonam
reginæ. Et ſic mouet poeta per nos ipſos agendum. quod rectius curari uolumus. & inferiori perſonæ exhiben/
dum honorem. ſi illa indigemus. Nam gratatur ſibi a potiore eſſe delatum. Cætera ſignificant uentos cauis ter
ræ oriri. Supplex. Non quia ſupplicantis uerba ſit locuta. ſed quia uenit. Aeole. omnia in hac oratione fatia
ta ſunt ſummo artificio. Incipit a nomine quod nec iunonem humilem facit. & æolo gratum eſt. Oſtendit enim
ſe illi beniuolam cum norit nomen. Et ipſe lætatur ſe potiori notum. perindeq; acceptum atque carum. ergo
captat beniuolentiam Iuno. Facit item attentum. cum inde coniiciat æolus officium ſuum Iunoni eſſe neceſſa/
rium. cum ſubtiliter intellexiſſet habere in uẽtos pleniſſimam poteſtatem. Diuum pater. Ne arrogantem face
ret Iunonem. ſi dixiſſet maritus & frater. ut ſupra cum locuta eſt ſecum. ergo hic ſatius fuit id intelligi poſſe q̃
dici. Ne autem prolixior eſſet futura oratio. ipſa occulte ſibi proponit quæ excuſationis cauſa potuiſſet æolus
opponere. & illis reſpondet ulterius accedi poſſit. & ne negaret æolus uentos eſſe in poteſtate ſua preuenit oſtẽ
dens plenam illum a Ioue in eos habere poteſtatem.

æoliæ insulæ CHRI. Aeoliam. Aeoliæ inter ſiciliam & italiam inſulæ ſunt. Hæ in commentariis Seruii nouem eſſe di/
cuntur. In quo numero librariorum errorem eſſe putant. Nam Pli. atque Stra. optimi geographi ſeptem ponũt.
Has græci a Vulcano qui ab illis Ἥφεστος uocatur epheſtiades: dicunt. Latini ab eodem deo uulcanias no/
minant. Nomina ſingulorũ etiam extant. Nam prima dicta eſt lipara a Liparo auſonii filio. qui italia fratribus
pulſus illic uenit eius filiam æolus uxorem duxit. & regno ſucceſſit. Lipara olim longina nominata eſt. Hiera
ſecunda eſt olim theraria dicta. Collem habet nocturnas euomentem flammas. Tertia ſtrongile apprime igni/
ta ſi futurus eſt auſter. caliginem euomit. ſi Zephirus. fumum mixtum igni. Quarta Dydime. Quinta ericuſſa.
Sexta Phenicuſa. Septima euonymos. Ptolæmeus circa ſiciliam ponit has inſulas Dydime. Iceſie. Ericodes.
phœnicodes. Vulcani inſula. lipara euonymos. ſtrongyle. uſtica. oſteodes. phorbantia. æguſa & hierapacania
æoli inſula. Auſtris. uentis ſpecies pro genere ponitur. Eſt autem uentus ut placet Ariſtoteli in meteoris. ua
Venti por ſiccus a terra reſolutus cum aliqua uirtute cæleſti compoſitus. Auerrois ait uentum uaporem eſſe frigi-

gidũ & siccũ ex terris & aquis p̃ calorẽ resolutũ: qui aerẽ uehemẽter ipellit. Dictus ẽ aũt uentus a ueniendo: qa nõ stat sed uenit: Vel a uehementia q̃ in illo est qua terrã ac cœlũ cõturbat. maria cõcitat. Sũt autẽ quattuor uenti a quattuor mundi partibus. Sed singuli ĩ ternos diuidunt. Ergo ab oriẽte æquinoctalia subsolanus ẽ. Sed ad septentrionẽ habet uulturnũ a uoluendis nubibus dictũ. Ad meridiem eurũ sic dictũ quia late flat. Hi sunt calidi & sicci. quia sub sole diu morant. & ut placet. Auerroi ĩ ortu diei sunt salubres: qa ueniunt ab aere temperato. Hinc flumina ad oriẽtẽ labẽtia salubriora sunt: qa orientaliũ uentorũ occursu & solis orientalis reuerberatu pur gant & tenuiores fiunt. Ab occasu æquinoctiali Fauonius est dictus quod faueat q̃ nascunt. Huic circius est ad septentrionẽ: zephirus ad austrũ. Sũt isti tẽperate frigidi & humidi: qa sol paruã facit morã in occidẽte. ꝓpterea q̃ nec multũ calefacit illos: nec multũ desiccat. In fine diei salubres sunt: quia sole tũc subtiliores redduntur. A meridie auctor est dictus qđ hauriat aquas. Huic ad orientẽ notus est: q̃ græce sic dicit ab humore. Africus ad occidẽtẽ. Calidi humidiq̃ nubes pluuiasq̃ inducũt: aerẽ densum: fulmineũq̃ reddũt. Citãt tẽpestates marinas Impediunt uirtute animales: & grauitatem corpori afferũt. Ait. n. Hippocrates ꝙ grauãt auditũ & caput: Humores dissoluunt: & ad exteriora trahũt. sensus grauitatẽ faciũt. bile corrũpũt. & in recidiuam morbos trahunt. Aperiũt tũ poros terræ & germina ꝓducunt. A septẽtrione boreas ẽ. Huic ad oriẽtẽ aquilo surgit. Ad occasum Aperiũt tũ poros terræ & germina ꝓducunt. A septẽtrione boreas ẽ. Huic ad oriẽtẽ aquilo surgit. Ad occasum chorus. Hi uenti frigidi sunt & sicci. Vnde corpora ĩdurãt: poros constringunt. humores purificãt: Spiritus subtiliores reddunt. Vim decoquẽdi & retinẽdi corroborãt: Masculos teste aristotele ꝓducunt quẽadmodum austri fœminas. Nec me fugit priscos quattuor dũtaxat uẽtos a quattuor mũdi partibus flãtes noĩasse. Vnde plures nõ meminit homerus. Deinde additos fuisse singulis singulos ut eẽnt octo. Postremo alios quattuor ut sint. xii. Præterea idẽ uenti diuersis noĩbus uocant. Nã eurũ uulturnũ appellãt: & subsolanũ amphelioteẽ: Africum lybin nominãt. Poetice tñ ipsi uenti astrei & auroræ filii dicunt. qui a lunone pp natũ Epaphũ. ut ait Lactanti us: concitati a ioue repressi sunt. Theodontius ait illos a furiis commotos. sed a ioue hortatu litigii cœlo pulsos. Et cum oĩa in diuersa traherent a ioue æolo subiectos fuisse. Aeolos. æolo Hellenis frater. Mimas filius æolus fuit. Ex hoc & Menallipa natus est hippotes. Hic aliũ æolũ genuit qui arné suscepit ex qua Neptũnus boetũ genuit: Vẽq̃ pater illam ex neptunno grauidã nõ credens. hospiti metapõtio abducẽda tradidit. At illa æolum & boetum pepit. quos metapõtius ex oraculo adoptauit. Ipsi aũt uiri facti metapõti tyrranidem occuparũt. Metapõtiiq̃ uxorẽ autolidem. quia arnæ matri eorũ aduersabat interemerunt. Quod cum ægre ferret. Metapõtius. sumpta arna matre abierũt. Et æolus quidem ad eas insulas tyrrheni maris. quas a se æolias noĩauit emigrauit. Hæc Diodo. Alii scribunt hunc æolũ regẽ uentorum fuisse fi. Iouis ex Sergesta hippote troiani filia. Et habuit secundum Homerũ. vi. filios totidemq̃ filias. quos matrimonio illis copulauit Hoc interpretantur. quia. xii. uẽti sunt. quorum. vi. terrã disponũt. ut uires suas emittat. & sex illam ad suscipiendam preparãt. Temperat. nõ penitus tollit q̃ naturalia sunt. Cice. ad. Qu. fratrem Neq̃ ego hoc contendo quod fortasse tum ĩ omni natura. Laxus
tum in nostra ætate difficile est mutare animum. & si quid est penitus insitum subito euellere. Atris. obscuris. Lassus
Laxas remissas. p̃ x scribitur. Lassus autem defessus. Sed lapsus a labor laberis est. Habenas. Lora sunt fre habena
no alligata quæ manibus habemus ut equum regamus. ergo ab habendo.

Et mulcere dedit fluctus: & tollere uento.
Gens inimica mihi tyrrhenũ nauigat æquor
Ilium in italiam portans uictosq̃ penates.
Incute uim uentis: sũmersasq̃ obrue puppes
Aut age diuersas. & dissice corpora ponto
Sũt mihi bis septẽ præstãti corpe nymphæ.
Quarũ quæ forma pulcherrima deiopeiam
Connubio iungã stabili propriãq̃ dicabo:
Omnes ut tecũ meritis pro talibus annos
Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus hæc contra. tuus o regina quid optes
Explorare labor: mihi iussa capessere fas est.

SER. Et mulcere de. Alterum ex altero pendet. Nam qui mulcere ualet. ualet & erigere. Gens. portes ad nationẽ troianorũ & familiam æneæ referre. Nã utrũq̃ significat. Tyrrhenum. uel q̃a tyrrheniã. i. tuscią abluit. uel a nautis tyrrhenis. qui in hoc mare se precipites dederunt. Hi. enim. Bacchum ĩ littore dormiẽtẽ in nauem substulerunt. Mox illi expgefacto. & quo nauigarent ĩterroganti rñderũt quo uellet. At ille naxum tẽdite iquit. Verũ cũ alio uela tenderent iratus tygrides sibi sacras eorum uisibus obiecit: q̃bus pterrefcĩ sese ĩ mare p̃cipitarunt. Aequor. i. per æquor græca locutio: sic alibi. Terream mare sydera iuro. i. per sydera. Cũ aũt tyrrhenum dixit. oñdit iã illos italiæ uicinos esse. Ilium. iuidio se quasi ipsam urbem aspexerit cũ troianos aspicit. Victo. ergo quos cõtẽnas. Incute iniice. & uentis erit datiui casus. uel icute. i. fac uentis. i. cum uentis Submersosq̃ o. p. Ordo ẽ confusus. Ante. n. ut obruant. deide mergant. Corpa: nõ uirorũ solũ sed nauiũ. Alibi. de manibus. Et toto descendit corpore pestis. Est autem ex arte ut minore cupiẽs maiora poscat. Ergo cũ sciat nõ posse obstare fatis. uult arcere abitalia. Bis septem. Iure habet nymphas in potestate luno. aer. n. est de quo nubes creantur. Vnde Atque ĩ nubes cogitur aer. & ex nubibus aquæ q̃ nymphæ sunt. Pollicetur autẽ nymphas æolo: qa uentorũ rex ẽ. p motũ aeris creant. Bñ ergo illi iungitur origo uentorũ. Notant aũt cretici Vergi. qui marito iungit uxorem. Sed excusat regum licentia. Nam ait Salu. Denas aliis alii plures habent. Sed reges eo amplius. Præstanti c. Laudat cæteras ut maior appereat in Deiopea pulchritudo. cũ supet laudatas. Sic alibi laudat Turnum uictum ad gloriam uictoris æneæ Harũ aũt noĩa in geor. iueniunt. Cõnubio. i. ius legitimi matrimonii. ergo cõnubio ut ab aliis se paretur: quæ a regibus sine lege habẽtur. Ipsi. n. inter plures uni dant p̃cipue nomẽ uxoris. In cõnubio nu sylla ba corripuit p̃ sistolẽ. cum in nubo nũ est ꝓducat. Alibi uero legẽ secutus dixit Pyrrhin cõnubio seruas. Item

Ngnum tendite figat

Cuiq; loci leges dedimus cõnubia nostra reppulit. Sciendũ tamẽ q; ĩ cõpositiõe uel deriuatione pricipalitatis ĩ terdũ natura corripiunt. Ergo p cõnubiũ legitimã oñdit. Cum ait stabili diuturnam concordiam: & q̃ diuortio careat ꝓmittit. Propriã. remouet adulterii suspitionem. Dicabo. Obsequẽtẽ futurã demõstrat. nã dicatus deo sacerdos illi obsequẽs est. Meritis. ꝑstitis: sic alibi: Nec te regina negabo ꝓmeritã. Alterũ. n. est ex altero. Meritũ. n. ex ꝑstantis beneficio manat. Pulchra. positus est p figurã septimus casus ꝓ gtõ. i. pulchræ ꝓlis: Nec dixit pp Canacé & Macareũ turpissimos ĩter se fratres: nã illi alterius æoli fi. fuerũt. Aeolus hæc. s. dixit Regina: ĩferior maiorem nõ ꝓprio sed dignitatis nomine appellat. Cõtra uero superior: nisi iræ aut ĩdignationis tã. ut ĩ. xii. Ruitq; ĩploras nomĩe turnũ. Et de Aristæo. Et te crudelẽ nõe dicit. Explorare: tuũ est deliberare q̃ uelis mihi est fas obsequi. Est fas. liptotes est. Nam minus dicit q̃ intelligit: ergo fas est capessere. i. nefas esset non capessere: sic alibi Munera nec superno. i. libenter accipio.

DO. Gẽs ini. Hic nõ nominauit æneã ne rñderet æolus nõ audeo ĩ nepotẽ Iouis a quo ĩperiũ sũpsit. Specia le igit̃ subtraxit generale posuit. Inimica. Nõ dicit se genti inimicã sed gẽtẽ sibi: quasi ĩferiores potiores prouocẽt: q̃ res ẽt æolo ĩdignationẽ moueat ut Iunõi auxiliaretur. Mihi. q. d. reginæ & Iouis sorori & cõiugi q̃d ne arrogãs uideretur subtraxit. Tyrrhenũ. q̃d facilius cõcitat̃ & italiæ uicinius est. Ilium q. d. oẽs opes suas si amississet nõ esset facultas recuperãdi. Ne aũt excusaret æolus deoꝝ cãm addidit. Victosq; p. Nã q̃is dii sint: tñ qa uicti cõtẽnẽdi. Incute uim u. expressit pathos: pp q̃d nõ explicat rẽ ordĩe. Dixit ergo q̃ cupiebat sed pp ptur bationẽ sine ordine. Qui erat. Incute ui uẽtus & submersas obrue puppes. & dissice corpa põto: quod necesse erat fieri nauibus submersis. Deinde ponere Aut age diuersas: Vt si non possit ꝓuenire ꝓmũ: ꝓueniat secundũ qm̃ sparsi nec qcq̃ audere: nec ad italiã puenire poterant. Sũt mihi. Addit munus ut explicet̃ ardor cupiditatis eius: Et ex obliquo pulsat Veneris munus ĩ Paridem: quæ dedit mulierẽ q̃ nõ erat ĩ potestate sua. Vñ cõtra Iuno dicit Sũt mihi: Nec poterat Helena esse propria uxor: Nec ĩde creari legitima soboles: ergo acute dixit Sũt mihi. Et cõnu. iũgã sta. p. q. d. o. u. t. m. p. t. a. Ex. &. p. f. t. p. p. quarũ rerũ nulla fuit in Helena. Nõ. n. erat Veneris. ergo nõ potuit dare stabilẽ: nec legitime collocare Faciat te ꝓle p. Nã ex legitimo & stabili cõnubio hæc ꝓles erat sperãda. Extollit etiã munus primũ a numero bis septũ. Deĩde a qualitate ꝑstãti corpe: Oẽs pulchræ sunt: q̃d difficile ẽ. Ipsa aũt oĩum pulcherrima. In paridẽ ãt nõ erãt talia: qa ex adulterio nõ põt dici pater: nec legitima est ꝓles: ergo nõ pulchra: Nã pulchritudinẽ hãc nõ ĩ corpore ponit: sed in honestate nataliũ. sic alibi: Nascetur pulchra troianus origine cæsar. Oñdit aũt poeta debere nos dare ea quæ magna sunt apud nos ut uoto potiamur.

Aeolus hæc c. nõ cõtra uolũtatẽ Iunõis: sed cõtra uerba: nõ. n. ad ꝓmia rũdet ne uideat̃ moueri libidine ut paris. Reddit beniuolã: cũ dicit discernendo officia Tuũ est iubere: Meũ cõplere iussa. Fas est. licebit facere etiam si illicita iusseris. Rñdet cõtra ueluti si dicat: etiã si uicti nõ sint penates licebit facere: Nã cum qui potestatẽ habet iubet illicita fiunt licita inferiori. Vel dixit contra qa Iuno dixit illum habere imperium a Ioue hic rũdet ab ipsa Iunone: & ut uideatur memor beneficiorum addit. Tu sceptra Iouẽq;.

CHRI. Gens. ita ad nationẽ refertur: ut etiã ĩ brutis dicamus gentẽ. Vñ alibi de apibus. Cũ gentis adultos educũt fœtus: Imitatus Homerꝝ qui de muscis gẽtes dixit: ut illud μύϱϭαν ἔθνεα πολλά. Tyrrhenum navigat. æ. Figurata locutio: ut ostendit Quintilianus. Dicimus. n. nauigo in equore. est autẽ hæc oratio æoli & superior Iunonis in genere deliberatiuo: cuius finis est utilitas: Quæ habet honestum & tutũ ideſt utile. & in eo q̃ritur quid facile fieri potest. Captat igitur beniuolentiã Iuno a nomine ꝓprio: quia illo oñdit notã familiaritatẽ. Item ex eo q; extollit illius imperium: atq; ex eadẽ re captat attentionẽ: quia nõ nisi pp aliquid magnũ id memorare uester. Præterea id facile fieri posse q̃d petit. Esse utile sibi ꝓpter ꝓmiũ q̃d ꝓponitur. Est honestũ: qa ulciscer̃et inimicitias tãtæ deæ. Obseruat aũt hoc Maro. ut anteq̃ ipetitionem ponat: id facile & honestũ ostendat. Erat igit̃ ordo: Aeole incute uim uentis. sed interposuit facilitatem dicens: Nãq; ti. d. p. h. r. Item honestatem cũ

Penates addit. Gens. i. m. t. n. æ. Illium. q. d. Sacra & profana ita in italiam transfert: ut itegram ciuitatem restauraturus sit. Penates. De his diis uaria apud antiquos opinio fuit. Nam Nigidius requirit an sint troianorum. s. Apollo & neptunus q mœnia illis ædificarũt: & non in italiam eos æneas uexerit: Idem affirmat Cornelius Labeo Hanc opinionem tãgit poeta ibi. Taurum neptuno. taurũ tibi pulcher apollo. Varro autem refert penates. dardanum ex samothracia in phrygiã ex phrygia uero in italiam æneã portasse. Sed cum eos q; sint non dicat. sunt qui affirment penates esse p quos penitus spiramus: p quos habemus corpus: per quos rationẽ animi: Erit ergo medius æther. i. Iuppiter. & supremus. i. Minerua & imus aer cũ terra. i. Iuno Huius indicium est q; Tarquinus priscus samothracũ sacris imbutus hæc tria numina sub eodẽ tecto temploq; posuit. Cassium Emina dicit hos esse quos appellant magnos. Vnde poeta alibi Cum sociis natoq; penatibus & magnis diis. Hyginius addit eos esse deos patrios. hinc poeta Patriiq; penates. Incute uim. infert uim. & recte incute. Nam ui uentorũ ẽ ipa in cussio & cõmotio. Bis septẽ. De his meminit ĩ geor. ut multi putant. Sed nos in nostris disputationibus in quibus allegoricũ sensum huius poetæ expressimus. hũc locũ physice interptati sumus Nã phœbi auroræq; filias,

Nymphæ Iris xiiii. fuisse dicunt: easq; Iunoni nymphas attributas. Iuno aer ẽ. Aeri aũt septem attribuuntur. septem itidem gignunt̃ q̃ oĩa solus opa dum ĩ nostro hemisꝑio est ꝓueniũt. Est igitur aeris ut leuis sit. ut nobilis. ut calidus. ut humidus. serenus quoq; taciturnus. spirabilis. Ista ergo septem aeri attribuuntur. In aere autẽ gignunt̃ in primis iris. cui tres. ad sunt ministræ pluuia. grando. nix. In hac cõtingitur nubes soli opponuntur sed umbrium corpus ita est ut alia sui parte densum. alia densius. alia densissimum sit a prima subrubeus. a secunda ceruleus. a tertia niger est color. Cõtra uero partes quæ in eo puræ sunt croceum: quæ priores uiridem. quæ purissimæ album ꝓducunt. Hæc ergo prima ex aliis septra nympha est. post eam python cometa. Fulmen exhalatio tonitruum ac terræmotus. Verum hæc ut dixi in nostris chamaldulẽsibus disputationibus latius inuenies. Explorare. Vi

Capesse re dende in georgicis. Explorat robora fumo. Capessere. proprie est suscipere. ut tuteris aut perficias. Salu. Expergiscimini & & capessite rempublicam:

SER. Tu mihi quodcunq; Physice exprimit motum aeris .idest iunonis uentos creare. Quodcunq; uel ut uitet arrogantiam suã extenuat. Vel laetenter iocatur poeta Quis enim posset uẽtos rem inanem tenere. Iouem concilias. Hysterõ proteron in sensu. Nam non iuppiter sibi: sed ipse ioui: quia superior est conciliatur. Cõciliamur aũt nouis: recõciliamur antiquis. Epulis: tu me deum facis nam & dearum connubio & deorum conuiuio dii efficiuntur. Vnde in buco. Nec deus hunc mensa: dea nec dignata cubili est. In latus. q.d. in rem quæ facili eedat ictui. Sic alibi. In latus inq; feri curuã cõpagibus aluũ. Agmine. impetu: ut illi agmine facto laocoõta petũt: Vel multitudine: ut Vocat agmina sæua sororũ. Quin & exercitum incedentem agmen uocamus. Porta: omnis exitus est dicta: qua importari uel exportari aliquid potest. Eurus. Quattuor cardiales uentos ponit: nunc tres. paulopost quartum: qui aquilo ẽ. Procella. hæc uis uentorum est cũ pluuia q; omnia pcellat. Insequitur. s. præcedẽtem uentorũ sonũ: quem etiam clamorem possumus appellare. Stridor. qui proprie in funibus dicit. Ideo crorum ex o. quia nũq; totum cœlum nubibus oppletur: Sed qua uenti flant. Diem: ad uidẽtium oculos rettulit non ad naturam. Nox: dicitur quia oculis noceat. Incũbat: quia alienum tempus inuasit Incubare. n. est per uim aliena detinere. Poli. extremæ ptes cœli. Aether. pro aere posuit: i quo nubes et fulmina creant. Poeta autem sæpe ista duo cõfundit. Intẽtãt. minant. Extemplo. statim. Nam templum est locus quem augures in aere signãt: quo facto illico capiũt auguria. Aeneæ seruat ppositio ut ultimum æneã tertium ponat. Frigore. i. rigore: & est mutua translatio. Cõtra Teren. Vxorem tuam pauitare aiũt. i. frigescere. Vtrũq;. n. in unũ exitum cadit ut d calore et frigore urere dicimus: ut Aut boreæ penetrabile frigus adurat. Ingemit. nõ propter mortẽ sed pp mortis genus. Nam secundum Homerũ graue est perire naufragio. Nã aĩa ignea extingui uidet. Vt igneus est ollis uigor. Duplices. duas. Antiqui n duplices & binos duos dicebãt. Terq; quaterq; i. sæpius. Finitus. n. numerus est, p infinito. Quis & quibus in datiuo est. Nã ab eo qd est qui ĩ bus mittit. & ab eo qd ẽ aquo in is. Sed a tertia declinatione ĩ uiu sunt datiui & ablatiui plurales: licet antiqui oĩbus usi sint casibus. Cato in origibus. Ques sunt po. ro. Dixit enĩ ques quiũ: ut puppes puppiũ. Altis. pp pgama q altissima fuerunt. Ex qbus teste Aeschilo oĩa alta ædificia p gama uocant. Oppetere: ore terrã petere. i mori. ergo dicimus oppetit & mortẽ oppetit ut expirat. et aĩam expirat. Gẽtis. atq; superlatiuum exigit pluralẽ. Sed gẽs collectiuũ nomẽ pluralitatẽ continet. Sic Sal. romani generis disertissimus. sed q̃te fortissimũ dixit cũ tertius sit post Achillẽ & Aiacem. Ergo fortissimum qa Venerem uulnerauit. & Martẽ. Vel ad gẽus referas. nam achilles thessallus fuit. aiax græcus. Diomedes danaus alii ad excusationem æneæ dictum uolunt. nam ipse ab eo uulneratus est.

Quis
Ques
Oppete
re

DONA. Tu mi. qd. uult esse iunonis q; iuno illũ a ioue accepisse memorauit. Das epulis. supius bũficiũ hũanitatis accumulat. si conuiuiũ cũ potiore misceat. Tertio si cũ potioribus plurimis. quarto si inferior pſona nõ sedeat ut fieri solet. sed accumbat: Posuit in fine hoc qd desideras tuũ ẽ. Personaĩ igit in utraq; oratione rõnẽ habuit. s. iunõis: æoli. troiãoĩ. penatium uictorũ. Veneris: Helenæ: Paridis. & deiopeæ. Item loci pp mobilitatẽ tyrrhẽi maris & pximitatẽ italiæ ltẽ tpis. nam iuno breuiter orauit. & æolus breuis respõdit. ne lõgitudine tps nocendi subtraheret. Hæc ubi. d. post utriusq; orõnem cœpit æolus iussa cõplere. Emisit plurimos ac contrarios uentos. ut cõfingentibus iter se fluctibus regendis nauibus cõsilium non suppeteret. & deficiente industria facilius mergerẽt. & mersis nauibus corpa disiicerent: & ut cõplerent iussa iunonis accessit ad uiolentiam maris aliorũ quoq; elemẽtorũ pturbatio. nam nox eripuit cœlum ac lucem. ut esset eadem facies maris & terræ: nec contra mala consilium suscipi posset. ne ue scirẽt gubernatores ĩ quã ptem niterẽt. Mittebant tonitrua & fulgura ut multiplici metu troiani. despantes nihil aliud q; mortẽ expectarent. Extẽplo æneæ. exprimit quale & animi & corpis senserit pathos. Frigore nõ p timore posuit: nam derogaret eius uirtuti. ergo frigus dixit, p prie q; oriebat nõ ex casu euidentissime mortis: sed ex tot aduersis quæ corporis calorẽ extinxerũt. qa cruciabat aĩus uiri fortis. q maluisset glorioſius in cãpo occũbere q̃ ignobiliter ĩ fluctibus interire. O terq; quater. i. multifariam. Quis ante o. de polyte ex iis q̃ in. ii. dicunt intelligimus: q̃ cæde pyrrhiũ cõspectu patris occubuit. Altis. q. d. integra adhuc ciuitate. ipse. n. æneas non troiã altam. sed campos ubi troia fuit reliqt: & in fluctibus periclitaturus est. O danaum fortissime gentis ex illo ad aliud raptus est existimans se infœlicem qui & hunc exitum uitæ sortiat & ignobili morte piturus.

Tu mihi qd cũ q; hoc regni: tu sceptra iouẽq;.
Cõcilias: tu das epulis accumbere diuum
Nimborũ q; facis tempestatũ q; potentem
Hæc ubi dicta. cauũ conuersa cuspide mõtẽ.
Impulit in latus: ac uenti uelut agmine facto
Qua data porta ruunt & terras turbine perflãt
Incubuere mari: totumq; a sedibus imis
Vna eurusq; notusq; ruũt: creberq; procellis
Aphricus: & uastos uoluũt ad littora fluctus.
Insequitẽ clamorq; uirum stridorque rudentũ.
Eripiũt subito nubes cœlũque diemque
Teucrorum ex oculis. poco nox incubat atra.
Intonuere poli: & crebris micat ignibus æther
Præsentem uiris intentãt omnia mortem:
Extemplo æneæ soluuntur frigore membra
Ingemuit: & duplices tẽdẽs ad sydera palmas
Talia uoce refert. o terque quaterque beati.
Quis ante ora patrũ troiæ sub mœnib9 altis
Contigit oppetere. o danaũ fortissime gentis

CHRI. Sceptrum. græcum est bacculus quo utebant reges. Homerus σκῆπτρον βαλέσθαι: inde σκῆπτοῦχοι reges dicuntur. Epulis. pro dapibus: si uera est differentia q epulæ primatorum sint. dapes regum & deo

Sceptru

rum illud autem uerissimum est epulum in singulari. n. g. esse significare conuiuiũ quod publice populo datur

procella — Procellis: Plinii uerba sunt esse uentos repentinos exhalante certa editos. qui uagi ruentes torrentium more tonitrua & fulgura edant: maioricq; illatos pondere cursuq; si siccam rapiunt nubem, procellam gignunt. Hanc ãt tempestatem: & querelam Veneris ad iouem. & quæ iuppiter respondet ex Nenio de primo bello punico cœpit

poli — Poli. extremitates sphęræ sũt duæ qui circa axem uertunt sic dicti. quia πολέω uerto significat. Vnde alibi

Vastum — ipse a uertendo uertices polos appellat. ut Hic uertex nobis semper sublimis ast illum Sub pedibus nox atra uidet. Statius: atq; omnia mundi Clausstra tonant multusque polos inclinat orion. Vastos, proprie uastum est quod adeo excreuit. ut forma qua est uelut perierit aliud esse uideatur. Hinc dicimus uastum hominem. cuius gestus non appareant hoĩs. & uastam uocem quæ formam humanæ uocis amisit. hinc uastare agros dicimus. Ergo uastos fluctus adeo magnos ut montes aut aliquid hmõi potius q̃ fluctus uiderentur. Oculos. oculi ab oculendo dicti. nã in cõcauis latent ut eminẽtia undiq; eos defendant. præterea melius cernunt ex obscuriori loco. Et crebris m. ig. recte quia eodem tempore sunt fulgetræ & tonitrua. Præsentem ineuitabilem. Nam

præsens — quæ præsentia sunt iam uenere. ergo uitari non possunt. aliquando fauens ut idem in Buc. Nec tam præsentes alibi cognoscere dinos. Nam sola præsentia sua fauent dii. aliquando potens Horatius. O diua quæ gratum regis antium præsens uel imo tollere de gradu mortale corpus. Frigore. cum aliquid horrendum uenit in mentem timet ĩterritum natura & cum diffidat totum corpus ueluti ipsam urbem tueri posse saltem conatur cor. i totius uitæ arcem tutari. atq; omnem sanguinem & spiritus ubi calor est ut munimen sit illuc cogit. hinc membra externa a calore deserta frigescunt. & absentia sanguinis in quo color est palescunt. & nerui amisso calore debilitati dissoluunt. & tremescunt. Viris. ita horrenda erant: ut etiam fortes homines mortem timere cogerent.

Ingemit. recte. nam legerat apud Cicer. in secunda tusculana. ingemiscere nonnunquam uiro concessum est. idq; raro. Eiulatus. autem ne mulieri quidem. Oter quaterq; . ait Macro. animam constare ex symphoniis musicis & primum hemiolium ternarium. & primum epitritum quaternarium esse dicit: & ex his duobus constare diatesseron & diapente ex quibus diapason symphonia generatur: Vnde Vergilius nullius doctrinæ expers plene & per omnia beatos exprimere uolens ait. o ter quaterq; beati. Ante ora p. nam pulchrum fuit & suaue pugnantes pro patria aspectantibus patribus satisfacere. Opperere. Ore terram petere. Nam qui uiriliter occumbebant ne quam uocem indignam uiro forti emitterent. mordicus terram petebant. Quod sic expressit Homerus πρηνὴς ἔνκονίῃσιν ὀλαὴ λαζοιάτο γαίαν.

SER. Tytide. uocatiuus græcus. Nam cum patronymica ma. primæ declinationis sint apud latios esset o tytida. Hanc cum dolore profert: quasi dicat quæ ad laborem nata est. Effundere. Secundũ eos qui eam sanguinem dicunt esse. ut alibi ipse. Purpureamq; uomit ille animam. alibi sequit eos qui animam spiritum ponunt: ut atque in uentos uita recessit. Sæuus magnus. Optime autem delegit cum quibus periret. Ipse enim fortis & deorum proles. Sarpedon. si sarpedontis facit. habebit circunflexum in ultima. Si sarpedonis habebit accentum in penultima. Sed sarpedontis usurpauit. Naturalis enim declinatio sarpedonis ut memnonis synonis. genitiuus autem in dontis a nominatiuo circunflexo est: ut demophoon demophoontis. Sarpedõ filius fuit iouis & Laodamiæ cæsus a patroclo. Simois integrum ad nos transit: Vnde suo accentu est proferendum. nã si latinum esset in antepenultima haberet accentum quia a secunda breuis est. Sub undis. scilicet uoluit. Legitur & sub undas. & tunc erit correpta sub undas. Fortia c. i. uirorum fortium. Nam in cada uere nulla ẽ fortitudo. Iactanti. inaniter loquenti. Sic alibi. Voces dũ iactat inanes. Aquilone. ab aq lone. Aduersa. Cõtraria. Est. n. ĩ italiã nauiganti cõtrarius aqlo. Remi. uel gubernacula. uel re uera rẽ: qa antiq remis uelisq; nauigabãt. Auertit. pro auertit̃: ut & nox hũida cœlo p̃cipitat pro p̃cipitatur Ea ãt uerba inuicẽ ponũt̃: q̃ actiua & passiua eẽ possũt: ut auerto & auertor: p̃cipito & p̃cipitor. Dat latus. ĩclinat̃. Cumulo: altitudie. Præruptus in altũ eleuatus. Dehiscẽs: ualde hiscẽs. de. n. auget: ut deamote syre. Apit. oñdit Sal. Caput apirẽ solitus. i. nudare & oũ dere. Arenis. i. ab arenis. i. ab imo. uel cũ arẽis ut ĩ tẽpestate solet. Tris. Quotiẽs gtũs ĩ iũ facit: accusatiuus ĩis exit: ut puppiũ puppis. Si uero in um ĩ es. ut patrũ patres. Latẽtia pp tẽpestatẽ: Hæc saxa ĩter africã & sardiniam sũt & itali aras appellat. Quod ibi aphri & Ro. fœdus ĩierũt. Quæ aræ a Siscẽna, ppitiæ dñr. Est ãt ordo q̃ saxa ĩ mediis fluctibus itali aras uocãt. Dorsũ. eminẽs. altũ secũdũ Home. Sũmo. uel ĩ sũmo. In breuia & syrtes. ĩ breuia syrtũ: ut molẽq; & mõtes ĩsup altos. Breuia. uadosa. p. q̃ possumus uadere. Syrtũ ãt sinus duo sũt pares natura ĩpares magnitudie. ut ait Sal. Lycios. hi sub Pádaro troiãis auxilio fuerũt. sed eo mortuo æneam

Tytide me ne iliacis occumbere campis
Nõ potuisse: tuaq; animã hãc effũdere dextra
Sæuus ubi æacide tælo iacet hector ubi ĩgens
Sarpedon: ubi tot simois correpta sub undis
Scuta uirũ galeasq; & fortia corpora uoluit.
Talia iactanti stridẽs aquilone procella
Velũ aduersa ferit. fluctu suq; ad sydera tollit.
Frangunt̃ remi: tũ prora auertit & undis
Dat latus insequt̃ cumulo præruptꝰ aquę mõs
Hi summo ĩ fluctu pẽdẽt: his unda dehiscẽs
Terram inter fluctꝰ apit: furit æstus harenis.
Tris notus arreptas in saxa latentia torquat
Saxa uocant itali mediis quę in fluctibꝰ aras
Dorsum ĩmane mari sũmo. tris eurꝰ ab alto.
In breuia & syrtes urget miserabile uisu:.
Illiditq; uadis: atque aggere cingit harenæ
Vnãque lycios fidũque uehebat orontem
Ipsius ante oculos ignes a uertice pontus

secuti sunt. Vñ in .ii. ait Comitũ affuxisse nouorũ. Fidũ. idẽ & fidelẽ. Ante oculos. ad maiorẽ dolorẽ. Vñ alibi. Quæq; ipse miserrima uidi. Ingẽs. p. magna ps põti. & est synecdoche. Auertice: a puppi. q̃ uertex nauis ẽ: uel ab aqlone q flat a mũdi uertice septentrione. Vñ in geor. Hic uertex nobis sẽper sublimis.

DONA. Me ne iliacis. ex his se infelicẽ existimãs q hũc exitũ uitæ nõ habuerit. sed uir fortis ĩ pelago eẽt moriturus. Nõ potuit ãt explere orationẽ interueniẽte fluctu. Esset ãt uitiũ poetæ. si finitis q̃relis fluctus interuenisset. Semp ergo ĩpfectas reliqt q̃relas: ut hæc dum dardanio æneæ mirãda uidẽt. & alibi. Talia fũdebat lachrymãs. lactanti. adhuc loq̃nti iteruenit uis fluctus. Nec pmisit explicare. Fœlices q ĩ troia pierũt. Se infœlicem q in fluctibus sit piturus. Hi sũmo in. f. fluctibus uario motu ueniẽtibus aliæ erigebãt tumore fluctum. aliæ deprimebant. Ab alto. pitus locorũ Eurũ dixit ducere ĩ syrtes ab alto. i. a pelago. alter. n. nõ põt cũ flatus habeat ab orientis ptibus in qbus sunt syrtes eo nauigia cogere undepotuit reuocare. Sex igit naues alienatæ sũt a cæteris. Vna turbata p̃mit ubi erat æneas. Nũc casus octauæ describit. Apparet. r. n. ut cõpleat id. Submersasq; ob ruere. p. Perit ergo amicus & fidus & ĩ eius cõspectu excusat. Orõtes. q nõ ĩprudentiæ: sed ui tẽpestatis piierit.

CHRI. Tua. q. d. adeo forti. Hãc: quasi infelicẽ. Pronomina n. efficatiã sũmã habẽt. ergo mirũ q; a tãfortitam miser nõ piierit: nisi q; ad maiorẽ miseriam reseruabat. Nõ potuisse. cũ nũq̃ pugnare destiterim: & semper me periculis obiecerim. Hector. si periit hector fortissimus troianoꝝ ego quoq; piissem nisi fortuna ad maiorem miseriã me reseruasset. Vbi ut ostẽdat se ĩ eadẽ acie ubi ille pugnauit pugnasse. Vbi repetitionẽ facit. ex q̃ oratio uehemẽtior ẽ. Simois. fluit ex ida subilio currẽs &, ppe mare xantho mixtus. facta palude. apud sigæum p̃mõtoriũ ĩ mare cadit. Vnus est ex fluminibus q̃ teste Hero. defecerũt potãte Xerxis exercitu. apud hunc ex anchise Venus æneã cõcepit. Scuta. eqtũ dicũt qa minora. Clipeos uero peditũ & maiores a græco uocabulo qa totũ corpus furet clipeus. i. abscõdat κλὲ ῶτεῖν. n. furari ẽ. Iactãti: inaniter loq̃nti. Iacto a iacio ẽ freq̃ntatiuũ & qui iacit amittit. ergo inaniter loquitur qui uerba amittit: Item iactatur gloriatur quia multa frustra loquitur Iuuenalis ipse Iacernatæ cum se iactaret amicæ. hinc iactura equi detrimentum proprie quod accipimus cum in tempestate e naui res in mare proiicimus: ut exonerata nauis facilius fluctibus resistat. Sed per translationem pro oĩ dãno capitur. Aqlone. qa ab alto. i. a septẽtriõe ueniat. Fluctũq; ad sy. hyperbole ẽ: quã latini superlationẽ nominãt. hæc nõ fit ut id credat quod dicimus. sed ut ex eo quod incredibile est credat aliquid pene incredibile. Non postulat ergo ut credat fluctum sydera. sed ad incredibilem pene altitudinem se erexisse. In hac uirtus est augendi & minuendi. fit autem cũ aut plus facto dicimus ut hic. & Cicero. uomens frustis esculentis gremium suum & totum tribunal impleuit. aut per similitudinem: ut credas innare reuulsas cycladas. aut p comparationem: ut & fulminis ocior alis. aut signis quibusdam: ut illa uel intactæ segetis per summa uiolaret gramina. nec teneras pedibus læsisset aristas. Prora. prior pars nauis. quia proruat aquas. Huius extrema acuta & ferro munita pars rostrum dicit. Pendent. suspensi sunt. Pendere enim ponderare est. & quia antiquitus pecunia quæ ænea erat ponderabat & non numerabat. pendere & expendere pecunias dicunt. item pendere pœnas quia omnes pœne pecuniariæ erant. Dicimus pendere corpora quæ superne alligata nullo inferiori fundamento hærent. item animo pendere dicimus: cum ita ambigui sumus: ut nulli certæ rei hæreamus unde infra Suspensi erypilum scitatũ oracula phœbi mittimus. Aperit, ostendit: quia res prius clausæ si aperiuntur ostenduntur. Item aperire uulnerare. quia uulnus quod latebat ostendit: luue. Fuste aperire caput candelam appone re ualuis: Item detegere. Statius. sic fatus aperto ense uocat socios. Syrtes duo sunt sinus africani maris dispari magnitudine sed pari periculo: dictæ sunt πάρὰ τὸ σύρω. idest traho. Vento enim trahuntur harenæ. unde idem locus modo uadosus fit accedente cumulo harenarum. modo profundior illis alio depulsis. est autem & minor syrtis & maior. Minor lotum cibum suauem producit. Inde lotophragitis appellat. De his Salu. Nam p pe duo sunt sinus in extrema africa impares magnitudine pari natura: quorum loca proxima terræ perlata sũt Cætera interiora ubi fors tulit alta. alia. alia in tempestate uadosa: Nam in tempestatẽ fluctus quasi limum harenam & saxa trahunt. & hinc facies locorum mutat. Ipsius ante o. Citat pathos: grauiora enim quæ uident q̃ quæ audiunt. Cice. ad Brutũ. Nã & si quocunq; in loco quisq; sit idẽ ẽ ei sẽsus. & eadẽ acerbitas interitu reꝝ suaꝝ & publicarũ oculi tñ augent dolorem. Mouet ergo pathos attestatio rei uisæ. ut ipse caput niuei fultũ pallã tis & ora & uidi leuiq; patẽs ĩ pectore uulnus.

Simois

Scutum
Clipois
Iactp

Pros
rostrum
pendere

aperire
Syrtes

In puppin ferit: excutit pronusq; magister
Voluit ĩ caput: ast illã ter fluctus ibidem
Torq̃t agẽs circũ & rapid⁹ uorat æquore uortex
Apparent rari nãtes ĩ gurgite uasto
Arma uirũ tabulęque & troia gaza per ũdas.
Iã ualidã illioni nauẽ iã fortis achatæ
Et qua uectus abas & qua grãdęu⁹ alethes
Vicit hyems: laxis latere cõpagibus omnes:
Accipiũt inimicũ imbrẽ: rimisque fatiscũt
Interea magno misceri murmure pontum

SER. In puppi. f. magister. hic leucaspis uocabatur Ipse in sexto. Leucaspi & lyciæ ductorẽ classis oronte. Ter. sæpius: Crebros: Salu. Crebritate fluctuũ ut aqlo solet. Apparent uident. apparet liquido sublimis in aere usus. Parere aũt obedit. ut paret amor dictis. Rari: uel propter maris magnitudinẽ uel qa una pierat nauis. Nãtes: ab eo qd ẽ Nonas ut mare p æstatẽ liqdã. hẽtq; p̃mã lõgã. ide nato natas & corripit p̃mã. Arma. ĩstrumẽta sũt cuiuscũq; artis. Gurgite: omnẽ cõgeriẽ aquaꝝ significat: ergo tapĩosis ẽ. i. hũilitas ĩ sermõe. sed auget epitheto cũ dicat uasto. Troia: possessiuũ ẽ troius troia troium. i. troiana. & hẽt p̃mã lõgã. Troia p̃mitiuũ duarũ syllabaꝝ ẽ. Gaza: plicus sermo ẽ: & significat diuitias. i. oẽ qd possidemus. frustra ergo q̃rit quomõ augꝝ natare potuerit. Iliõi: p iliõei: antiptosis ẽ ut: Hæret pede pes p pedi & posuit datiuũ græcũ, p genitiuo latino. Sic orphi caliopea. Vectus. i. q̃ uehebat: Nã nos p̃senti passiuo pricipio caremus. Hyems. hiber

nũ tps significat. Sed ẽt ponit̃ pro uiolentorum: ut hic. Imbrem: oẽm humorem dicimus: :Lucretius. ex igni: terra atq; anima nascuntur & imbri

Fatiscunt: fatim abundanter: unde affatim: & hiscunt aperiuntur. Imis. propter ea q; non cognouit nisi post factam tempestatem. Stagna aquæ stantes sunt: sed hic pro ipso fundo: quod nisi magna tẽpestate non mouetur. Ergo stagna & imis uadis refusa aliud pendent ex alio: quia immobilis aqua in imo maris tantummodo est. Alto prospiciens. e mari caput tollens, prspicit. uel alto. idest ipsi mari, prspicit. idest consulit. Placidum. scilicet troianis: quamuis uentis sit iratus. Vno autem epitheto suo more habitum futuræ orationis significat. Ruina tonitribus quorum somnus similis est ruinæ. Iunonis. aut doli iunonis aut fratrem Iunonis. Eurum ad se per hos reliquos intelligit. Generis. quia ex astreo uno ex titanibus qui aduersus deos arma sumpserunt & aurora nati sunt uenti. Fiducia. pro confidentia. Nam fiducia in bonis cõfidentia in malis dicit̃.

Stagna

fiducia confidẽtia

Emissam q; hyemẽ sensit neptũnus: & imis
Stagna refusa uadis: grauiter cõmotꝰ & alto
Prospiciens sũma placidũ caput extulit ũda.
Disiectam æneę toto uidet æquore classem
Fluctibus oppressos troas: cœlíq; ruina.
Nec latuere doli fratrem iunonis & iræ
Eurũ ad se zephyrum q; uocat: dehíc talia fat̃
Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri.

DONA. In puppin ferit. hos specialiter cum eorum nominibus ponit. qui in iis potiores nauigabant. & uno casu ferebantur. Omnes accipiunt i. i. una omnium causa ac similis fortuna fuit. Sed neptunni datur occasio: ne penitus iunonis iussa implerentur. Nec latuere. fratrem sororis studia non latebant. Ergo uocatis uentis. orationẽ habuit patheticam utpote commoti animi. Abscisam idest nec continuam, nec compositam. Fuit breuis quia subuenientis in hoc casu non erat multa loqui. Tanta ne hoc genus mutationis non habet principium: & crimen exaggerat: ostendens illos non tantum suam: sed hæreditariam sectari temeritatem: quod uitium qua naturale est non potest emendari. Sunt enim uenti a gigantibus qui bellum diis inferre ausi sunt. sed pœnas dedere. Ostendit igitur eorum esse crimen quod admiserant esse originale sanginis

CHRISTO. Ferit. hoc uerbum præterito caret teste Prisciano: sed a percutio mutuatur & facit percussi. sic in multis. Nam sisto statui habet a statuo. Fero tuli nam antiqui dicebant tulo. Cerno creui acresco. Excutitur. eiicitur. Dicimus enim excutere: cum dum aliquid quatitur: id quod inest uel supereſt deiicitur. Vnde eqꝰtem ab æquo excuti dicimus. Voluitur in caput. nam caput quod stante illo superius erat cadendo quia uoluitur homo fit inferius: Torquet. in gyrum uertit. hinc torque ornamenta militaria quia circuli sunt. item torquere. idest iaculari. quia ut impetus fit. torquemus rem prius q̃ emitamus. Inde tormenta machinæ quibus missilia iacimus. Item cruciari. Vnde tormenta cruciatus quoq; dicimus. Vortex. fit cum aqua in gyrum acta absorbetur. Vasto immenso: Proprie enim uastum dicimus id quod ita modum excedit: ut destruat formam suã. Hinc uastam uocem dicimus: quæ nimia sit. & non seruet decorum. Inde uastare agros idest populari. quia formam suam amittant. Inimicum. temporaneum epithetum. & non perpetuum. non enim absolute ita dicitur inimicus imber. & pallidi morbi & turpis egestas: quia potest esse amicus. Fatiscunt hio est: & deberet esse hiasco: sed fit hisco. idest fathisco ualde hisco. nam statim & affatim ualde est. Rimus. rimæ hiatus sunt angustiores & fissuræ in re quæ rumpi incipit. Inde rimari inquirere tractum a suibus qui pascentes intra rimas terræ sibi cibum quærunt. Est autem ab eo quod est ῥήγνυμι. idest scindo. Pontum græcum est pontus. Dionysius πόντῶκε ἀνούτε ῥοᾶ καὶ ἄρτ ἄρα γάιῆσ. Hyemem. & prolixe & constanti ordine ita exprimimus allegorias siue morales sensus huius poetæ: ut quod semel in sua significatione positum sit in eadem deinceps semper ponatur. Tendit igitur æneas in italiam. idest laude dignus uir tendit ad summum bonum quod est positum in contemplatione rerum diuinarum teste Platone quem ipse sequitur. Huic implacabilis inimica est Iuno. Nam dea regnorum fingitur ab antiquis ergo erit cupiditas regendi administrandique in uita ciuili rempub. Hæc enim uirum excellentem ab italia carthaginem. idest a uita contemplatiua ad actiuam traducere conatur. Sed cum ille a proposito non flectat̃ ipsa per æolum rempestatem citat. idest per rationem inferiorem. quæ cum circa particularia uersetur. facile fallit̃: quia perturbationibus commouet̃. Sed Neptunnus, idest ratio superior & intellectus non corrumpit̃ a iunone sed sedat tempestatem. Quæ omnia. quæso te lector ut diligenter in illis libris nostris chamadulensibus legas. Puto enim fore ut te minime pœniteat. Commotus. contra uentos. Placidum erga troianos. Fratrem iunonis. Saturni filios fabulant̃ antiqui iouem. Iunonem. Neptũnum & Plutonem.

CHRI. Hic ſpecus h.poetice deſcribit hiatū p quē ad inferos furia deſcēderet. Quod āt addit.cælū terrāq̄ le uabat ad moralē rōem rettulit.qa & magni & parui uiri leuāt̄ qñ furore liberāt̄. Ruit ois.qđ mirum ſi Lati-nus ceſſit.cū & ii qui iniuria ſe a teucris laceſſitos putabāt & turnus & ii quorum uxores ab amata cōmotæ erāt eodētpe circunſtarent tādē ceſſit almonē:Emphaſis ē in noīe qui primū regū piſtoris filius. Puerum. Pathos ab etate. Fœdati pathos a mō. In medio crimie.capta maxima occaſiōe. Teucros.q.d.externos & exules i re gna uocari.Nā cui lauina tradebat eidē regnū cōcedebat̄. Stirpē admiſeri p.q̄ſi q̄rat degeneraturos latinos ex admixtiōe aduenarū extorrū & a patria pulſorū. Se l.p.hēt emphaſim,pnomē.q.d.affinē tm̄ regē.ēt qui ſua fortitudīe hactenus illud regnū,ptexerit.Ergo cū indignatiōe,pferendum. Certatim utoſteudatur. Latinū ni ſi inuitū nō ceſſiſſe.Velut pelagi rupes.ut p.r.Hæc cōgeminatio aſſerit cōparationē nō temere factā ſed penitus uerā eē. Sæuæ nu.iu.nō fuiſſet ſuparatus a ſolis hoibus:niſi ſuiſſet aduerſus eum iunodeorum & regnorum regina. Frangimur .grauis ē rei dānatio cū demonſtramus nos inuitos cedere: Sanguine.ne forte credatis il las eſſe leuiores. O miſeri.ꝓpter pœnas quas luetis ex ſcelere potuiſſet iure ſuo ſceleratos appellare ſed uoluit miſerantis potius q̄ iracentis aīum oſtendere.ſi forte illos immutare poſſet. Teturne.cuius auctoritate hæc maxime fiunt.Congeminauit aūt ꝓnomen ad maiorē expreſſionē. Votis ſ.nō.n. deorum ſeuicia hoc eueniet ſed tua pertinacia quia ſerius q̄ oportuerit penitentia moueberis.deinde ut maiorem oratiōi auctoritatē auferat a perte oſtendit multo plurīs hec illorum q̄ ſua intereſſe.

SER. Maxima rerũ roma. Imperii potita. Mouẽt in prœlia martẽ. nã motis fuerat in dicto bello in Martis sacrario ancilia cõmouere: unde ẽ in. viii. Vterq; Impulit arma. Siue getis inferre manu lachrymabile bellũ. getarũ ferra genus ẽt apud maiores fuit. Nã ipsi sunt myſi quos Salu. a Luculo dicit eẽ superatos. Hyrcanis ue gens Arabus dicta a silua hyrcania ubi sunt tigres. Arabis ue parãt. hic datiuus uenit ab eo quod est hic arabus. Nã ab eo qđ ẽ arabs ab hoc arabe arabibus facit. sicut hiberus. unde in Luc. Occurrat hiberibus alter. & hiberus. Hora Dí/ æthinpo fcet hiberus rhodaniq; potor. Itẽ lectum est æthiops & æthiopus. sed mõ tantum æthiops dicimus. Auroráq; sequi: ingenti habitu ipm ortum diei dici pro populis. Parthosq; reposuere signa. hoc in honorẽ Augusti posuit. quo regnante a parthis repetita sũt signa quæ Crassus perdiderat. q cum auiditate sua contra auspicia bellum suscepisset: captus cũ filio ẽ. & necatus infuso in os auro. Sũt geminæ belli portæ. sacrarium hoc numa põpilius fecerat circa unum argiletũ iuxta theatrum Marcelli quod fuit i duobus breuiſ simis templis. Duobus ãt pp lanũ bifrõtẽ postea captis faliſcis ciuitate tuſciæ iuẽtũ est simulachrũ lani cũ frontibus quattuor. unde q numa instituerat trãſ latum ẽ ad forũ trãſitoriũ. & q̃ttuor portarũ unũ tẽplũ ẽ institutũ. lanũ sane apud aliquos bifrontẽ. apd aliquos q̃drifrõtẽ eẽ nõ mirũ ẽ. nã alii eũ diei domi/ nũ uolũt i quo ortus ẽ & occasus. Hora. matutine pater seu iane libentius audis. Alii ãni totius quẽ i q̃tuor tẽpora cõstat eẽ diuisum. Anni ãt eẽ deũ illares ꝓbat. q ab eo prima pars ani nominat. Religione sacræ. tremendæ: execrabiles. Nam & paulo post dicturus ẽ Triſteſq; recludere portas. Ferri robora. bũ addidit ferri/ nã oẽ quod forte est robur uocamus

Albanæ coluere sacrum nunc maxima rerum
Roma colit. cũ prima mouẽt in prœlia martẽ
Siue getis inferre manũ lachrymabile bellum
Hyrcanisq; arabis ne parãt seu tẽdere ad idos
Auroráq; sequi: parthosq; reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ. sic nomie dicunt
Religiõe sacræ: & sæui formidine martiſ
Centum ærei claudunt uectes: externaq; ferri
Robora. nec custos abſiſtit limine ianus
Has ubi certa sedet patribus sententia pugne
Ipse quirinali trabea cinctuq; gabino
Insignis reserat stridẽtia limina consul
Ipse uocat pugnas. sequitur tũ cætera pubes.
Æreaq; assensu conspirãt cornua rauco
Hoc & tũ æneadis indicere bella latinus
More uidebat. triſtiſq; recludere portas
Abstinuit tactu pater. auersusq; refugit
Fœda ministeria. & cæcis se condidit umbris
Tum regina deũ cælo delapſa morantes
Impulit ipsa manu portas: & cardine uerso
Belli ferratos rupit saturnia postes.
Ardet inexcita ausonia atq; immobilis ante
Pars pedes ire parat campis: pars arduꝰ altis
Puluerulẽtus arma equus fuerit: oẽs requirũt

Quirinali trabea. suetonius libro de genere ueſtiũ dicit tria esse genera trabearum. Vnde diis consecratũ quod ẽ tñ de purpura: aliud regũ quod est purpureũ: & habet tñ albũ aligd. Tertiũ augurale de purpura & cocco mixtũ. quirinali ergo regali. Cinctu q; gab gabinus cinctus est toga sic in tergũ relecta ut una eius lacinia a tergo reuocata hominẽ cingat. hoc ãt ueſtimẽti genere utebat cõsul bella ĩdicturꝰ/ cõ gacũ gabii campãiæ ciuitas sacris operarẽt. bellũ subito uenit. Tũc ciues accincti togis suis ab agris ad bella profecti sunt & adepti uictoriã. uſi hic ortus ẽ mos. trabeæ tria gẽra

Insignis reserat stridẽtia l. c. Is q ꝑor creatꝰ ẽ insignem accipe ꝑmo loco creatum: licet alter similem habeat poteſtatẽ. Ipse uocat p. tria sũt ut supra dixi mus militiæ genera. Sacramẽtum ĩ quo unusq; miles iurat se nõ recedere. niſi ꝑcepto consulis post co m pleta stipẽdia. i. militiæ tẽpora coniuratio. quæ fit in tumultu. i. italico bello & gallico: qñ uicinũ urbis periculũ singulos iuuare nõ patit: ut iter Gabios fuit Euocatio: quod genus nunc tãgit. nã ad subitũ bellũ euocabat. unde ẽt cõsul solebat dicere q uult remp. saluã me sequat. Cõspirãt. nã & tubæ simul flabãt. Fœda ministeria cruẽta more suo. Morãtes. differẽtes. i. bella. Rupit saturnia p. acyrologiã fecit mutãdo Ennii uersũ. nã ille ait Belli ferratos postes portasq; refregit: Immobilis. ante nõ semper sed añ hac. Potest tũ & immobilis a furia. nam ante gessit bella. sed iure indicta per fœliciales & patrem patratum. Militiæ tria genera

DO. Obseruatiões aut legibus aut asſẽsibus hoĩum sũt. Mos lõgo tẽpore custoditus legẽ facit q̃ ẽt ad posteros trãſit: ut hic patet. Sacrũ. quia nõ pro leui duxerũt quaſi putarẽt sacrilegiũ cõmitti niſi eẽt obſeruatus. Roma Magna laus moris cũ a ꝑncipe terrarũ populo seruet. Cẽtũ ærei. numerus & materiæ qualitas dat uim. Ianus addit ad robur portarũ deus qui bifrons oĩa circũſpiciat, ne furorũ & ſcelerũ portæ temere aperiãt. Sedit patribus. firma ẽ oĩum ſuia. Vocat p. dat pugnádi ꝑtátem. Iuno ĩpulit. quod fi decebat. Ergo ofidit pertinax inimicitia. neq; aperuit ſolũ. ſed euertit postes a cardie. Ardet inexcita. ecce quãtũ potuit factio iunonis.

CHRI. Mouent martem. qui ſibi ſacrificant orant ſibi aſſit. & ancilia in eius templo mouent mors autem a numa fluxit. ſed ipſe ad priſcos ut & multa ſic rettulit hoc. Et quoniã uult hoc fictum uideri. non meminit populos. contra quos priſci bella mouebant. qui omnes intra italiæ fines uerſabantur. Sed getis populi in ſythia tartari dicuntur. hæc omnia uidentur ad auguſtum referenda. nam neq; latini ueteres neq; albani extra itali am bella geſſerunt. qui meſos per aulum martium & canidum centuriõem repreſſit. Thracas & ſarmatas per P. Lentulum hyrcanos per Tyberium: armenios. quorum regio hyrcania eſt. ſuperauit Auguſtus. Et parthos ad concordiam uenire & ſignaa Craſſo ablata reddere coegit. per aquilium galtum arabas domuit. Trabea trabearum tria ſunt genera. Primum diis ſacrum tantum ex ſimplici purpura. alterum regibus & deinde conſu

libus: cui esset aliquid de albo. Tertium auguribus. sed hoc de purpera & cocco. Apud romanos trabea primus est usus Romulus. Hinc Ouidius Trabeati cura quirini. Plinius autem scribit prætextas apud ethruscos originē in uenisse: & trabeis usos fuisse reges Cinctus teste Pomponio genus est uestis a cingendo. Idem sentit Varro. un de Horatius cinctutos dixit cethegos. Gabinum addit quia gabii sacrificantes intellexerunt de aduentu hostium Itaq; uestes sufflarcinantes in hostes irruere: uictoriamq; reportauere. unde romani ex bono augurio a gabiis ac cepere. Consul ergo indicturus bellum ad ianualem portā subsequētibus militibus accedebat. Inde ad capud cir ci maximi. Ibique dicebat p.r. sānitibus bellum inducit: iisdemque uerbis reclamabant omnes. Inde e collumella quæ erat ante templum Bellonæ in capite circi maximi hastam iaciebat. Templum Iani Numa ædificauit ad imū argiletum inter duo fora inter capitolium & palatium. & statuit ut clausum pacem apertum bellum significaret Post hæc cum falisc os romani expugnassent inde simachrum Iani cum quattuor uultibus romam abduxerūt.

SER. Tergent. ab eo quod est tergo terges. Fa it & tergunt a tergo tergis. quod de usu penitus recessit. Aruina pingui. secundum Suetonium de uitiis corporalibus aruina est dūrum pingue: quod est iter cutem & uiscus. Adeo magnæ. ualde magnæ.

Atina potens. ciuitas hæc est iuxta pontinas paludes dicta a morbis quæ græce ἀτάι dicuntur: quos paludis uicinitas creat. Viburq; superbum. aut nobile: aut per transitum tetigit illud quod aliquando cum a senatu auxilia poscerent tibutres sub commemoratione beneficiorum. hoc tantum a senatu responsum acceperunt: Superbi estis. Crustumeri mutauit: nam crustumerium dicitur. Turrigeræ antemnæ: bene mutatæ. Antemnæ autem dictæ sunt q amnis preterfluit. quasi ante amnem positæ. Salignas umbonum crates ut dicit Sallustius de lucanis qui de uimine facta scuta coriis tegebant. Thoracas alienos: quia apud maiores loricæ pectora tātum tegebant. Statius. Triplici seruātur pectora ferro. Pectora nā tergo nullc metus. Lēto ducūt argēto flexili argēto ducūt. Lextēdūr. Est aūt & spōdaicus et reciprocus uersus. Classica iamq; sonant. bene posuit amphiboliam. Nam classi cum dicimus & tubam ipsam. & sonum. Classicum autem ex flexilis tuba.

Tessera signum. symbolū bellicum. q ad pugnā exeuntibus datur. scilicet propter confusionem euitā dam: ut fuit in bello Marii Lar deus. in Syllæ apollo delphicus. in Cæsare Venus gēitrix. Trepidus festinus more suo. Loricā induitur. dicimus & in duo illa re & illam tē. Helicōa deæ. parnassus mōs thessaliæ diuiditur in citheronem Liberi & helicon nem Apollinis. cuius sunt musæ Est autem Homerus. Parnassius

Εσ πετεγην μοι μουϛ αι ολυμπια δωπ
ατηχοϛ ρι υμεις γαρ θεα ϛε μαρρα τα τειϛεϛε πα
τα ημεις δε κλεοϛ οιον ακουο μεν ουδετι ιδμεν

. Quibus arserit ar. aut splenduerit. aut amore flagrauerit. Primus iniit b. non mirum si & contemptor diuum & sacrilegus Mæzentius contra pium primus arma corripuit. & scienda est poetæ affectatio: Nam amblesiam nefas ē dicere hic aliquos commemorat. quos in bello non inuenis: & i sequētibus aliquos inuenimus. quos hic omnino non posuit. Tyrrhenis aspera ab o. oriundo thuscus non tunc de thuscia uēit. quem ante pulsum a ciuibus cō stat. Agmina ar. aut eorum qui eum secuti fuerant sicut eius filium nec enim credibile est solum fugisse. Nam & Statius dicit Vel quos mouet exul: & hæ sit tristibus apta fides. Aut certe eorum. quos Turnus ante ei dederat. Aut adrastus Polynici in Statio qui ait ne parua mouens iglorius arma iret. Agilina. ex urbe. cerete oppido. Nequicquam. qa in prælio piit nec paternū recepit ipium. Patris q lætior esset Imperiis. Dignus q haberet imperatorē potius q exulē parrem.

Pulchro forti. ut diximus supra. Pulcher. auentinus Auētinus mōs urbis rōmæ ē: quē cōstat ab auibus ēē no

Pars leuis clypeos & spicula lucida tergent
Aruina pingui: subiguntq; in cote secures
Signaq; ferre iuuat: sonitusq; audire tubarū
Quinq; adeo magnæ positis incudibus urbes
Tela nouant: atina potēs: tiburq; superbum:
Ardea crustumeriq; & turrigeræ antemnæ
Tegmia tuta cauāt capitū: flectūtq; salignas
Vmbonum crates. alii thoracas ahenos
Aut leuis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris hunc: & falcis honos. huc cēs aratri
Cessit amor recoquūt patrios fornacib9 enses
Classica iamq; sonant: it bello tessera signum.
Hic galeā rectis trepidus rapit. ille cremētes
Ad iuga cogit equos: clypeumq; auroq; trilicē
Loricam īduit. fidoq; accingitur ense
Pandite nunc helicona deæ. cātusq; mouete:
Qui bello exciti reges. quæ quenq; secutæ
Complerint campos acies: quibus itala tantū
Floruerit terra alma uiris. q̄bus arserit armis:
Et meministis enī diuæ. & memorare potestis.
Ad nos uix tenuis famæ perlabitur aura:
Primus init bellum tyrrhenis asper ab oris
Cōtemptor diuum mezētius agminaq; armat
Filius hunc iuxta lausus. quo pulchrior alter
Non fuit excepto laurentis corpore turni.
Lausus equū domitor debellatorq; ferarū.
Ducit agilina ne quicq̄ ex urbe secutos
Mille curos dignus patriis q lætior esset
Imperiis: & cui pater haud meaenti9 esset.
Post hos insignem palma pgramina currum
Victoresq; ostātat equos hercule pulchro
Pulcher auētinus: clypeoq; insigne paternum

minatum: quæ de tyberi ascendentes illic ascendebant: ut in .viii. legimus. Diragꝫ est nidi domus oportuna uolúcrum. Quidam ẽt rex aborigenum Auentinus noīe illic & occisus & sepultus est sicut etiam albanorꝫ rex Auẽtinus cui successit Procas. Varro tamen dicit in gente po.ro. Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem quem ab auente fluuio prouintiæ suæ appellauerunt auentinum. Constat ergo uarias opiniones postea secutas. Nam a principio auentinus dictus est ab auibus: uel a rege aborigenum: unde hunc Herculis filium cõstat nomẽ accepisse non præstitisse. Insigne pa. absolute dixit.

DO. Quinꝯ adeo. Numerum & magnitudinẽ exprimit. Vomeris. ecce qualis amentia uniuersorum agrestium fuit: ut instrumẽta uitæ ꝓfutura in ꝓnitiem uitæ uerterent. Tessera. significat nuncium gerendũ significãtem bellũ. Pandite nũc. relaturus antiquitatis memoriã inuocat musas: ne siue uera siue falsa referat culpam habeat: & inuocando proponit quid sit narraturus. Primus. primus quia asper: primus quia contemptor eorꝫ deorum quibus auctoribus æneas ad italiam uenit: & coniugium lauiniæ factum est. Laudat Lausum a fortitudine: quæ in pulchro corpore rara solet esse.

CHRI. Lucida sp.t.i. tergendo lucida efficiunt. Aruina. pingue est inter cutẽ & uiscus: quod uulgo lardũ dicunt. Sed latini lardũ appellant carnẽ salsam: quasi large aridam. Pingue aũt internũ in animãtibus quæ nõ ruminant adeps dicit. In iis uero quæ ruminant seuũ & sebum dicit. Sagina uero ẽ pingue arte & nõ natura compa ratum: & ꝑ totũ corpus dispersum. Inde saginare pecora & aues dicimus. In cote. cos lapis quo ferrum acuitur. Plini. plura genera ponit: Primum creticas: deinde laconicas laudat: & utræque oleo indigent. Naxias inter aquarias laudari dicit: ac inde armenias: Cilicias uero ex oleo & aqua. Postremo scribit repertas esse in italia: quæ aq̃ trahant aciem accerrimo effectu: nec nõ trás alpes. Atina. urbs iuxta pontinas paludes post frabateriam in campanias. Crustumeri. in latio oppidũ est albanorꝫ colonia. Autẽnæ. dictæ sunt ante amnẽ. q in tyberim fluit a siculis primus: latii habitatoribus conditæ. Ocreas. qbus induũnt crura: unde dicunt ocreæ quasi ob crura. i. circa crura. Crura aũt dicuntur quia illis curamus. Vmbo. media pars scuti quæ apud priscos eminebat. Recoquunt recoquendo reficiunt: & iam erugine confectos restaurant. Tessera. signum bellicum: ut inter se ab hostibus cognoscantur: uel noīe uel aliqua alia re. Pandite nũc. in re difficili renouat inuocationẽ. Contemptor diuũ. adeo curam sacrorꝫ ante oẽm pietatẽ ponit poeta: ut nõ ut Capro uideat: quia cõremptis diuis in hoīes seuiret Mezentium cõtemptorẽ deorꝫ dixerit. Nam & de Busiride: quẽ illaudatũ dicit: idẽ dixisset: sed qa curam sacrorꝫ diis non exhibuit: Nam ut ait Cato in originibus. Mezentius rutilis ipauit ut primitias quæ diis debent sibi offerẽt. Et latini similis ipertii metu ita uouerũt: O iuppiter si tibi magis cordi ẽ nos ea tibi dare potius q̃ Mezẽtio ut nos uictores facias. Hinc sacerdotis illa insultatio: Hæc sũt spolia & de rege superbo primitiæ. Agilina. refert Dionysius halicarnasæus pelasgos q in italiã uenerant cũ auxiliũ aboriginibus cõtra siculos & hispania populos tulissent eosq; pepulissent una regnarunt: plurimasq; urbes habuerunt: inter quas fuit urbs ceretinorꝫ: quæ tunc agyla uocabat.

Auentinus. mõs tyberi imminens ab Auentino ibi sepulto: Vel ut Neuio placet ab auibus: ꝙ cum in tyberim potassent illic se reciperent. ergo ab aduentu auium. Vel ab aduentu populorꝫ: nam ibi erat Dianæ templũ quod nũc Sabinæ dedicatum est: & omnibus latinis erat cõe. De hoc Propertius: Phillis auentinæ quædam est uicina Dianæ. Varro ab aduehẽdo putat. Nam is collis a. reliquis collibus paludibus erat discretus: & eo ex urbe ratibus aduehebantur. Alibi idem Varro ait sabinos ab eorum fluuio auentẽ auentinum nominarunt.

Aruina
Lardũ
Adeps
Seuum
Sagina
Sepum
Crustumi
Ocrea
Tessera
Auentinus

Centũ angues cinctãq; gerit serpẽtibus hydrã.
Collis auentini silua quem rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit auras
Mixta deo mulier postquam laurentia uictor
Geryone extincto tirynthius attigit arua:
Tyrrhenoq; boues in flumine lauit hiberas:
Pyla manu sæuosq; gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone: ueruq; sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum seta cum dentibus albis
Indutus capiti sic regia tecta subibat
Horridus herculeoq; humeros inexus amictu
Tum gemini fratres tyburtia mœnia linquunt
Fratris tyburti dictam cognomine gentem:
Catillusq; acerq; coras argiua iuuentus:
Et primam ante aciem densa inter tela ferunt
Ceu duo nubiginæ cum uertice montis ab alto
Descendũt centauri homolen: otrynq; niualẽ.

SER. Centum angues: scdm Simonidem: ut diximus supra. Collis auentini silua. in silua collis auentini: & dicẽdo auentini: ostendit iam antea ita eẽ nominatum. Rhea sacerdos. alludit ad nomen matris Romuli: q̃ dicta est Ilia rhea Siluia. Furtiuũ. illicite cõceptũ quippe a sacerdote: sic ait alibi: Et dulcia furta. Mixtas mæchisa. τριγάμους græce dixit. mulier cõpendiose mortalis dixit. Consequens nãq; fuerat: ut diceret mixta deo mortalis. Laurentia arua. Laurentum ciuitas plurimum potuit: nam ꝙa uicina loca eius imperio subiacuerũt: unde nunc ait Arua laurentia cum iuxta tyberi eius armenta Hercules pauerit: sed secundum antiquum situm ante albam & romam tyberis laurentini fuerit territori. Gervone extin. Geriones rex fuit hispaniæ: quideo trimembris fingitur: qa tribus insulis præfuit: quæ adiacent hispaniæ balearicæ minori: maiori ebusæ. Fingitur etiam bicipitem canẽ habuisse: quia & terrestri & nauali certamine plurimum potuit: Hunc Hercules uicit: qui ideo fingitur ad eum olla ærea transuectus quod habuit nauem fortem & ære munitam. Sane sciendũ declinari hic geryones gerione unde est ter gemini nece geryone ut anchises sæ: unde usurpauit Sallu. Gerionis dicẽs. Veniens autem Hercules de hispania per campaniam in quadã campaniæ ciuitate pompam triumphi sui exhibuit: unde Pompeii dicitur ciuitas: postea iuxta baias caulam

Geriões

bobus facit: & eam sepsit: qui locus boaulia dictus hodieq; boauliæ dicit̃. Tiryntio a tiryntha ciuitate argis uicina ubi nutritus est. Tyrrhenoq; boues in flu.la.i admiratio locorum lõginquitate: Pila ma. pila proprie ẽ hasta romana: ut gessa gallog: sarissæ macedonum. Dolones dolo est aut flagellũ intra cu ius uirgã latet pugio: aut scdm Varronem igens cõ tus cũ ferro breuissimo. Dolones aũt a fallẽdo dicti sunt qđ decipiant ferro: cũ speciem pferant ligni: Et multi uolunt per teretes mucrones dolones dici: per ueru sa/ bellum pila significari. Ipse p. ad genus respicit: Nam & Hercules semper pedes incessit: cũ equos habuerit nobi lissimos. Torquẽs: sustinẽs: ut Axẽ hũero torq̃t. Horridus. tremebũdus. ñ re uera horribilis Tiburtia mœnia l. de græcia tres frẽs uenerunt ad italiã. Catillus: Coras: Tyburnus. Hi simul oẽs unam facere ciuitatẽ: & eã de fra tris maioris nomine tybur appellauerũt: licet & alias fecerit singuli: nũc ergo dicit duos ad bella uenisse dimisso in ciuitate ad custodiã Tyburte uel Tyburno. Catillus unde mons Catilli: quẽ Carelli dicũt per corruptionem. Coras: a cuius noĩe est ciuitas in italia. Descendũt centau. ex hac cõparatione eqtes eos fuisse ĩtelligimus: qã tñ dicturꝰ ẽ postea. Necnõ celereſq; latini: & cũ fratre coras & uirginis ala camillæ. Homolẽ otryng nitua. mõtes thessaliæ. Ingẽs silua locũ & magno uirgulta cũ utiq; cedit silua: a mĩore ad maiꝰ uenire debuerit. Nec pnestinæ fũda. de. ur. de ciuitatibus totius orbis multi qdẽ ex pte scripserũt ad plenũ tñ Ptolemæus græce: latine Plini. De italicis ẽt urbibus Higinius plenissime scripsit: Et Cato in originibus conditaq; urbiũ dissensio inuenit: adeo ut ne urbis qdem romæ origo diligenter possit agnosci. Nam Salust. dicit urbem romã sicuti ego accepi condidere atq; habuere in initio troiani: & cũ his aborigenes. Alii ab Euandro: scdm quos Virgil. Tũc rex euandrus roma næ cõditor arcis. Alii a Romulo: ut En huius nate auspicis illa inclyta roma. Si igit̃ tantæ ciuitatis certa ratio nõ apparet: nõ mirũ si in aliarum opinione dubitatur: Vnde nec historicos nec cõmentatores uarie dicentes ipertiæ cõdẽnare debemus. Nã ãtiqtas creauit errore. & plerisq; fundũ augent: & ad se transferunt nomina. Quã rem etiã nõ parũ errorem afferre manifestũ est. ut Ecce laurentũ a Pico factũ: ut est Laurentius regia pici. Item a Lauino la tini fratre est lauinũ dictum. Item a latino laurentũ. Itẽ a lauinia lauro lauiniũ. Nec prænestinæ fundaor d. u. præ nestæ locus est haud longe ab urbe dictus ἀπὸ τῶν πρίνων. i. ab arboribus ilicibus. quæ illic abundãt: ibi erant pontifices & dii ĩdigetes sicut ẽt romæ erant & ẽt illic duo frẽs q diui appellabant̃: hoꝝ soror dum ad focũ sede/ ret resiliens scintilla eius utero percussit: unde dicit̃ cõcepisse: postea enixa puerũ iuxta templũ Iouis abiecit: quẽ uirgines aquaq; euntes iuxta ignẽ inuentũ sustulerũt: q a fonte haud longe erat: unde Vulcani dictus est filius.

DO. Centum angues. Gloriæ causa hydram gestabat: Sed ludibrium matris ex hoc apparebat. Tergũ leo/ nis præter hydram etiam leonis pellem aliud insigne paternum gestabat. Geminos. uel simul natos: uel duos: ut alibi gemini a tenendo.

Geryon

CHRI. Geryone extincto. Vide seruiũ. Hesiodus ẽt ait Medusa cũ neptũno cõcubuit: uerum eũ illi caput ab scisum est ex utero duo filii emicuerunt Pegasus equus alatus & Chrysaor: sic dcus qa cũ aureo ensenatus ẽ Chri saor relicta terra ad cælũ accessit Ioui tonitrũ & fulmen ferẽs. hic ẽt genuit gerionem quem Hercules interemit. Tyrrheno flumine h. b. dictũ pro miraculo: qđ tanta fuisset uis herculis: ut tam & longinquo pdam abduxisset Tereti mucrone. mucronẽ aciem ferri intelligimus: Erat ergo mucro teres ideſt ita hasta longa atq; rotunda eẽt aculeata. Torquens. inuoluens circum se. Tiburtina mœnia. tyburtes originem multo añ urbẽ hñt. Apud eos

Tybur/ tes

exrabãt ilices tres Tybute cõditores uetustiores hæc Plinius: atq; addidit fuisse filium Amphiarai qui apud Thebas periit: & natum esse ex sorore Adrasti: & in italiam uenisse cum Cora & Catillo fratribus.

Cæculꝰ

SER. Cæculus hunc l. Cæculus aũt ideo: quia minoribus oculis fuit: quã rem efficit frequenter fu mus. hic postea collecta multitudine post quã diu latrocinatus est prænestinã ciuitatẽ in montibus cõ/ didit. & cũ ad ludos uicinos populos iuitasset: cœ/ pit eos hostari ut secũ habitarẽt: & pro gloria iacta/ re se filium Vulcani quod cũ illi nõ crederent iuoca to Vulcano ut filiũ suũ cõprobaret: ois illius multi tudinis cœrus flãma ẽ circundatus: quo facto cõmo ti omnes simul habitauerunt & Vulcani filiũ eẽ cre diderunt: hinc est Ois quẽ credidit ætas: quasi post dubitationẽ: & qa sine dubio ætas uaria in spectacu lis fuit. Dicimus autem & hoc prænestẽ: ut Quique altũ prænestẽ uiri: & hæc prænestis: unde est Cũ pri mam aciẽ prænestẽ sub ipsa strauit Quiq; arua ga/ binæ lunonis. gabii diu in agris morari tandem ga/ bios cõdiderunt: unde perite arua dixit nõ mœnia. Sane illic luno religiosissime colitur. Est autem lo/ cus haud longe ab urbe. Gelidumq; anienem. Anio fluuius haud longe ab urbe est: sed hic euphoniam secutus est. nam Ennius anionem dixit iuxta regulã Hernica saxa. Sabinorum lingua herne saxa uocant̃

Linquẽtes cursu rapido: dat euntibus ĩgens
Silua locũ: & magno cedunt uirgulta fragore
Nec prenestinæ fundator defuit urbis:
Vulcano genitũ pecora inter agrestia regem:
Inuẽũq; focis omnis quẽ credidit ætas:

Ceculus: hũc legio late comitatur agrestis:
Quiq; altum prænestẽ uiri: quiq; arua gabinæ
Iunonis: gelidũq; anienem & rosida riuis
Hernica saxa colũt: quos diues anagnia pascit
Quos amasene pater: non illis oib9 arma.
Nec clipei: currus ue sonãt: ps maxima glades
Liuẽtis plũbi spargit. pars spicula gestat
Bina manu: fuluoq; lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti: uestigia nuda sinistri
Instituere pedis. crudus tegit altera pero.
At pessapus equum domitor neptũnia proles
Quẽ neq; fas igni cuiq; nec sternere ferro
Iam pridem resides populos desuetaque bello
Agmina in arma uocat subito ferũq; retractat

Hi fescenīnas acies: equoscꝫ falíscos.
Hi soractis habent arces: flauiniaque arua.
Et ciminicum monte lacū lucosque capenos.
Ibant æquati numero regēque canebant.
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni

Quidam dux maior gabinos de suis locis elicuit: & habitare secum fecit in mōtibus saxosis. unde dicti sunt hernici. Dives anagnia. aut fertilis: aut alluſit ad istoriā. nam Antonius Augusti sorore cōtempta postꝫ & Cleopatrā duxit uxorem: monetam eius in anagnia ciuitate iussit ferīri. Quos amescene p. aut pascis: aut sit antiptosis: quos pascit Amasenus. fest aūt fluuius uicinus ciuitati priuernaꝫ quæ est in cā/ pania. Arma. scuta. Clypei. scuta maiora dicti ab eo ꝙ celēt corpus ἀποτὰ ὐκλεπτω. Fuluos ꝙ lupi de p. g. Ga lerus genus ē pilei: quod Fronto neutro genere dicit. Vestigia nuda siniſtri. Atq ipse est in pugnantibus primus: sed bene nudus est. qa tegit scuto. Dextrum aūt rectū esse cōueniebat: quasi ab armis remotū. Pero. rusticū ē cal/ ciamentū: & traxit hoc a græco more: unde isti transierāt: unde hoc armorum fuerat genus. At messapus equum d. n. pro. Hic Messapus ꝑ mare ad italiam uenit: unde Neptūni dictus est filius: quē inuulnerabilē ideo dicit: quia nusq̄ periit in bello. Ignem aūt ei nocere nō posse ꝓp neptūnum dicit: quia est aquaꝝ deus. Ab hoc Ennius dicit se originē ducere: unde nūc & cantantes inducit eius socios: & eos cōparat cygnis. Domitor aūt equoꝝ: quasi ani/ malium a patre inuentoꝝ. Hi fescenīnas acies. Fescenīnū oppidum est campaniæ. ubi nuptialia inuenta sūt car/ mina. Hi aūt populi ducūt originem ab athenienſibus. Aequoscꝫ fali. Falíscos Hísesus cōdidit īmutato h in f. Fa lici dicti sunt: sicut febris dicit quæ antea hebris dicebat: Formiæ quæ hormiæ fuerunt ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. Nam posteritas in multis nominibus ꝓ pro h posuit. Iusto aūt dixit: qa po. ro. missis decē uiris ab ipsis iura fœcialia col/ legit: & nōnulla supplementa. xii. tabulaꝝ accepit: quas habuerant. Nam athenienſibus decē habuerūt tabulas.

Pera
Amasenus
Fescenium
Falici
Formice

Hi soractis habent arces. Soracte qui ē mons apud hirpinos haud longe a flāminia. Flauinia arua. Locus est in italia flauinium noīe. Et ciminicū monte lacū. & lacus & mons hoc noīe appellat. Sane hoc habet fabula. Alī. quando Hercules ad hos populos uenit: q cū singulis prouocaret ad oūendam uirtutem defixisse dicit uectem ferreum quo exercebat: qui cū terræ esset affixus: & a nullo potuisset auferri: iam rogatus sustulit: unde īmensa uis aquæ secuta est: quæ ciminicū lacum fecit. Lucoscꝫ capenos. Vnde & porta capena quæ iuxta camoenas est: nomen accepit. Aequari nu. digesti in ordinem cōgruenter sicut dicebat. Liquida inter nubi. Pura sed nil tā con trarium nubibus. nam liquidæ nō sunt. ergo nubes pro aere posuit: ut Liquidis in nubibus arsit arundo.

Anio
Hernici

CHRI. Cæculus. A Seruio diligenter fabula narrat. Anio. fluuius ex montibus trebanoꝝ ꝓfluuens lacū olim hoīum industria faciebat: ex quo præceps atq̄ angustus ferebat. Inde per tvburtinū saxum præcipitat in la tiū. Tyberim īrrat. Dicit anio anionis ab Ennio. Mālit tū usus ut dicat anio anienis. Sunt q dicant īueniri anien anienis: & anienus ēt. Hernica s. herne sabina līgua saxa uocant: unde hernici populi: qa saxosa habitant. hoꝝ metropolis anagnia sabinoꝝ natio est. Vestigia nuda s. hæc cōsuetudo in italia nō fuit: sed norat Maro hernicos a pelasgis oriundos: & ab hernico duce appellatos: & ideo morē quē de ætholia antiqua pelasgoꝝ colonia leger rat. hernicis tribuit. Nā Iulius Nigidius in scdo urbiū ait morē ætholis fuisse uno tūm calceato pede in bellum ꝓficisci qd oūdit Eurypides in Meleagro ubi nuncius inducit describens quo quisq̄ habitu ad aprum mactandū uenerit. eundem pedem Maro dixit quē Eurypedes Sed Eurypedem reprehendit Aristoteles qui ait nō leuum sed dextrum pedem nudum illos gerere.

Cum sese e pastu referunt: & longa canoros
Dant p colla modos: sonat amnis: & asia lōge
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet: æream sed gurgite ab alto
Vrgeri uolucrum raucorum ad littora nubem.
Ecce sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmē agēs clausus magnicꝫ ipse agmis īstar:
Claudia nūc a quo diffundit & tribus & gens
Per latiū postquā in partem data roma sabinis
Vna ingens amiterna choros: priscicꝫ quirites:
Ereti manus omnis: oliuiferæq̄ mitiscæ:
Qui nomentum urbem: qui rosea rura uelini:
Qui tetricæ horrentis rupes: montēq̄ seuerū:
Casperiāq̄ colunt: foruloscꝫ: & flumē hymellę
Qui tybri fabariq̄ bibunt: quos frigida misit
Nursia: & ortynæ classes: populiq̄ latini.
Quoscꝫ secans infaustum īterluit allia nomē.

SER. Et longa canoros Dant per colla modos scdm Plinium q ait in naturali historia cygnos ideo suauius canere qa colla longa & inflexa hāt et neces se est eluctantē uocē p longū & flexuosū uarias red dere modulationes. Sonat ānis. caystrū misia regio ne dicit q cohæret asiæ paludi quā cū significamus a longa est. cū sit breuis si ꝓuinciā significare solue/ rimus. qd significat in georg. ut Atq̄ asia circū Dul cibus in prātis rimant prata caystri. Volucrum rau carū. Raucum τῶν μεσῶν. sicut graue olētis. Nam legimus. grauiter spirantis copia thymbræ. Sciendū tamen Virgilium secundum morem prouintiæ suæ locutum in qua bene canentes cygni rautiores uo/ cantur. Ecce sabinorum. usurpat hoc nam Clausus dux sabinoꝝ post exactos reges cū quinq̄ millibus clientū & amicoꝝ uenit romā & susceptus habitan dam urbis partē accepit ex quo & Claudia & tribus est familia noīata. Prisco de san. de antiqs sabinis. Magnū agmen. ꝓp quinq̄ millia cliētum. Postꝫ in partē data r. s. hoc de alia traxit historia. Nam post sabinaꝝ raptū & factū inter Romulū & titum taci/ tum recepti in urbem Sabini sūt sed hac lege ut in oī bus essent ciues romani excepta suffragii ratiōe. nā magistratus nō creabant Amiterna cohors. de ami/ terno oppido. Prisciq̄ quirites. i. sabini. Prisci aūt

ideo qa poſt fœdus Titi & Romuli placuit ut quaſi unus de duobuſ fieret populus. Vnde & Romani q rites dicti ſũt: qđ nomen ſabinoꝝ a ciuitate curibus fuerat: & ſabini a Romulo dicti ſunt. Ereti manus

Quã multi libyco uoluunt marmore fluctus
Sæuus ubi orion hibernis conditur undis

Oĩs oppidum eſt dictũ a Iunone. id eſt ἥρα σ quæ illic colit. Oliuiferæq; mitiſcæ. hæc trebia poſtea dicta ẽ: quã modo trebulã dicunt. Apud hanc Hánibal deleuit populũ romanũ. Luc Quod in punica nati tpa cannaꝝ fuimꝰ

Trebia Velinus

Trebiæq; iuuẽtus. Qui nomentũ urbẽ. hoc ex ſua pſona dicit poeta. Nam adhuc ciuitas nomentana nõ fuerat: ut in ſexto ait. Hi tibi nomẽtum & gabios. Item Hæc tum noſa erũt: Roſea rura uelini. Velinus lacus eſt iuxta agrũ: qui Roſulanus uocat. Varro tñ dicit lacũ hunc a quodã cõſule in nartã uel nartẽ fluuium deriuatũ. nam uti unq; dicit eſſe diffuſum: poſt qđ tanta ſecuta eſt eo loco fertilitas ut ẽt perticæ longitudinẽ altitudo ſuperaret herbaꝝ: qui ẽt quantũ p diem demptũ eſſet tantũ per noctẽ creſcebat. Quod Virg. ad ſuã prouinciã trãſtulit dicẽs. Et quantũ longis carpẽt armenta diebus Exigua tm̃ gelidus ros nocte reponet Tetricæ h. r. Tetricus mõs in ſabiniſ aſperrimus: unde triſtes hoĩes tetricos dicimuſ Montẽq; ſe. nomen ꝓpriũ mõtis ſicut agriroſeus. Caſperiaq;. Caſperia & foruli ciuitates fuerũt. Flumẽ hymellæ. hymella fluuius eſt: & ſic dixit hymellæ flumen ut buthroti urbẽ. Qui tyberim fa. q; b. Bene bibũt. náq; tyberis fluuius in tuſcia oritur: ſed trãſit ẽt p ſabinos: uñ bibunt nõ poſſ dẽt dixit. & ſciendũ Turni dare auxiliũ a tractu piceni ſannii cãpaniæ & ꝓ parte apuliæ. Oĩs uero tuſcia ſupior & uenetia aenæ ꝓſtat auxiliũ. Fabarim aũt quẽ dicit ẽt ipſe p ſabinos trãſit: & farfarus dicit. Plau. Diſſipabo te tanq̃ folia farfari. Ouidi. Et amœnæ farfaruſ umbræ Frigida aũt re uera: aut certe uenenoſa nocens Gracchi nanq; in cõcionibus ſuis nurſinos ſceleratos appellauere. & ſciendũ Virg. hiſtoriaꝝ rem p tranſitũ tangere. Ortynæ c. Ortyni equites q claſſes dicunt: unde & eoꝝ tubas claſſica dicimus: & pares populi claſſes uocamus: quæ qnq; fuerũt. Populiq; la. qui ĩtererant albani montis uiſceratiõi. Infauſtũ interluit a. n. Allia fluuius haud longe ab urbe ẽ: iuxta quem galli Brẽno duce quintodecimo calen. auguſtas die deleto exercitu poſt triduũ deleuerunt etiam urbem excepto capitolio. Sane alia dicitur cui additur unum l propter metrum: ut reliquias. Luc. bene poſuit: ut Quas aliæ cladeſ. Marmore. mari.

Tetrico Himella Nurſini Ortyni Claſſas Allia

DO. Liuentis plumbi. Plumbeis maſſulis pugnabant. Ceu quondam. harum auium comparatione oſtẽdit hoſ inertes & delicioſoſ.

CHRI. Et longa canoros. De cygnis diximus in bucol. Aſia. de hac georg. Sabinoꝝ. de qbus in georgicis. M. Cato. ſabinos primũ habitaſſe dicit prope amiternũ in uico nomine Testrina deide cum aboriginibus in agro reatino & multas feciſſe colonias ĩter quas cures Quidam aiũt quoſdã lacones aſperitatẽ legum Lycurgi fugiẽtes in Italia pontinas paludes templũ Iunonis feroniæ cõſtituiſſe. Deinde eoꝝ pars magrarunt in agrũ ſabinum: & cum illis habitauerunt. Vnde oebalii. i. lacedæmonii dicti ſũt ſabini. Ait. Dionyſius. Mutiſcæ. ſabinorũ urbs appellata aliter Trebula & Suffena. Ait. n. Pli. Rheatini trebulani qui cognominant mutiſci & qui ſuffenates. Nomentum. urbs nõ longe roma. Hanc Romulus coloniã fecit dictum eſt a Nomento conditore ait Dionyſius. Allia flumen non longe ab urbe ubi duce Fabio exercitus populi romani cæſus eſt poſtridie idus quintiles qui dies alienſis dicitur & inter atros habetur. Erant enim atri dies triduani. i. qui erant poſt calendas. nonas: & idus: quos alii ad correptionem nominis cõmunis appellabant:

Sabini Mutiſcæ

SER. Vel cũ ſole nouo. Prima æſtatis parte ẽt ſol nouus eſt. viii. calend. ianuarias die: ſed tũc nõ ſũt ariſtæ: quas ab ariditate dictas eẽ cõſtat. Aut hermi cãpo: hermus lidiæ fluuiuſ ẽ qui ſupfuſuſ cãpis gignit fertilitatẽ: unde harenas aureaſ fingit trahere Lyciæ flauentibus aruis. prouincia ẽ fertilis frugũ Hĩc agãmẽnonius t. n. h. agãmẽnonis pleriq; comitem pleriq; nothũ filium uolunt: qui cum ueniſſet ad italiã audito aduentu æneæ in bellũ ruit nõ amore Turni: ſed odio hoſtilitatis antiquæ: unde ait troiani nominis hoſtis rapit po. raptim abducit: & iam campaniæ loca cõmemorat: nam Maſſicus mons ẽ uitibus plenus. Maſſica aũt dixit ut menalia. Arunci miſere pa. iſti græce auſones nominantur. Sidicinaq; iuxta. ab oppido ſidicino. Cales linquũt. ciuitas eſt cãpaniæ. Nam in flãminia eſt quæ cale dicit: & ĩ gallia hoc noĩe: quã Sal. captã a Perpẽna cõmemorat. Amniſq; uadoſi Accola uulturni. fluuius q iuxta cumas cadit in mare: Saticulus aſper. Populus cãpaniæ aſper õribus. Oſcorũq; ma. Capuenſes dicit: qui antea ophici appellati ſunt: quod illic plurimi abundauere ſerpentes. Aclides illis tela. Aclides ſunt tela quædã antiqua: a deo ut nec uſq̃ cõmorentur in bello. Legitur tñ q; ſit clauæ cubito ſemis factæ eminentibus hinc inde acuminibus: q̃ ita in hoſtẽ iaciunt religatæ loro uel lino: ut pactis uulneribus poſſit ad dominos redire. Putatur tñ eẽ teli

Vel cum ſole nouo denſæ torrentur ariſtæ:
Aut hermi campo: aut lyciæ flauentibus aruis
Scuta ſonant: pulſuq; pedum conterita tellus:
Hinc agamemnonius troiani nominis hoſtis
Curru iungit haleſus equos: turnoq; feroces
Mille rapit populos: nertunt fœlicia baccho
Maſſica qui raſtris: & quos de collibus altis
Arunci miſere patres ſidicinaq; iuxta
Aequora q̃que cales liquunt amniſq; nadoſi
Accola uulturni: pariterq; ſaticulus aſper.
Oſcorum q; manus: teretes ſunt aclides illis
Tela: ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.
Leuas cetra tegit falcati cominus enſes.
Nec tu carminibus noſtris inductus abibis
Oebale quẽ genera ſſe telon ſebethride nympha
Fertur: theleboum capareas cũ regna teneret
Iam ſenior patriis ſed non & filius aruis
Contentus late: iam tum ditione premebat

Ophici Aclides

Sarraſtes populos & qui rigat æquora ſarnus:
Quiq; rufas batulũq; tenẽt: atq; arua celẽnæ:
Et quos maliferæ deſpectant mœnia bellæ:
Teutonico ritu ſoliti torquere cateias:
Tegmina quis capitũ raptus de ſubere cortex.
Aeratæq; micant peltæ. micat æreus enſis
Et te montoſæ miſere in prœlia nurſæ
Vſens inſignem fama: & fœlicibus armis:
Horrida præcipue cui gens aſſueraq; multo
Venatu nemorũ duris æquicola glebis:
Armati terram exercent: ſemperq; recentes
Conuectare iuuat prædas & uiuere rapto_

genus: quod per flagellũ in ſimenſum iaci põt. Leuas cetra tegit. ſcutum loreũ quo utunt afri & hiſpani. Cetra
Falcati cominus enſes. affectauit uarietatẽ. Nam cõ ſequens fuerat ut diceret dextras armarũt gladii falcati. Falcatus aũt enſis ẽ harpe: qua uſus ẽ Perſeus: Luca. ait Harpon alterius monſtri iã cæde rubẽtem Harpe
Oebale. Oebalus filius eſt Telonis & nymphæ Sebetridis. Hæc aũt eſt iuxta Neapolim: ſed Telo diu Oebalꝰ
regnauit apud capreas inſulã contra neapolim ſitã. Filius uero eius patriis nõ cõtentus ſperiis trãſiit ad cãpaniã & multis populis ſubiugatis ſuũ dilatauit ſperiũ. Theleboum capreas cũ reg.t. Cũ teneret capreas regna theloboũ. Nã theleboæ capreæ ſũt populi quos Telo ſuo regebat ſperio. Sarraſtis populos. cãpaniæ ſũt a ſarno fluuuio. Reſtas batulũq; t. Caſtella cãpaniæ. Arua celennæ. lunonis locus eſt cãpaniæ celẽna ſacer lunoni. Et quos mal. deſ. m. b multi nolã uolũt intelligi: & dicũt iratũ Virgil. nomen eius mutaſſe p̃ p̃ ſibi negatũ hoſpitiũ: & id apte noluiſſe dicere: ſed oſtendere p̃ periphraſim. nã illic punica mala naſcunt: ut nũc bella p̃ nolana poſuerit. Alii uolũt accipi mœnia bellæ ut ſit ſynalypha & legat mœnia bellæ. Cateias. Tela gallica: unde ẽt teutonicũ ritũ dixit. Raptus de ſu.co. Bene raptus: qa recẽs ſuberis cortex i quãuis formã tota flectit facilitate. Montoſæ nur. Ciuitas in mõtibus poſita. Inſignẽ f. Bene fama: qa eũ occidet Gyas ut Vſentẽ gyas cadit ipſe. Fœlicibus armis. dũ affluit fortuna. Horrida p̃cipue cui gens: Aequicolam gentẽ dicit: & moꝛ uitæ qualitate prædurã. Sane aliud pendent ex alio: iõ erãt horridi qa uenabant. Itẽ uenabant qa habebant duras glebas. i. fertiles. nã molles feraces ſũt: ut in geor. docet: & cui putre ſolũ: nãq; hoc imitamur arando. Aequicola

DO. Nihil refert dignũ qđ ſcribat Donatus.

CHRI. Maſſica. Maſſicus mons Campaniæ. Poeta tamen imitatus græcos maſſica in plurali dixit ut gargara & menala. Oebale. uide Seruiũ. Falcati cominus enſes. Ergo aclides tela erant quibus eminus pugnabant.

SER. Quin & marrubia uenit de gẽte ſacerdos
Frondẽ ſuper galeam: & fœlici comptus oliua:
Archippi regis miſſu fortiſſimus umbro
Vipereo generi: & grauiter ſpirantibus hydris
Spargere qui ſomnos: cãtuq; manuq; ſolebat:
Mulcebatq; iras: & morſus arte leuabat:
Sed non dardaniæ mediari cuſpidis ictum
Eualuit: neq; eum iuuere in uulnera cantus
Somniferi: & marſis q̃ſite in montibus herbæ:
Tenemus angitiæ uitrea te fucinus unda
Te liquidi fleuere lacus.
Ibat & hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius inſignem quem mater aricia miſit.
Eductum ægeriæ lucis hymettia circum
Littora: pinguis ubi: & placabilis ara dianæ.
Nãq; ferũt fama hippolytũ poſtq; arte nouercę
Occiderit: patriaſq; explerit ſanguine pœnas
Turbatis diſtractus equis. ad ſydera rurſus
Aetherea: & ſuperas cæli ueniſſe ſub auras
Pæonis reuocatum herbis: & amore dianæ:
Tũ pater oipotes aliquẽ indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad limina ſurgere uitæ
Ipſe repertorem medicinæ talis: & artis
Fulmine phœbigenã ſtygias detruſit in undas
At triuia hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus: & nymphæ ægeriæ: nemoriq; relegat

Nedea qũ relictis colchis laſonẽ ſecuta eſt dicit ad italiã peruenisſe: & populos quoſdã circa fucinum ingentem lacũ habitãtes: q marrubii appellabãtur: q ſi circa mare habitantes p̃ paludis magnitudinem docuit remedia cõtra ſerpentis: quãq; alii marrubios a rege dictos uelint. Hinc ergo populi medeã angitiã noſauerunt: ab eo qđ eius carminibus ſerpentes angerẽt: ab his nũc Vmbronẽ uenisſe dicit nõ regem ſed ducẽ: ſunt aũt iſti marſoꝛ populi. Fronde ſup galeã & fœ.c.o. Cõptus frondibus feſtæ oliuæ Vipereo. gen. terrenis ſerpentibus. Grauiter ſpirantibus h. atq; ſerpentibus grauiter ſpirãtibus ſolo nocentibus flatu. Luc. Ante uenena nocẽt. Spargere. cõficere: ut ſpargere uenena didicerũt. Arte l. Leuiores eſſe faciebat: ut Noſtrũq; leues quæcũq; laborẽ. Medicari cuſpidis ictũ. Medicor illã rẽ & illi rei: ſicut modulor & modeor & comitor. Liquidi fleuere lac. ẽt alii. Ibat & hippolyti pro. p. bel. Theſeus mortua priore uxore Hippolytæ Phædrã Minois & Paſiphaes filiã ſup induxit nouercã Hippolyto: qui cũ illã de ſtupro interpellantẽ cõtemſiſſet: falſo ad patrẽ detulit: qđ ei uim uoluiſſet inferre. Ille Aegeum patrẽ rogauit ut ſe ulciſceret. Ille agitanti currũ hippolyto phocã imiſit: quã equi territi eum traxerũt. Diana eius caſtitate cõmota reuocauit eum ab ſferis p̃ Aeſculapiũ filiũ Apollinis & coronidis q natus erat execto matris uentre: iõ qđ cũ Apollo audiuiſſet a coruo eius cuſtode eã adulteriũ cõmittere: iratus Corodinẽ maturo iã partu cõfixit ſagittis coruũ uero nigrũ fecit ex albo & execto uentre Coronidis p̃duxit æſculapiũ: q ſcũs ẽ medicinæ pitus Marrubii Medea angitia Medicor Hippolytus

Hunc postea Iuppiter pp reuocatum Hippolytum interemit. Vnde Appollo iratus ei cyclopas fabricatores fulminũ sagittis confixit: ob quã rem ab Ioue iussus est admeti regis nouẽ ánis armenta pascere diuinitate depositã: sed Diana Hippolytũ reuocatum ab inferis in aritia nymphæ cõmendauit Egregiæ: & eũ Virbium quasi bis uirum iussit uocari: cuius nunc filium cognomine dicit in bellũ uenire. adeo osa ista fabulosa sũt: Nam cum castus ubiq; inductus sit. & qui semper solus habitauerit: habuisse tamen fingit̃ filium Reuera aut ẽ ẽt supra diximus: Virbius est nomen coniunctum Dianæ: ut matri deum Attis: Mineruæ Erichthonius: Veneri Adonis. Quem mater aritia misit. Ciuitas iuxta Albam. Mater aũt pp Angustum dicit q fuerat ex Aricina matre Actia progenitus: Ac si diceret: quæ tanti auctor est generis. Egeriæ lucis. Nymphæ in arcino nemore: quam amicam suã Numa esse fingebat ad affirmandã legũ suarq; auctoritatẽ. Pinguis ubi & pla. Pinguis frequenti sacrificio. Placabilis aũt: ac si diceret: nõ qualis ante fuit uel illic uel apud tauros humano gaudens cruore: quã historiam plene in secundo diximus: cum Iphigeniæ incidit cõmemoratio. Arte nouercæ Occideriti Bene uiscens expressit sola nouercæ cõmemoratiõe. Pæoniis reuocatum h. aut medicinalibus a Pæone medico deorũ qui pæan scdm doricos dicit: scdm rationem pæon aut reuera herbã pæoniã dicit: cuius creta ferax est. Et amo redia. i. cura. Medicinæ talis & ar. Quæ ẽt fata dissoluerunt. Phœnigenã. matre pæna gẽtium: alii phœbigenã legunt: ut Probus. Relegat. Cõmendat ab aliis segregatũ. Solus. in solis locis: nã solus quomodo qui dicit filium suscepisse. Ignobilis. nõ uilis: sed ignotus: quanq; possit etiam ad illud referri: quod dicitur quibusdam arbitris hominum uita ultra fata protendi posse: ita tamen ut solam habeant uitæ imaginationem: uidentur enĩ omnia facere. nec faciunt. Versoq; ubi no. De re facto. ut Oestrum grai uertere uocantes

Solus ubi in siluis italis ignobilis æuum
Exigeret: uersoq; ubi nomine uirbius esset:

CHRI. Marrubia. uide Seruiũ. Sunt qui dicant marrubiũ oppidum cõditũ a Marro Marsiæ comite. Marsi aũt populi dicti sũt uel a marsia ludoq; duce: aut ut Syllius meminit a marsia phrygæ ab Appolline in cantu uicto: qui timore pœnaq; in italiam fugit. Plinius ait marsos ortos a filio Circes: ppeaq; inesse illis uim contra serpentes: Sunt qui dicant ortos a psyllis populis aphricæ: q uim haberent cõtra serpentes. Hi pulsi a Nassamonibus huc partim uenerem: partim in cyprum. angitii. aũt dicti sunt qã serpentibus aduersantibus eos augere uiderent̃ alii dicũt quod angitia fuit dicta Circe. Te nemus. Vehementẽ cõmiserationẽ mouet hæc repetitio. Pelasgi. dicti sũt a Pelasgo filio Iouis ex Noibe Phoronei filia. Aborigenes. ut placet Dionysio: arcades fuere: q cũ Oenotro Lycaonis arcadiæ regis uenere. Sunt dicti aborigenes: aut qa uagi & sine laribus erant: aut quia primi nisi sũt tanquam essent sine patribus: aut quia ex uaria hominum colluuione mixti essent. alii dicũt lygures esse: alii umbros: quoniam utraq; gens in italia uetustissima & indigena est. M. Varro ait hos habitasse agros reatinos.

Marrubia Marsi

Aborigene

SER. Vnde ẽt triuiæ. Luco exponit & τοιαῦτα Nam Callimachus scripsit ἄιτια in quibus ẽt hoc cõmemorat. Haud secius. nõ segnius patre. Dicit ãt eum tantæ fuisse audaciæ: ut nec paternæ mortis terreret̃ exẽplo: Vertit. i. agit. Et toto u. s. ẽ. Statius. Et toto despectat corpore bellũ. aetnæos efflantẽ fauingens. nimios quãtos hẽ ætna. Tam magis il. fr. & tri. ef. flã. Quã magis effu. cru. san. pugnæ. Legitur in arte quod tam magis maxime: minus minime positiuo tantũ iunguntur: quod tũ tunc obseruatur si ponant̃ ad augumentũ iste particulæ tunc eni uitiosam faciunt elocutionẽ. Cæterum si ad exequationem positæ sũt: possunt uel cõparatiuo uel superlatiuo: uel p ipsis gradibus ipse inter se iungi. Hinc ergo est Tam magis illa fremens: & tristibus effera flãmis Quã magis effuso crudescunt sanguinæ pugnæ. Non. n. ad prælationẽ positæ sũt: sed ad exæquationem. Maiores. n. nostri nõ in dicto uitia sed in significatione esse uoluerũt. Hinc est in Sallu. Ita q̃ qsq; pessime facit: tã maxime tutus est. Nam & hic exæquatio est nõ cõparatio. Io auro insignibat. Hæc Inachi filia argiuoq; fluminis fuit. Hanc amauit Iuppiter: & dum cũ ea esset: superuenit Iuno: ille timens ne deprehenderet̃ Io mutauit in uaccam: & eam posceti dedit Iunoni: ne pellicem confiteret̃: cui Iuno argũ oculatũ oibus membris aristoris filiũ custodẽ deposuit: quem cũ Iuppiter p Mercurium interemisset Iuno eum in pauonem mutauit: Iuno uero ĩmisit oestrũ: quo diu exagitata peruenit ad æg/ptũ: & Iouis uolũtate in Isim. mutata ẽ. Insignibat. signo suo clarũ esse faciebat. argumentum ingens. aut fabula ut Cicero argumenta erant in ualuis: aut reuera argumẽtum. i. probationem: quo se græcũ cõprobare

Tam Magis Maxie Minus

Io.

Vnde etiam templo triuiæ: luciſq; ſacratis
Cornipedes arcentur equi: qd̃ littore currum:
Et iuuenem monſtris pauidi effudere marinis
Filius ardentes haud ſecius æquore campi
Exercebat equos: curruq; in bella ruebat
Ipſe inter primos præſtanti corpore turnus
Vertitur arma tenens: & toto uertice ſupra eſt
Cui triplici crinita iuba galea alta chimæram
Suſtinet: ætnæos efflantem faucibus ignes
Tã magis illa fremẽs & triſtibus effera flãmis:
Quã magis effuſo crudeſcũt ſanguine pugnæ
At leuem clypeum ſublatis cornibus io
Auro inſignibat: iam ſetis obſita iam bos
Argumentũ ingens: & cuſtos uirginis argus
Cælataq; amnẽ fundens pater inachus urna.
Inſequitur nimbus peditũ: clypeataq; totis
Agmina denſantur campis: argiuaq; pubes:
Aruncæque manus rutuli ueteresq; ſicani.
Et ſacranæ acies & picti ſcuta labici
Qui ſaltus tyberine tuos ſacrũque numici
Littus arant rutuloſque exercẽt uomere colles

Circæumq; iugũ: quis iuppiter anxuris aruis
Præsidet: & uiridi gaudens feronia luco.

cupiebat. Hoc enim etiã Amata superius dixit: Inachus acrisiusq; patres mediæq; mycenæ. Custos. ne reuerti posset in formam priorem. Pater inachus. pater nõ tantũ eius: sed auctor originis Turni. Totis agmina campis. qui oculis poterant subiacere. Densent: Denseo denses dicimus aliter nõ. Argiuaq; pubes. Denseo
Et hoc ad hoc generis: ut diximus supra pertinet probationẽ: qđ eum sequebant argiui. Veteresq; sicani. Bene ueteres: Nam ubi nũc Roma est: ibi fuerunt sicani: quos postea pepulerũt aborigines. Sacranæ a. Dicunt quendã corybantem uenisse ad italiã: & tenuisse loca: quæ nũc urbi uicina sũt: & ex eo populos ducentes originẽ sacranos appellatos. nã sacrati sũt matri deum corybantes. Alii sacranas acies ardeatium uolunt: qui aliqñ cum pestilẽtia laborarent: uer sacrum uouerũt: unde sacrani dicti sunt. Ver sacrũ aũt imolationis est genus. Mos. n. talis fuit: ut magnis in periculis adducti uouerent q̃cunq; proximo uere nata essent apđ se aĩalia imolaturos. Picti s. l. Glaucus Minois filius uenit ad italiã: & cũ sibi imperiũ poscret: nec acciperet: ideo qđ nihil præstabat: sicut eius pater ꝓstiterat: zonã eius transmittendo: cũ ante hac discincti essent: & oñdit & scutũ militare: a quo & ipse labicus dictus est: & ex eo populi. ἀποτῆς λάβης: quã latine ansam uocamus. Picti aũt scuta id est in bello frequenter ꝓbati. nam apud maiores uiroꝝ fortium picta erant scuta. cõtra & inertiũ & tyronũ pura erant: unde est Parmaq; ĩglorius alba. i. nõ picta. Qui saltus t. t. nõ originẽ ut supra diximus. Sacrũq; numici l. a. ut iã tũc sacrum: aut ꝓlepsis est a cadauere æneæ: nam sacratus ẽ Numicus postq̃ inuentũ est illic cadauer æneæ. Littus arant. littus fluminis: ut Viridiq; in littore cõspicitur s. cũ ripæ proprie fluminũ sũt: littora maris: ut Oui. Pro ripis littora pulsant. Circæũq; i. Circa hunc tractũ campaniæ complebat puer Iuppiter q̃ anxurus dicebat quasi ἀνέυγῦρδος Iuppiter
.i. sine nouacula: quia barbam: nunq̃ rasisset: & luno uirgo quæ feronia dicebat. Est aũt fons in campania iuxta anxurus
terracinam: quæ aliquando anxur est dicta. Et ui. g. f. l. Non uacat q̃ addidit uiridi: nam cum aliquando huius luno
fontis lucus fortuitu arsisset incendio: & uellent inde incolæ transferre simulachra subito reuiruit. Virgo

Dixerat: & niueis hinc atq; hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet: ille repẽte
Accepit ſolitam flammam: notuſq; medullas
Intrauit calor: & labefacta per oſſa cucurrit:
Nõ ſecus atq; olim tonitru cum rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Senſit læta dolis: & formæ conſcia coniunx.
Tum pater æterno fatur deuinctus amore.
Quid cauſas petis ex alto? fiducia ceſſit
Quo tibi diua mei? ſimilis ſi cura fuiſſet
Tum quoq; fas nobis teucros armare fuiſſet:
Nec pater oĩpotens troiam: nec fata uetabant
Stare: decẽq; alios priamũ ſuperẽſſe p annos:
Et nunc ſi bellare paras: atq; hæc tibi mens eſt
Quicquid in arte mea poſſũt p mittere curæ:
Quod fieri ferro liquido ue poteſtur electro:
Quantũ ignes animæq; ualẽt abſiſte precãdo
Viribus indubitare tuis ea uerba locutus
Optatos dedit amplexus: placidumq; petiuit

DO. Priami natis. De Creusa maxie itelligit. laborat aũt ut uerecũde uideat̃ petere: ne mariti auxiliũ inaniter rogaret in rebus q remoueri nõ possent. eadẽ. Quæ tacui. Genitrix nato. Maiorẽ miserationẽ mouet noibus necessitudinũ q̃ mouisset noibus ppris. In me. iunxit personã suã ut magis moueret. accepit solitã fl. Oñdit plus profuisse locis tẽporis & psonæ obseruationẽ q̃ uerba. Pater: Qui loco patris æneæ eẽt p futurus. Quid cauſas. ita loquitur quasi non ipse eẽt q paulo ante cunctabat̃. ex alto. lõga circuitione uerboꝝ. Nec pater om. non posse penitus subuerti: sed posse differri fata ostendit poeta. Ferro. ad robur pertinet. electro. ad pulchritudinem. Sed armorum splendor uehementer terret hostes. animæ. uenti quibus ignis animatur.

CHRISTOPH. Artis opis. Quasi dicat quæ facile præstare potuisses. Cariſſime. cum efficacia protulit & gestus lenocinio. Cariſſime. Propterea nolui te incaſſum laborare: quia mihi ex cariſſimus. Cariſſime. Quaſi hoc uerbo medetur dolori inueterato uulcani ex adulterio anchiſæ quaſi inferat non ppea ſe anchiſæ admi-

ſcuiſſe.q; tedio mariti afficereť.ed alia uēiali cā g cariſſime cōiunx.i.cuius cōiugiū mihi ſēp gratiſſimū fuit:nā nulla alia re grauius ferūt uxoris adulteriū uiri.q; dolēt poſtpōi ī amore. Quauis priami natis.Quod debebat Paridi ſoli ueluti gratiſſima ſe oībus debere dicit. Et durū æneæ.nō noīauit æneā niſi iā corroborata cā. atq; ea conaťducere ī cōmiſerationē.cū eius noīat durū laborem & cū multū cōfideret formæ ſuæ.addit fleuiſſe:ut mo ueaťpp ſe:ſi nō mouet pp æneā. Iouis ſperiis rutilorū.Oſtēdit egere auxilio:qa in oris rutilorū.Oſīdit picu la nō eē ineuitabilia:qa ſint ſub tutela iouis. Ergo eadē.oſiderat cām petēdi eē hōeſtā:neq; deſperādā:nūc pōit petitionē. Nato filia.Ergo cōcedēdū te.Nerei te potuit l.th.c.argumētū a maiori. Aſpice.oſīdit auxiliū neceſ ſariū pp hoſtiū potētiā: Et niueis hinc atq; hinc.Fœminarū ē ut pulchritudini & blādiriis plus cōfidāt quā ue ris argumētationibus.ipſa āt prudētiſſime egit ut p̄mo rōnibus cōmoueret:deinde comotū pulchritudine & blā ditiis impelleret. Cūctātē.ex morali ſenſu docet maximos ēt uiros muliebri forma hac lenocinio domari poſ ſe:ut de hercule iāſone q; referūt. Sēſit læta dolis.nihil.n.fœminæ gratius accidere pōt:quā cū ſētit ſua pulchri tudine uirū uinci. Quid cās ex alto.Aīaduertat artificioſā cōiugis orōnē uulcanus & illā p inſinuationē argu mētatiōis ex lōginquo repetiſſe:& ueluti amore pdomitus opam ſuā pfectā abſolutāq; polliceť.Quis.n.amo ri reſiſtat.uſi ipſe alibi:oīa uincit amor & nos cedamus amori. Liqdo ue poteſtur electro nō me fugit inueniri apud antiquos poteſtur.nā Lucre.ait in tertio:qđ tū expleri nulla rōne poteſtur:ut ēt dixerūt poteſſe:idem qđ ſi forte una credūt rōne poteſſe.uerū in hoc uerſu nō ſtat:qa electrū p̄mā ſyllabā,pducit:ē.n.ἤλεκτρον græce & h littera ſp apud nos ī e lōgā trālit.Ergo ſi dicať Liqdo ue poteſtur electro:corripiť e:qm ē ultima dactili.Qua rō ne iuductus puto Verg.hūc uerſum feciſſe ſpondaicū:ut ē Cornua uelatarū ſubduximus antēnarū.& alibi ſic co ſtā lōgo ſubduximus apēnino.Quapropter diceť quod fieri ferro liqdo ue pōt electro ut teſte ſit in qnta ſede ſpō deus p dactylo.quod apud græcos tritiſſimum eſt. Animæ.uenti.Hora.Impellūt animæ lintea thraciæ.nam uento per folles concitato egent fabri ferrariiad ignem uiuificadum:inde flamma a flatu diciť.

Cōiugis infuſus gremio per membra ſoporē
Inde ubi prima quies medio iā modis abacta.
Cimulo expulerat ſomnū.cū fœmina primū
Cui tolerare colo uitam tenuiq; minerua
Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes
Noctē addēs operi:famulaſq; ad lumia lōgo
Exercet penſo.caſtumq; ut ſeruare cubile
Coniugis: & poſſit paruos educere natos
Haud ſecus ignipotēs nec tēpore ſegnior illo
Mollibus eſtratis opera ad fabrilia ſurgit
Inſula ſicanium iuxta latus æoliamq;
Erigitur liparen fumātibuſ ardua ſaxis
Quā ſubter ſpecus.& cyclopū exeſa caminis
Antra ætnea tonant:ualidiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum:ſtriduntq; cauernis
Strīcture chalybū:& fornacib⁹ igniſ anhelat
Vulcani domus:& uulcania nomine tellus
Hoc tunc ignipotens cælo deſcēdit ab alto
Ferrum exercebant uaſto cyclopes in antro
Brōteſque ſteropes & nudus mēbra pyracmō
His informatum māibus iam parte polita
Fulmē erat:toto genitor que plurima cælo
Deiicit in terras:pars imperfecta manebat
Tris imbris torti radios:tris nubis aquoſæ

SER. Coniugis infuſus gremio.hoc ē ante concu buit.& ſic quieuit.Probus uero & Carminius pro pter cacephaton infuſum legunt ut ſit ſenſus Dormit cum coniuge dormiente.ideſt petiit ſoporem infuſū ēt in coniugis gremio. Curriculō.Tempore mo. alias loco.alias officio. Colo hūc ſeqmur.nā hu ius coli dicimus.nō ut Sta.huius colus ī ſexto theb. Extrema iā filia colu datus ordo ſenectæ & in quar to Nigreæq; ſororum Intrauere colus. Tenuique Mineruā.non filio tenui.ſed paruo precio lanificii. & alii hic diſtinguunt.& ſubaudiunt mos eſt.aut pla ceťut ſit ſenſus Cui tolerare colo uitam tenuiq; mi nerua mos eſt.uel placet & ſic inferunt impoſitum ci nerem & ſopitos.ut cōtra Horatius incedis per ignes ſuppoſitos cineri doloſo.alii ſic legunt Tenuiq; mi nerua impoſitum.i.cui hæc neceſſitas fataliter data.

Noctem addens operi.per tranſitum oſtendit eē nocte partē diei. Exercet penſo.fatigat:Teren.in andria Primo hæc parce ac duriter uitam agebat la na & tella uictū q̄ritās.hinc ergo traxit Verg.ut dice ret Caſtū ut ſeruare cubile. Ignipotēs.Vulcanus ut diximus:ignis eſt & dicitur Vulcanus quaſi uolica nus.quod per aerē uolet.Ignis.n.e nubibus naſcitur uſi et homerus dicit eum de aere p̄cipitatum in terraſ quod omne fulmen de aere cadit.quod quia crebro ī lemnū inſulam iacitur.iō in cā diciťur cecidiſſe uul canus.Claudus āt dicitur:quia per naturam nūquā rectus eſt ignis. Ad fabrilia dura.ex cōtrariis epi thetis fecit ornatū.dicens mollibus eſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Sicanium iuxta latus æoliamq; erigi tur liparem phiſiologia eſt cur Vulcanus in his locis officinam habere fingať inter liparem & æneam. ſci licet preopter ignem & uentos.quæ apta ſunt fabris. æoliam āt iō liparen qa una de illis ſeptem inſulis q bus æolus imperauit. Antra ætnea t.magnitudinē ictuum oſtendit.quibus & uicini montes reſultabāt aut certe ætnea quaſi ætnea dixit. Auditi referunt gemi.per ecco:& breuiter ſignificauit. Strictūræ chal.ſtrictura eſt terra ferri in maſſam coacta. Chalybes p̄oprie ſunt populi:apud quos naſcitur ferrum:ut ipſe at chalibes nudi ferrum uiroſaque pontuſ. Caſtorea.unde modo chalybum poſuit ſtricturas pro ferri maſſis hoc tunc.i.huc tum & pro hoc huc poſuit ſecundū antiquum morem.nam antea hoc aduerbium loci fuit quod nunc aboleuit:nam crebro in antiquis lectionibus iueniť:ſicut in epiſtolis probat Verius flaccus exēplis aucto

Vulcāuſ

Deſcribit officinā vulcani

rítate & ratiõe dicẽs in aduerbio pro u o plerũq; maiores põere cõsuetos: & sic pro huc hoc ueteres dicere solebãt sicut pro illuc illo dicimus. uñ ẽt hoc o lõgũ apparet eẽ sicut illo dicimus qđ p illuc ponit. Brontesq. qd factu ri sint ex noibus docet. Ná brõtes a tõitru dictus ẽ ἀπο τῆς βροντῆς. Steropesq. a fulgetra i. ἀπο τῆς στρομῆς Pyracmõ uero q nũq; a calẽti icude descẽdit ἀπο του βύρος καὶ ἄκμονος. Ná pyr ignis ẽ. ακμων incus. Nudus mem p hũc ẽt cæteros nudos fuisse signi ficat. Informatũ. i quãdã formã designatũ & cõpositũ: dicit ãt in fulmine, partẽ nõ pfectã ptẽ iã pollitã fuisse. Toto ge. q̃. p. c. Toto cælo i. ab oĩ pte cæli. nã dicũt phisici de. xvi. ptibus cæli iaci fulmia: q̃ ãt: q̃lia. ut Hũc Eurtale aspicio. i. talẽ: Ergo hoc dicit: faciebãt fulmẽ in eorũ similitudinẽ. q̃ Iuppiter iacit toto cælo hoc diuersis ptibus cæli. i. xvi. Tris im. tor. r. cõstricti & coactii grãdinẽ. Sta. Sicco quos asp hiatu p̃solidat boreas: & sciẽdũ i hoc eũ uelle ostendere toto ãno iaci fulmẽ: nã p has piphrasis tpa ostendit ãni totius: q̃ & q̃ttuor eẽ & ternos mẽses hẽre mãifestũ ẽ: uñ dicit Tris imbris torti radios. hoc ẽ grãdinis: q̃ abũdat p hiemẽ. Tris nubis aquosæ. hoc est ueris quo tẽpore nimiæ sunt pluuiæ. ut & ruit imbri ferrum uer.

Brõtes Steropes Pyramõ

DO. Gremio. intelligitur gremium non solum sedentis sinũ uerũ ẽt quicquid homini ad requiem præstiterit locum ita alibi: & forum gremio dea tollit in altum. Famulas. pro manibus accipiamus: quibus uice famularum utuntur pauperiores quibus ad comparandas famulas pecunia non est.

CHRI. Cũ fœmina primũ. ostendit p trãsitum oporteret bonã matrẽ familias assiduo opere cuncta q̃ domi sunt curare & pro uiribus familiã nutrire. & castitatẽ duritia uitæ & assiduo labore cõseruare. quapp recte iuue. Præstabat castas hũilis fortũa latinas Quonda nec uitiis cõtingi parua sinebat tecta labor: somniq; breues & uellere tusco Vexatæ duraq; manus. Nocte. quã multæ in nimia lasciuia cõtemnũt. Famulasq. nã quæ regẽdæ familiæ ẽst omnẽ a muliebri sexu desidiam dimouere oportet si illum castũ continere cupit. recte q̃ Ouid. Ocia si tollas periere cupidinis arcus. Penso. a pẽsando dicit pensũ. accipiebãt. n. famulæ lanã certo quodã põdere q̃ qđ pẽsaret pẽsũ dicebãt. Hĩc libraria ea erat q̃ reliquis lanã pẽdebat. Põdere. n. põdus facit. apẽdo fit penso. Dicimus ẽt pensũ examẽ & diligẽtẽ cutã siue cogitationẽ & cõsultationẽ quã in maioribus rebus adhibere cauti cõsueuerũt ga si a corporeis ad incorporea translationẽ faciamus cogitare ẽ ipsas tes pendere: & ga prisci pecuniã q̃ ænea fuit nõ numerabãt sed pendebant pendere soluere dicebãt. Repẽdere ẽ aliud pro alio pẽdere.. Parnos q̃ suo labore aut ĩdustria sibi cõsulere per ætatẽ nequeãt: aut q̃ paruuli magis sũt sub protectiõe materna q̃ paterna. Ciclopes. strabo ait ciclopas septẽ fuisse: quos gasterochiras. i. uẽtrimanos dicit appellatos. qm̃ sua industria & artificio alebant: eliciaq; uocatos fuisse. Hesiodus tres fuisse scribit. Brõtẽ. Steropẽ. & harpẽ filios cæli & terræ dictos de uiq; cilopes: qa unicũ rotũdũ ĩ frõte hãt oculũ. alii dicũt neptũnũ ex amphitrite. Isti primo ĩ creta feratiã ex ercurrũt. Iam parte. ostẽdit Vulcani studiũ perficiendo g̃ermorũ: q̃ opus ĩchoatũ relinq; iussit & id opus quod esset oĩum maximum. & eius dei cæteris omnibus dissimparet.

Pendo Pensum Penso

SER. Rutili tris ignis. hoc ẽ æstatis. Et alitiis austri. hoc est auctumni. quo uentorũ crebra sunt flamina: & prudẽter his omnibus naturã exprimit fulminis. quod necesse est. ut per nubes & uẽtos nascatur. Fulgores hunc terificos quos fulgetras dicunt Sonitumq; metũq;. per sonitum tonitrua ostendit. per metum fulgetras. & hunc ordinem sic posuit. ut hoibus uidet. nam reuera prior collisio nubium. uñ ignis emittit. Nos ãt ideo prius fulgetras uidemus q̃ tonitrua audiamus quia uelocior oculorum q̃ auriũm sensus est. Sequacibus. persecutricibus. Aegida q; horriferam. ægis proprie est munimentum pectoris æreum habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum sit in pectore numinis fuerit ægis uocatur si in pectore hominis fuit sicut in antiquis imperatorum statuis uidemus: lorica dicitur. Turbatæ. pro turbantis: Nam timuit omoeoteleuton: & fecit supinam significationem: alii ad fabulã referũt: q dicit in belo arma perdidisse turbata. ut quasi ipa nũc reparet cuius dicti nullus auctor idoneus reperitur.

Squammis serpentum auroque p. ægida horriferã aureis squãmis serpẽtũ certati polibãt. alii uolũt re uera de corio serpẽtum dicere eũ arma eẽ leuigata

Cõnexosq; an. gorgõis. i. capiti. Defecto uertẽtẽ. i. c. aut sua lumina circũferẽtẽ. & mortis indignatiõe q̃rẽtẽ: quorum se interitu poscet uesci: aut certe intuentem lumia insaxa uertentem. hoc autem caput iõ Minerua fingitur habere in pectore: q; illic est omnis prudentia. q̃ confundit alios & ĩperitos ac saxeos cõprobat. Tollite cuncta inquit. Vile est quod pleriq; dicunt propter arma martis iratum eẽ Vulcanũ p

Addiderant rutili tris ignis & alitis austri
Fulgores nũc terifico s: sonitumq; metumq;
Miscebãt operi flãmisq; sequacibus iras
Parte alia marti çuruumque rotasq; uolucres
Instabãt: q̃bus ille uiros q̃bus excitat urbes.
Aegid iaq; horrificã turbatæ palladis arma
Certatim squãmis serpentũ auroque polibant
Cõnexosque angues. ipsãque in pectore diuæ
Gorgona: defecto uerrentem lumina collo
Tollite cuncta inquit: ceptosq; auferte labores
Aetnæi cyclopes: & huc aduertite mentem
Arma acri facienda uiro: nunc uiribus usus
Nũc mãibus rapidis. omni nũc arte magistra
Præcipitate moras. nec plura affatus. at illis
Ocius incubuere oẽs. pariterq; laborẽ
Sortiti fluit æs riuis. auriq; metallum
Vulnificusque chalybs uasta fornace liquescit
Ingẽtem clypeũ informãt unum oĩa contra
Tela latinorum. septẽnosq; orbibus orbes
Impediunt. alii uentosis follibus auras
Accipiunt. reddunt q; alii stridẽtia tinguunt

Aera lacu: gemit impositis incudibus antrum
Illi inter sese multa ui brachia tollunt
In numerum uersantq; tenaci forcipe massam
Hæc pater æolis properat dum Iemnius oris
Euandrum ex humili recto lux suscitat alma
Et matutini uolucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior tunicaq; inducitur artus.

fertim cũ & armẽt Mineruã & fabricẽt fulmina cyclopes & Vulcanus dixerit cõtra tollite. g tollite aut differre ẽ: aut celerius terminate. Cœptos auser. l. Quia dixerat His informatũ mãibus iã pte polita fulmẽ. Aetnæi cyclopes: ut Aetnæos fratres. Nũc uiribus usus. Nũc ẽ uestrarũ uiriũ exercitiũ. i. tps exercẽdæ uirtutis circa arma uiri fortis. Arte ma. Ambitiosius q̃ si magistri diceret rẽ psonæ in artẽ trãstulit: ut si dicas opus ẽ peritia medicinæ. non medici.

Præcipitate moras. Præcipitãter. i. festinãter abiicite. Nec plura effatus. Sicut festinãtẽ decebat.

Ocius incubuere. Quã ille pceperat. Pariter. pari mõ. Sortiti. Diuiserũt inter se laboris officiũ: ut sortiti remos. Vulnificusq; chalybs. populũ apud quẽ nascit pro ferro posuit: & liquescit dixit, pprie: nã ferrũ nõ solũ it sed molliscit. Informãt. designant. Ingẽtẽ aũt & magnitudine & soliditate: nã & clypeũ dixit: q magnitudie corpus furat: usi & clypeus dictus ẽ ἀπὸ τοῦ κλύπτειν. & dicturus ẽ septẽnosq; orbibus orbes. Impediũt. i. ue luti septẽ scuta facta in unitate cõnectũt. Accipiũt redeũtq; lũgẽdũ uno eodẽq; tpe partim reddũt: partim uentos accipiũt. Stridẽtiã tin. Tingẽdo stridere faciũt. In numerũ. i. in ordinẽ: ut tũ uero in numerũ faunosq; se uideres Ludere. Forcipe. Forfices sũt qbus incidimus. Forcipes sũt qbus alqd foruũ tenemus: q̃si foruiraſq; capes. Nã foruũ ẽ calidũ uũ & formosos dicimus. qbus calor sanguinis ruborẽ pulchritudinis creat. Hæc dũ properat: Properãter facit & ẽ hõesta locutio. Aeoli. Nã ut diximus uulcania una ẽ de septẽ æoliis. Lennius. q in Iemnũ insulã: ut diximus: cecidit a iunone pp deformitatẽ deiectus: quã aerẽ cõstat esse. ex quo fulmina procreanẽ. Ideo ãt Vulcanus de femore iunonis fingit procreatus: q fulmina de imo aere nascanẽ: qđ ẽt Luc. dicit Fulminibus terræ propior succeditur aer pacem summa tenent. Volucrum sub cut. potest & generaliter accipi uolucrum quarum uis. & specialiter ut hirundinum.

Forfices forcipes foruum Formosus

DO. Tollite magnũ æneæ meritũ q cũcta supis necessaria tollerẽt ut arma illi fierẽt. Acri arma uiro. Suppressit cuius cã ne nimis uxorius uideret. Nec nominat puignũ: q naturali malitia odiosus eẽ põt. Illi ocius. iubẽtis auctoritas oñdit. Flui. de auro & reliqs metallis q̃ ita soluit. Vnũ oĩa cõtra t. la. Ex psona poetæ: nã Cyclopes nesciebãt cui fabricarẽt. Septenis. Quatuordecim circulis sic clypei textura currebat ordinatis omnibus ut se inuicẽ necterẽt. In numerũ. Ordinatis uicibus feriẽdi & uersãdi. Quod ãt incudibus in plurali dixit massam & forcipem in singulari ītelligas singulis in cudibus singulas massas & forcipes fuisse.

CHRI. Tris imbris. Et physice simul & poetice fulmẽ describit. Nam qđ addãt radios imbris torti & nubis aquosæ & rutili ignis & austri physicũ ẽ: qđ uero metũ & terrorẽ adiungant poeticũ ẽ. Fulmẽ. n. ut ī prio dixi mus: ex hũido ẽ & calido intra nubẽ iclusis. Instabãt. i. fabricare. Instare rei est cũ ita illi iminemus. ut nusq; discedamus. Aegida. Aegis scutũ fuit Iouis dictũ ἀπὸ τῆς αἰγὸς. i. a capra. Nã ille a capra amalthea nutritus est cuius mortuæ pelle scutũ suũ opuit. Deide dono dedit Mineruæ: Capram uero inuitã & restitui & alia obducta ĩter astra collocauit. seq; ob capræ memoriam ægiochũ appellari uoluit. ut Diodo. Horrificam. ppter caput Medusæ. quod in ea Perses collocauit. Tollite. mira animi festinatio ex oratiõis breuitate ostendit. nam q festinat nũq; longiorem adhibet orationem. Cœptosq; auf. l. ad expressionem rei posuit: nã nõ ita cũcta tolli iubere putandũ erat. ut incepta relinquerent ĩperfecta. nisi noĩatim hoc exprimeret. Huc aduertite mentem. attentionem captat. Arma acri f. u. Cũ põdere proferenda uerba. u t illos attentos ad rem agendam reddat. Nunc uiribus u. Tria posuit. qbus res breui perficit: uires celeritatem & artem. At illi. nõ est ĩferioris respondere. sed iussa q̃primũ exeq. pstertim cũ intelligit properato opus esse. Incubuere diligenter & sine intermissiõe in facendo opere pseuerare. Pariterq; l. i. nõ satis est quod omnes incũbbant nisi ẽt pariter. i. æquis portionibus operentur. Flui æs r. au. q. r. Distincte locutus est. Nam æs & aurũ fũdit. ferrũ aũt nõ fundit. sed liquescit. Vnũ cõtra oĩa tela. q. d. talem ut solus oĩum telorũ resistat & ictibus latinorũ uirorũ fortiũ. Septenusq; or. hæc descriptio celeritatem. uires & ingentium. q̃ oĩa Vulcanus requisiuerat adhibita a cyclopibus demonstrat. Ex humili l. i. a. Nam populi rectores uigilãtes esse oportet.

Et tyrrhena pedum circundat uincula plantis
Tum lateri atq; hũeris tegæum subligat ensẽ
Demissa ab leua pantheræ terga retorquens
Necnõ & gemini custodes limine ab alto
Præcedunt. gressumq; canes comitãtur herilẽ
Hospitis æneæ sedem secreta petebat
Sermonũ memor & promissi numeris heros:
Nec minus æneas se matutinus agebat
Filius huic pallas: olli comes ibat achates
Cõgressi iũgunt dextras. mediisq; residunt

SER. Tyrrhena uincula. Tusca calciamenta. Et dicit crepidas quas primo habuere senatores: post equites romani nuuc milites. Tegæum ensem. Arcadium gladium. Demissa ab leua pantheræ terga re. a sinistro humero pellem demissam habuit. quam retorquens & in dextram reuocans partem se amiciebat. Gemini custodes. Hoc & in Homero lectum est & in historia romana. quæ ait Syphas inter duas canes stans Scipionem appellauit. Sermonum memor scilicet, promissi auxilii, ut auxilio tutos dimittam opibusque iuuabo. Heros hoc nomen nõ tm̃ ps̃entis est sed & præteriti. unde ẽ q Euandrum heroem dicit cum sit uirtutis emeritę plerunque heros: & generis est. Matutinus agebat. rem temporis ad personam transtulit. Licito

to tãdẽ ser. tãdẽ ꝙa ãborũ desiderio uox morã fecerat. Nũquã res eqdẽ troiæ uictis, satis maturæ eqdẽ dixit. i. ego qdẽ troiã te uiuo uictã nõ arbitror: q̃ tũ est i opinione mea. Pro no. t. Pro tui noĩs gloria.

Et mu. c. ar. & breuitatẽ sui oñdit ipii & hostilẽ necessitatẽ. ob quã pẽitus se exarmare ñ poterat. Tuſco c. a. Tuſco iõ dixit. qa ipse fuit rõani finis ĩperii luue. Et q̃ impii fines tiberinũ uirgo natauit. Sed tibi ego. artificiose agit ut ẽt q̃ mõstrãt auxilia ipius uideant eẽ. Ingẽtes ãt populos nõ sine cã dixit: Nam thuſcia duodecim lucumões hũit. i. reges: qbus unꝰ erat: uñ ẽ Gẽs illi triplex populi sub gẽte q̃terni.

Quã fors sopina, hoc bñficiũ casus pstat: q effecit ut eo tpe qras auxiliũ. quo tyrrheni ducẽ reqrũt.

Fatis huc te p. af. Perge illuc poscẽtibꝰ fatis: nã talis ẽ sẽsus sed si leegeris affer. similiter iũgit fortunã fato ut: supra ubi ait: Fortuna oĩpotẽs & inelutabile fatũ. Si ãt legeris affers: talis erit sensus: Fati necessitate factũ ẽ ut uenires. fortũæ bñficiũ. ut illi ducẽ reqrãt. Legimus ḡ & affer & affers. Saxo incoliẽ s. u. Antiquo ope: ut tẽpla dei saxo uenerabar structa uetusto. Vrbis agillinæ sedes: q̃ nũc cære dicit. Lydia quodã gẽs. quodã insedit nõ bello quõdã pclara nã & tũc florebat. Sane ẽt supra diximus meoniã ꝓuinciã eẽ: cuius dũ breuitas duos fratres Lydũ & tyrrhenũ ferre ñ posset: ex sorte Tyrrhẽus cũ ĩgẽti multitudine pfectus ptẽ italiæ tenuit: & tyrrheniã noiauit. Hi diu pratica exercuerũt: ut ẽt Ci. in hortensio docet: cũ captiuos nouis pœnis affligerẽt occisorum eos religãtes cadaueribus. qd Ver. dat Mezẽtio sciẽs lectũ eẽ de tyrrhenorũ gẽte. Sane illo tẽpore tyrrhẽi dicti sũt post thuſci ἀπὸ τοῦ τύειν. Lydi ãt a Lydo rege fratre: q̃ in prouincia remãscerat. Quid nemorẽ insãdas c. Figura oratoria: q̃ paralepsis uocat. Cice. Nã illa nimis antiqua ꝓtereo. Effera. cruẽta. Dii capiti ipsius. Vt quod dii ꝓus omẽ in ipsũ cõuertant.

Torméti genus. exclamatio ẽ inuẽti supplicii. Sanie taboq̃. Saneis mortui ẽ tabo uiuẽtis. i. sanguinis

Sames Tabulũ

Aedibus: & licito tandẽ sermõe fruuntur
Rex prior hæc.
Maxime teucrorũ ductor quo sopite nunquã
Res equidẽ troiæ uictas aut regna fatebor.
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ uires: hinc tusco claudit amni:
Hic rutulus premit. et murũ circũ sõat armis
Sed tibi ego ingẽtes populos opuleraq̃ regnis
Iungere castra paro. quã fors inopina salutem.
Ostẽtat fatis huc te poscentibus affers.
Haud procul hinc saxo collit fundata uetusto
Vrbis agillinæ sedes ubi lydia quondam
Gens bello præclara iugis insedit hetruscis
Hãc multos florentẽ annos rex deinde superbo
Imperio: & sæuis tenuit mezentius armis
Quid memorẽ infandas cædes. qd facta tyrãni
Effera? dii capiti ipsius generi q̃ reseruent
Mortua quinetiã iungebat corpora uiuis
Componens manibusq̃ manus. atq̃ ori b9ora
Torméti genus & sanie taboq̃ fluentes
Complexu in misero longa sumorte necabat.
At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circũsistunt ipsumq̃ dominumq̃
Obtruncant socios. ignem ad fastigia iactant
Ille inter cædes rutulorum elapsus in agros

DO. Quia uolumẽ Dõati fragmẽtatũ ẽ: nullæ extãt interptatiões eorũ uersuũ: q sunt reliqui in hoc libro.

CHRI. pátheræ. Páthera & tygris maculari uarietate, ppe solæ bestiarũ spectãt. Cæteris unus ac suus cuiusq̃ generis color ẽ. Pátheris in cádido breues macularũ oculi. Ferũt colore earũ mire sollicitari q̃drupedes. sed torui tate corporis terreri: q̃re eo occultato reliq̃ dulcedine inuitatas corripiũt. Sũt q credãt in armo iis similẽ luuæ eẽ maculã ad lũæ quoq̃ normã crescẽtẽ atq̃ decrescẽtẽ. Scaurꝰ pmꝰ ædilitate sua. cl. misit. Inde Põpeius magnus. cccx. in dedicatiõe theatri Marcelli pmũ romæ ursa ẽ tygris in cauea mãsuefacta. Claudius deinde q̃ttuor dedit

Canes co. Mira & fidissima ẽ custodia canũ. Nã mãifestũ ẽ ut Pli. ait canẽ, p salute dñi accerrime pugnare aduersus hostes. Garamẽtũ regẽ ab exilio canes ducẽti reduxere cõtra pliãtes resistẽtes. Colophonii & castabalẽses in bello canũ cohortes habebãt & pmi in acie dimicabãt: acerrime. Prætereo multa alia. Sed nostra quoq̃ tẽpestate plurimi auxilio canũ usi sũt. Nec m. æ. in utroq̃ n. uigilãtiã eẽ oportebat. Maxie teu. maxia laus in ænea qd illo sopite diruta patria diruta dici nõ possit. Sed tibi ego. qd meis uiribus pstare ñ possũ ut alii pstẽt enitar & ipsũ cõsiliũ auxilii loco persepe habeẽ. Fatis: huc p. maxima. n. cõiectura ẽ q̃ fatis uenerit qñqdẽ in tãto cõmoditatis articulo uenerat. Facta tyr. ef. huiuscemõi facta ut ẽt in tyrãno effera eẽnt. q. d. oẽm tyrãnicã sæuitiã superabãt. Torméti ge. cũ sũmo stupore, pnũciãdũ. q. d. genus torméti ẽt apd tyrãnos inauditũ. Fessi. diuturna cru delitq̃ calamitate. & rẽ ueriſimilẽ facit. nõ. n. aliter ciues a suo rege defeciſſe credibile erat. circũsistũt ip. do. Obtrũcãt socios. i. ad iac. Vemẽtia orationis expmit populatẽ furorẽ. & colore rhetorico. qd dissolutũ appellant celeritatem rei.

SER Cõfugere. Cõfugiebat: & ut diximus historicus ẽ stillus. Defẽdier. defẽdi. i. defendebat. & uertit historiã: Nã ut diximus Turnus magis confugit ad Mezenitũ. Præsenti marte. sine aliqua delatiõe

Addam: aut dabo. aut re uera addam habentibus Tat corrẽ. Lõgeuus aruspex. argumẽto ætatis uult dictum uideri. Optate duces. uotis. s. Hoc acies

Cõfugere: & turni defendier hospitis armis
Ergo omnis furiis surrexit etruria iustis
Regem ad supplicium preseti marte reposcũt
His ego te ænea ductorem millibus addam

Toto nāq; fremunt codenſe littore puppes.
Signaq; ferre iubent: retinet lōgæuus aruſpex
Fata canens: o meoniæ delecta iuuentus
Flos ueterū uirtuſq; uirum quos iuſt⁹ i hoſtē
Fert dolor: & uerita accēdit mezentius ira:
Nulli fas italo tantā ſubiungere gentem
Externos optate duces tum etruſca reſedit
Hoc acies campo monitis exterrita diuum
Ipſe oratores ad me regniq; coronam
Cum ſceptro miſit. mandatq; inſignia tarcō:
Succedam caſtris tyrrhenaq; regna capeſſam
Sed mihi tarda gelu ſeclisq; effœta ſenectus
Inuidet imperium: ſeræque ad fortia uires
Gnatum exhortarer. ni mixtus matre ſabella.
Hinc partem patriæ traheret: tu cuius & āniſ
Et generi fatū indulget. quē numina poſcunt.
Ingredere o teucq; atq; italū fortiſſime ductor
Hunc tibi preterea ſpes: & ſolatia noſtri
Palāta adiungam: ſub te tollerare magiſtro
Militiā & graue martis opus tua cernere facta
Aſſueſcat. primis & te miretur ab annis
Arcades huic equites bis centū roborā pubis.
Lecta dabo: totidēque ſuo tibi nomine palas
Vixea fatus erat. defixiq; ora tenebant
Aeneas anchiſiades & fidus achates.
Multaque dura ſuo triſti cum corde putabāt
Ni ſignum cælo cytherea dediſſet ap erto
Namque iprouiſo uibratus ab æthere fulgor
Cum ſonitu uenit. & ruere omnia uiſa repente
Tyrrhenuſque tubæ mugire p æthera clangor
Suſcipiūt: iterū atque iterū fragor itonat igēſ
Arma inter nubem cæli re gione ſerena

cāpo: q̄ſi iā in bellū parati. Regniq; coronā inſi/gne. nō re uera coronā quā thuſci nūq; reges habue/runt: ergo ſpecies ē pro genere. Mādatq; inſigna. aut mittit i ſigna. i. ornamēta regalia: aut re uera mā/dat inſigna. i. magna: ut caſtris ſuccedā & capeſſā re/gna & tyrrhena. Sed mihi tarda gel. occurrit taci/tis q̄ſtionibus dicēs ſe nō iiſſe pp ætatē fenilē: filiū uero pp mixtū genus p originē matris uſi æneā dicit ire debere. cui ætas & origo regna cōcedūt. Sæcliſq; efſœta ſenectus. notādū dicta ſæcula ēt i uno ho/mine ſecūdū eos q dicūt ſæculū triginta ānos habere Nā alii uolūt. cx. alii mille ānis putāt ſæculū cōtine/ri. Inuidet impiū. bona elocutio: ut liber pāpine/as inuidit collibus ūbras. Q uē numina poſcūt. ut Ex ternos optare duces. italū fortiſſime ductor. ἐύ ξύμβολως iā ductorē italiæ uocat æneā. Spes & ſolatia. ſpesqa multa de eius uirtute ſibi promittebat pater ſolatiū qa amiſſa cōiuge unici filii utebat ſola/tio. Tolerare. q̄ſi rē aſperā & difficilē. Miret. imi/tet. Luca. Miratorēq; eatonis. Optima. n. ingenia ne/ceſſe ē: ut ea q̄ mirant imitētur. Suo nomine. bene in oībus ſilii gratiā facit: Nā dicit Dat tibi Palas mi/lites ducētos ſuo nomine: ipſe uero a me ducētos ac/cipies. Triſti cū corde. pp breuitatē auxiliorū. Cæ/lo apto. ſereno. ut aperta ſerena, pſpicere. Improui/ſo. nullū. n. indiciū pceſſerat nubiū. Fulgor. fulge/tra cū ſonitu. tonitru. ſ. ut diximus ſupra: ordinē tēu/it: q nobis apparet: ut fulgetras dicat pores cū ſint aſſi/ tonitrua. Ruere omnia. ſic. n. ſonat: ut uideat rui/na: alibi Cæliq; ruina: Bū āt tē pauit dicēs uiſa Tyr/rhenuſq; tubæ mugire p æth. cl. tyrrhenū clāgorem dixit tubæ. iō qa apud thuſcos tubā cōſtat ēē inuen/tā. Ergo tyrrhenus clāgor ſonus tyrrhenaq; tubaq; et bū cōgruis omnibus arma nūci āt p ſonos tubarum.

Fragor intonat. fragor, pprie armorū ē ſonus. qđ āt dicit intonat illuc ſpectat fulminat æneas armis: & uult fragore tonitrua ſplēdore fulgetrā imitari. Nō āt mirū ē a dea libidinis. Venere allatis armis in/eſſe fulgorē. nā & homerus dicit Thetide oblata ar/ma hēre motū quēdā & ſpiritū. q̄ duo in aqua ēē ma/nifeſtū ē. Thetidē āt nouimus nymphā. Inter nu/bē. p nubē more ſuo & dicit in ſerena pte cæli fuiſſe nubem per quam arma portata ſunt.

CHRI. Ille ier cædes r. elap. Et dexteritatis ſuæ ſi/mul et fortūæ bū ficio illū effugiſſe oīdit id. n. elabi ēē uidet: & ſic facit rē credibilē & ſimul cū ad Tur/nū cōfugerit pōit cām q̄ illos i auxiliū ſibi facile aſci/ſcat. Ductorē te his militibus ſingula uerba hāt pōdus & uictoriā, pmittūt. Addā ergo te. q. d. talē tātūq; du/cē his millibus q̄ſi in numero militū nūero. Quid ergo delperādū ubi ampliſſimæ ſint copiæ. & ab optimo im/peratore regāt. & extrema ira q̄ fortitudinē acuit in regē accēſæ. Nulli fas italo. addit pene neceſſitatē ut etruſci ſe æneæ cōmittāt. Lōgæuus e. dat fidē & auctoritatē ſuadēti Q đ aruſpex eēt: qđ artificiū auctore Tage ſub aratro inuēto ab etruſcis originē hūerit: & ſenex eēt q̄ſi lōga experiētia edoctus. Ad me. ergo facile illas ſuade/bo: cū tñ mihi tribuāt. Sub te magiſtro. q. d. ſun optimo magiſtro & occulte ſignificat quod in omnibus arti/bus optimus ſit præceptor eligendus: quod philoſophi apertiſſime præcipiunt. Tyrrhenus tubarum clangor nā ut ait Plinius a Piſæo tyrrheno ænea tuba innenta eſt. Lactātius tamen in iis quōs in Statii thebaidos cōmen/tariis reliquit ait Maletū tyrrhenorum regem tubā primum inueniſſe.

Perſudū rutilāre uidēt: & pulſa tonare.
Obſtupuere ānimis alii: ſed troius heros
Agnouit ſonitum: & diuæ promiſſa parentis.
Tum memorat. ne uero hoſpes ne q̄re pfecto.

SER. Per ſudum. Sudum eſt quaſi ſubudum ſe/renum poſt pluuias. ut Ver nacte ſudum. Agno/uit ſonitum. hoc eſt quid ſonitus ſignificaret. Di/uæ promiſſa parentis κατὰ τοσιὸν πρωμήνιον intelli/gimuſ. Venerem ei promiſiſſe. Hoſpes. & qui ſu/ſcipit & qui ſuſcipitur hoſpes uocatur. ut hoc q alit & qui alitur. Ne uero ne quære prof. ābæ partica

Sæculū

Tuba

Sudum

hoſpes

læ ad ornatū pertinet tantū. Portenta.modo bōa oīa quæ uictoriā portēdūt de hostibus. Ego poscor olympo.aut de olympo poscor.i.hæc signa mei causa fiūt.Aut certe olympū poscor. Diua creatrix.rerū oīum generaliter. Heu.adeo de uictoria fretus ē ut ēt hostiū misereat & hīc nascit' ille sēsus.Nō hæc o pala dederas,pmissa parēti.Itē æneas. Hi nostri reditus expectatiq; triūphi hæc mea magna fides. Fædera rūpāt:q̄ se facturū latinus,pmiserat.nō.n.erant facta. Herculeis sopitas ignibus aras.hyppallage ē. i.suscitauit aras herculeas:.in qbus erant ignes sopiti. Hesternūq; larē.cui pri die sacrificauerat.& ē iteratio.Nā male qdā externū legūt.i.extraneū. Post hīc ad nauis gradit'.unū uacat aut post: aut hinc: ut Post hinc digrediēs iubeo frōdētia capris:tale est & illud Primus ibi ante oēs. Qui sese bella sequantur in expeditionē & bellicā pparationē.Nā ut supra diximus bellū ē tps oē.quo uel preparat' aliquid pugnæ necessariū:uel quo pugna geri' plium āt dicitur cōflictus ipe bellorū:ut mō bñ dixit.Qui sese bella sequant':nō in pliū:nā ad auxilia petēda uadit.non ad pugnā:quāq; ēt si diceret q se ī pliū seq̄ntr.nō ual de ab re esse uidebat'.hi.n.eqtes cū a Tarcūte accepissēt æneas auxilia cū aliis etruscis eqtibus p terrā missi:obuios statim habuere bellātes:& quasi iā hīc recta pergere uidēt ī pliū:Vñ ēt a Cymodocea nauigāti æneæ dicit' lā loca iussa tenet forti pmixtus heTruso archas eques. Segnis.sine remigio:& respexit ad ascēdētes.de qbus ait:Remigio noctēq; diēq; fatigant:licet fuerit lenissimus fluuius. Regē.qs gesserat. Patris.ubi ēēt. Ex sortē æneæ.i.extra sortē aliorū:Per id qđ ē factū indicat' qđ nō est factum Per exortē aūt optimū & præcipiuū significat. Pellis obiit totū.pellis ostendit' magnitudo ī hoc qđ totū dicit obiit. Vnguibus aureis.aut qa ungues ipsi cū arnerint auri imitant' colorem:aut qa solebant deaurari.Sta.Auro māsuerat ungues. Subito uulgata cur subito.ipse dicit q̄si p paruā urbē. Ocius. positiuus antiquus ē.i.celeriter:nec.n.pōt tē cōparatiuus.ubi nulla ē cōparatio. Vota me.d.m.bñ duplicāt metu:Nā inest semp ī matribus uotum. Propiusq; piclo it timor.propius periclo pro proprior:nam matres qđ timēt hoc putāt liberis posse cōtingere. Iā apparet.adhuc illis pgētibus iā prœliū cogitat' a matribus.Dexterā euētis.s.qa dixerat pater „Hæret īexpletū.multi hic distīguūt:ut sit expletus hæsit:& talia locutus ē lachrymās.alii legūt īexpletus lachrymis.hōestius tū ē īexpletū lachrymās.ut sit nomē,p aduerbio.i.inexplebiliter.

Bellū Prœliū

Q uē casum portēta ferāt ego poscor olympo
Hoc signum cecinit missūrā diua creatrix
Si bellum ingrueret:uulcaniq; arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quātæ miseris cædes laurentibus instant
Quas pœnas mihi turne dabis q̄ multa sub un
Scuta uirū galeasq; et fortia corpa uolues(das
Tybri pater poscant acies & fœdera rumpant.
Hæc ubi dicta dedit:solio se tollit ab alto
Et primum herculeis sopitas ignibus aras
Suscitat:hesternumq; larē.paruosq; penates
Lætus adit.mactat lectas de more bidentes
Euander pariter:pariter troiana iuuentus
Post hinc ad nauis gradit':socios q; reuisit
Quorum de numero.qui sese in bella sequant'
Præstantes uirtute legit.pars cætera prona
Fertur aqua segnisq; secundo defluit amni
Nuncia uentura ascanio rerūq; patrisq;
Dantur equi teucris tyrrhena petentibus arua
Ducunt exortem æneæ quem fulua leonis
Pellis obit totum præfulgens unguib9 aureis.
Phamā uolat paruā subito uulgata per urbem
Ocius ire equites tyrrheni ad littora regis
Vota metu duplicant matres.ppiusq; piclo
It timor:& maior mentis iā apparet imago.
Tum pater euandrus dextram cōplexu s eūtis
Hæret inexpletum lachrymās:ac talia fatur

CHRI. Et pulsa tonare.ex magnitudīe sonitus:cū tonare dicat.oīdit' q̄lia sint arma. Ne.prohibētis ē:nā negatio īpatiuo nō iūgit'.Nā nō dicimus nō scribe:sed ne scribe. Diua creatrix.oīum creatrix:Sic Lucretius.æneadū gēitrix hoīum diuūq; uoluptas alma uenus cæli subter labētia signa .Quæ mare nauigerū:q̄ terras frugiferētes Cōcelebras.p te q̄m genus oē animātū Cōcipit':uisitq; exortū lumīa solis. Ingrueret.imineret. Post hinc pmū tpis ē secūdū loci. Quorū de numero.prudēs cōsiliū:ut neq; solus proficisceretur:castra tamen q̄ minime posset minueret.

SER. O mihi pteritos referat si iuppiter annos Qualis eram.& o & si optātis sūt:quæ nūc iungunt' nā singula ante ponebantur:ut si nūc se nobis ille aureus arbore ramus.ergo unū uacat quātū ad antigtatem:& notandum uotum de præterito fieri. Qualis eram.aut utinā sim talis qualis tūc erā quādo ista perfeci.aut certe laudantis ē.ut Qualis erā cū primā aciem preneste sub ipsa Straui.scutorūq; incēdi uictor aceruos:hoc traxit de hīstoria.Tarquinius enī priscus uictis sabinis in honorem Vulcani eorum arma succendit:quem postea secuti sūt cæteri. Cui tris animas p trasitum oīdit illā Platonis & aristotelis contentionē:qui dubitabant utrū q̄ttuor an tres

O mihi præteritos referat si iuppiter annos
Qualis erā cū primam aciē preneste sub ipsa
Straui.scutorūque incendi uictor aceruos
Et regem hac iherīlum dextra sub tartara misi
Nascenti cui tris animas feronia mater
Horrēdū dictu dederat.terna arma mouēda
Ter leto sternendus erat.cui tunc tamē omnes
Abstulit hæc aias dextra.& totidē exuit armis
Non ego nūc dulci amplexu diuellere usquā

Gnate tuo: neq; finitimo mezentius unquam
Huic capiti insultans tot ferro sæua dedisset.
Funera. tam multis uiduasset ciuibus urbem
At tuos o superi & diuũ tu maxime rector
Iuppiter: arcadii quæso miserescite regis
Et patrias audite preces: si numina uestra
Incolumem palanta mihi. si fata seruant
Si uisurus eũ uiuo: & uenturus in unum
Vitam oro, patiar quenuis durare laborem
Sin aliquem infãdum casum fortuna mĩaris.
Nũc nunc o ilíceat crudelem abrumpere uitã
Dum curæ ambiguæ: dum spes ícerta futuri.
Dum te care puer mea sola & fera uoluptas
Complexu teneo, grauior ne nũcius aures
Vulneret hæc genitor digressu dicta supremo
Fũdebat: famuli collapsum in tecta ferebant.
Iamq; adeo exierat portis eqtatus apertis
Aeneas inter primos: & fidus achates
Inde alii troiæ proceres. ipse agmine pallas
In medio clamyde & pictis cõspectꝰ in armis
Qualis ubi oceani perfusus luciser unda,
Quem uenus ante alios astroꝝ diligit ignes

animæ sint ĩ homine φυσικὴ: αἰσθικὴ νοητικὴ κίνητικὴ. hoc aũt loco per tres aĩas magnũ & perfectũ indicat uirum. Nam quãtum ad fabulã pertinet: tres animas propter tria habuit corpora attendendum est sane hoc sibi euandrum uindicare quod fuit in hercule: Nam ut ille Geryonem extinxit ita hic herilũ occidit: inde ẽ quod paulo post dicit: Neq; finitimo mezentius unquã huic capiti insultans. Mos enim Herculis fuit: ut etiam non rogatus laborantibus subueniret.: Tunc enim sicut ẽt Varro dicit oẽs qui fortiter fecerãt hercules uocabantur. licet eos pmo. xliii. enumerauerit. Hinc est quod legimus herculẽ tirynthium: argiuũ: thebanũ: libym. Hercules

Feronia maynymphaq; campaniæ: quam etiã supra diximus. Hæc etiam libertorum dea est. ĩ cuius tẽplo raso capite pileũ accipiebãt: cuius rei ẽt Plautus in amphitryõe facit mẽtionẽ. Quod utinã ille faxit iuppiter. ut ego hodie raso capite caluus capiã pileũ. Terna arma. mo. figura poetica: nã trina debuit dicere: arma. n. tantum numeri pluralis cui nõ iũgantur noia numeralia: ut supra diximus. Non enim diximus tria arma mouenda aũt uel contra ipsũ uel ab ipso. Finitimo. aut in finitimo: aut finitimo capiti uiduasset: cui uiri scilicet uiris fortibus erẽptis: & proprie uiduasset dixit: qa urbs est generis fœminini: Hora. abusiue & satis incõgrue in genere masculino posuit dicẽs: Viduus pharetra risit apollo. Atuos o superi. iã hic quasi pater loqtur diuisa. n. hæc allocutio: & ultima ps eius habet parentis affectũ: quod & ipse ostendit dicẽs. & patrias audite preces. Primo uero uiri fortis est. ut Feronia

Qualis erã cũ primã aciẽ preneste sub ipsa. Straui.

Durare laborẽ. ipsius. s. senectutis: Ter. senectus ipsa moribus est. Durare autẽ sustinere. Hora. ac fine finibus uix durare carinæ. Possũt ĩperiosius æquor. Infãdũ. casũ parẽtis ẽ. qđ formidat nolle mẽorare. Crudele uitãt. Quæ filio ẽ supstes. Sola. & fera qa & unus erãt & serius susceptus. lâq; adeo exierat. adeo ab ortu pertinet tantum. Ipse agmine pallas in medio. hic enim fuit mos. ut tyrones ponerentur ĩ medios & ambirẽt uiri fortes exercitũ: aut certe honoris est mediũ locũ in exercitu tenere. ut ipse alibi. Medio dux agmine turnus.

Conspectus. conspicuus: conspicabilis. Nam pro nomine participium posuit. Ante alios astrorũ diligit ignes uenus in cælo habet unã propriã stellã. quæ oriens luciferum occidens uesperum facit. inde Sta. Et alterno deprẽditur unus ĩ ortu. Habet ẽt duas alias. unã in signo tauri & unã in septentrione. unde etiã taurus domus dicit esse ueneris. ideo dixit. Quẽ uenus ante alios astrorũ diligit ignes.

CHRI. Scutorũ icendi uictor a. optime cũ prenestinos superasset eorũ deũ Vulcanum per sacrificiũ aut sibi reconciliare. aut reuocare uoluit. Coledant enĩ Vulcanũ. quoniã inde genitus est Cæculus. qui prenestinis ĩperauit. In sacris ãt Vulcani quoniã ipse ignis est. omnia quæ oblata essent icendio assumebantur. hinc Macrobius sacrificiũ apud ueteres erat proteruia nomine in quo quod ex epulis supererat igne cõsumebat. Cato ergo albidiũ quendam cui postquã uniuersum patrimoniũ ad ligurieret domus quæ reliqua erat aserat proteruiã fecisse dicebat. Tres animas. ostendit illũ tricorporẽ fuisse ut de Geryone fabulant. Cõceditur aũt ut apud ignotũ se laudibus efferat. Neq; etiã recedit a natura senũ. qui gloriosius q̃ par est. antea ab eis facta prædicant. Viduasset. acyrologia ẽ. i. ĩpropria locutio ut sit trãslatio a muliere uiro priuata. nã uidua dicit a uiro idua. i. separata. Vnde idus dicũtur ab iduãdo. quoniã mẽses iduant. idest diuidant. Si numina uestra. expositio est qua ĩ eadem sententia auditorẽ diutius detinemus. hoc autẽ facit ut omnino exprimat se filio defuncto supesse nolle. Si numina si fata. Quod pene idẽ ẽ. quãdo fatũ in rerum serie dicimus. quod ĩ mente dei prouidẽtiã nũcupamus. Est & color rhetoricus repetitio. quæ grauitatẽ orationi nõ nimiã affert. Collapsum. Vt sit præsagium quoddã futuræ filii mortis. Quẽ uenus ante alios astrorũ. d. i. Vide ubi de uenere tractauimus Luciferũ atq; hesperũ eãdẽ esse stellã. & uenerẽ appellari. Verũ cũ solẽ nobis precedit. & ante illius ortũ oritur. luciferũ appellãt latini. græci uero phosphorõ. Cũ ãt solẽ circa occidẽtẽ subseq uidetur nos ẽt græco nomine hesperum dicimus. Vulcano ppterua

Extulit os sacrũ cælo: tenebrasq; resoluit
Stãt pauidæ in muris matres oculisq; sequũtur
Puluerea nubem & fulgentes ære cateruas
Olli per dumos qua proxima meta uiaꝫ

SER. Sacrũ. Venerabile. Tenebrasq; resol. ppiubar. quod sola possidens aliqui efficiat lumẽ. Agmine facto. agmẽ ꝓprie ẽ exercitus ambulãs. quicqd ẽ aliud abusiue dicit. Prope cæretis amnẽ. agylla ciuitas ẽ thusciæ a cõditore appellata. cui ex siccitia rõana

aliud ẽ inditum nomẽ: Nam cum romani euntes p thuſciam interrogarent agyllinos quæ diceretur ci uitas: & illi utpote græci quid audirent ignorantes: & optimum ducentes ſi prius eos ſalutarent: dixerũt χαιρε: quam ſalutationem romani ciuitatis nomen eẽ arbitrati ſunt & detracta aſpiratione. eam cære no minauerunt: ut dicit Iginius in urbibus italicis. A mnis minio dicitur: ut Qui cærete domo: qui ſũt mi nionis in aruis. Late ſacer. hoc eſt nõ ſolum coleba tur a ciuibus: ſed etiam ab incolis. Nigra umbroſa more ſuo: Veteres ſacraſſe pelaſgos. de his uaria ẽ opinio: nam alii eos ab athenienſibus: alii a laconi bus: alii a theſſalis dicunt originem dicere: quod ẽ p penſius: Nam multas in italia pelaſgorum conſtat eẽ ciuitates: hi primi italiam tenuiſſe perhibentur. Ar uorũ pecoriſq; d. publica cerimoniarum opinio hoc loco habet pecorum & agroꝝ deum eẽ Siyluanum Prudentiores tũ dicunt eſſe ὑλικον θεον: & hoc & deum τησὔλης. Hyle ãt eſt ſex omnium elementoꝝ ſ. igni ſordidior & aere. ltẽ aqua & terra ſordidiora: uñ cuncta ꝓcreãtur quam ὑλην latini mate riam ap pellauerunt. nec incongrue cũ materiæ ſyluarum ſint Ergo quod græci a toto latini a parte dixerunt. Lu cumq; diẽq;. hoc a romanis traxit: apud quos nihil fuit tam ſolenne q̃ dies conſecrationis hinc illud no ſtroſq; huius meminiſſe minores. Tarco & tyrre ni: tareo latinus nominatiuus ẽ de græco ueniens ab eo quod eſt Tarcon perditon & ω commutata in o: ut ἀπωλλων apollo. & πλατων Plato: aliter uer ſus nõ ſtat. Tuta tenebat caſtra locis hoc eſt natura & induſtria munitiſſima: ſed nouimus caſtra per na turam munita eſſe non poſſe: niſi in collibus fuerin t quod ſi in montibus ſunt quomõ ꝓcedit Latis ten debat in aruis. ne ſit ergo contrarium intelligamus quo d hodieq; uidemus: & legimus hãc colliũ fuiſſe naturam ut palnities eẽt in ſũmo i qua erant caſtra Tarcõtis: quã quam multi uelint. Celſoq; oĩs de colle uideri. Iam po teterat legio ad æneam referre ut intelligamus in collibus uenientes fuiſſe troianos: caſtra uero etruſca fuiſſe i cam piſ: quod ſi uellimus accipere quemadmodũ procedit Tuta tenebant caſtra locis. i. per naturam locorum. Ten debat i ar. Vt Hic ſæuus tendebat achilles. Bello lecta. Quia ait ſupra. Q ui ſeſe in bella ſequant Præſtantes uirtute legit: aut recta proprie. qa delectus militum eſt. Equos & cor. c. in gẽti arte quod ſequebatur omiſit red diturus in decimo: Namq; ſi uellet dicere ueniſſe æneam uidiſſe Tar contem petiiſſe auxilia: ſatis longum fuerat: & probat illud quod ait ſupra Toto nãq; fremũt condenſæ littore puppes. cum etruſcorum feſtinationi dicentis breuitas congruat. Verum quod in iſto loco prætermiſit reddidit in decimo dicens. Namq; ut ab euãdro caſtris in greſſus etruſcis regẽ adit & regi memorat nomenq; genuſq;. Aethereos nimbos. p aerẽ numinũ. ſ. purgatiorẽ. qui circa deos eſt. Reducta ſecreta. Egelido ſecretum ſ. u. Egelido eſt nimium gelido. & eſt una pars orationis te uel ſiluis. latẽter ãt oſtendit æneã non niſi in flumine ablutũ numen uidere potuiſſe. Obtulit ſe ultro. i. deã confeſſa eſt. ut i ſecundo dixit Cũ mihi ſe nõ aſſi oculis tam clara uidendam Obtulit. & eſt ordo obtulit ſe & locu tã ẽ. Promiſſa. κατατοξιωι πρωμενον ut ſupra Hoc ſignum cecinit miſſuram diua creatrix. Laurẽtes ſuper græcos nã fortẽ & uehemẽtẽ. alꝑũ & amarũ poteſt ſignificare. Poſcere prouocare. Cice. prima & ſecunda actione i Verrem Poſcunt maioribus poculis ideſt prouocant.

Cære

hylæ

egelidus

Armati tendũt. it clamor: & agmine facto
Quadrupedãte putrẽ ſõitu q̃tit ungula cãpũ
Eſt ingẽs gelidum lucus prope cæretis amnẽ.
Religioe patrum late ſacer. undiq; colles
Incluſere caui. & nigra nemus abiete cingunt:
Siluano pa ma eſt ueteres ſacraſſe pelaſgos
Aruorum pecoriſq; deo. lucũq; diemq;
Qui primi fines aliquãdo habuere latinos
Haud procul hĩc tarco & tyrrhẽi tuta tenebãt
Caſtra locis celſoq; omnis de colle uideri
Iam poterat legio. & latis rendebat in aruis
Huc pater æneas: & bello lecta iuuentus
Succedunt. feſſiq; & equos & corpora curant.
At uenus ætherea ſinter dea candida nimbos
Dona ferẽs aderat. natumq; in ualle reducta
Vt procul egelido ſecretum flumine uidit.
Talibus affata eſt dictis ſeq; obtulit ultro.
En perfecta mei promiſſa coniugis arte
Munera: ne mox aut laurentes nate ſuperbos
Aut acrem dubites in prœlia poſcere turnum
Dixit & amplexus nati cythe rea petiuit
Arma ſub aduerſa poſint ra diantia quercu

CHRI. Extulit. extra tulit. q p orizontem orietalẽ egrediẽs apparuit i noſtro hemiſperio Extul it os. tanquam de homine locutus. q qdẽ emergens prius caput refert. Oculis. cum nõ poſſint corpore. & cum ipſos gradiẽtes propter interualla uideri nõ poſſent. uidebãt autem puluerem ſurgentem aut reflexionem ſolis repercuſſi inter ſis armis. Iſtis enim duobus ſignis exercitum eſt longinquo incedentẽ conſpicimus. Per diuin os. qr aſi dicat relin quentes tortuoſitatẽ uiarũ rectã lineã ẽt ubi uia nõ eẽt uel per dumos icedebãt. Vel oñdit qđ uiã turbã nõ capie bat. Eſt ingẽs ge topographia. Caui. quia cõuallẽ faciunt. Siluano. Varro mulieri fœtæ poſt partũ tres deoſ cuſtodes cõmemorat adhiberi. ne ſiluanus nocte ingrediẽs uexet. eorũq; deorũ ſignificãdorũ cã tres hoies noctu circuire limina domus & primus limẽ ſecuri. ferit alter pilo. Tertius deuertit ſcopis. ut his datis cul turæ ſignis deus ſiluanus, phibebatur ĩtrare. q; nec arbores ceduntur. aut putantur ſine ferro: neq; far cõficit ſine pilo. nec fru ges coaceruantur ſine ſcopis: ab his tribus tres nominãt deos Intercidonem. Pilũnũ. Deuerrã. Hi igit ſiluestrem deum culturæ ſignis utpote cõtrariis deterrent. ex his apparet & pecoris & culturæ deum eſſe ſiluanum. Verum q; pueris noceat. teſtatur etiam Horatius.

est cautes euboicæ. nã euboea insula ẽ: in qua mons ẽ Caphareus: circa quẽ græci periere naufragio. Vltor aũt ideo dixit: qa Nauplius Palamedis pater dolẽs filiũ suũ factione interemptũ & in scdo memorauimus cũ uideret græcos tẽpestate laborare montẽ Caphareũ ascendit: eleuata facula signum dedit uicini portus: qua re decepti græci inter asperimos scopulos naufragium pertulerunt.

CHRI. Vidimus. Hysteronproteron. nã primus superarũt casus deinde uiderũt Diomedẽ. Qua cõcidit ilia tellus. ut faciat æneã formidabilẽ: oñdit eũ mirifice extolli ab illo cuius dextra troia perierat. Neq; peccat qđ hoc dicat cũ Achilli tribuat hæc uictoria: tũ Maro ubiq; extollit Diomedẽ ut excuset æneã: ut in primo libro oñdimo Postq̃ introgressi. oñdit breuiter nihil prætermissum a legatis ex iis rebus qbus diomedes in auxiliũ latinorũ flecti potuerit: ergo solo metu ferre auxiliũ denegauit. Ignota. q. d. quæ si cognoscere tis nõ lacesseretis: lacessere aũt ignota bella. i. lacessere uiros ignotos ad bellũ. Quicunq; iliacos. duabus rationibus dehortat ne lacessant: & qa forte sũt: quod oñdit cũ ait Mitto ea q̃ muris bellando exhausta snb altis: & qa diis accepti fatalesq; sunt: qñ q eos

Argiripa

uicerunt post uictoriam tot pœnas uictis persoluerint. q̃si diis fatisq; ita uolẽtibus id acciderit. ut etiam miseran/di Priamo ueniant. Triste. Quod tristitiã ex calamitate intulit. Argirippã. argos thessalicum: achaicũ & ætho

Argos Argolippum

licum fuit inde Argosipium suam urbem uocauit diomedes. quæ postea præstantia equorũ Hippolyti dicta ẽ Ar girippa. Iapygis. Iapyx filius Dædali fuit: a quo magna pars Apuliæ Iapygia dicta est. Vnde uentum inde flantem Iapygem dicunt. Caphareus. mons Euboiæ in quo Nauplius ultus est mortem Palamedis.

Iapyx

SER. Atrides, prothei menelaus. Agamemnõ & Menelaus uno qdẽ fataliter fuerãt supplicio destinati: nã atreus & Thyestes fratres fuerũt in se inuicem sæui: adeo ut Thyestes cũ Europa fratris uxore concũberet. quo facto dolẽs Atreus liberos proprios ei epulãdos apposuit: sed cũ Thyestes post cognitũ facinus reqreret ultionem a diis: ei Apollo rñdit posse alio scelere illius facinoris uindicẽ nasci. i. si cũ Pelopeia filia sua cõcumberet: quo fcõ natus ẽ aegysthus fatalis ĩ atrei geminã prolẽ. sed Iuppiter Menelai fata miseratus ẽ pp Helenæ iugale cõsortiũ: & eũ p diuersa errare maluit q̃ aegysti manibus interire. hic errans ad aegyptũ usq; puenit: ubi Protheus deus marinus regnauerat: cui rapta aliqñ a Theseo Helena dicit cõmendata: unde quidã dicunt q̃ ad eã quærẽdam Menelaus sit ad ægyptũ, pfectus post bella troiana. quidã uolunt nõ esse a Paride raptam Helenam: sed aliam cãm belli fuisse troiani: illã. i. q̃ Herculẽ quærentem Hylam suscipere noluerunt. Qui aũt uolunt eã raptã a Paride hoc dicũt: q̃ recepta a Protheo p Theseum ab Menelaũ translitũ fecerit. & sic eã Paris rapuerit. scdm qđ ut supra diximus Menelaus ad ægiptũ louis uolũta

Atrides prothei menelaus aduſq; columnas
Exulat: ætnæos uidit cyclopas ulyxes:
Regna neoptolemi referam uersosq; penates
Idomenei: libycoue habitantes littore locros:
Ipse mycenæus magnorum ductor achiuum
Coniugis infandum prima intra limina dextra
Opperit: deuicta asia subsedit adulter:
Inuidisse deos: patriis ut redditus oris
Cũiugiũ optatũ: & pulchrã calydona uidere.

Herculis colũnæ

te puenit: uidelicet ne ab ægistho posset interimi. Quod aũt ait Prothei colũnas: rationẽ nõ uacat. nã Herculis colũnas legimus & in Ponto & Hispania. hũc aũt Protheũ inuictũ fortissimũq; cõstat fuisse. Nouimus aũt q̃ oẽs fortes hercules dicebant. Vnde uidet hoc affectasse Vergilius: ut pro finibus Prothei colũnas diceret quas hũit hercules. ut ostẽderet eũ ẽt herculẽ dcm. Aduſq; colũnas prothei, usq; ad fines ægipti. hoc ẽ usq; ad Pharon ãte insulã: nun partẽ Alexandriæ. Lucanus. Nunc claustrũ pelagi cœpti pharon: ĩsula quondã in medio stetit illa mari subtpe uatis Protheos: at nũc ẽ pellæis proxima muris. Prothei aũt est latinus genitiuus cõstrictus per sinæresim. aduſq; aũt hic est dictũ quẽadmodũ Siculo prospexit abusq; pachino. Nã cũ præpositio ꝓpositioni nunq̃ cohæreat: abusq; & aduſq; licenter admissũ est. Exulat. proprie. nã exulare dicunt q̃ extra solum eunt. Sane sciendum qa quo tẽpore Menelaus iit ad aegiptũ perdidit Canobũ gubernatorẽ: a quo uicina ciuitas nomẽ accepit: q̃ hodie mutata littera canopus nominatur. Ciclopas. græce declinationis accusatiuus ẽ. unde græcũ habebit accentum. nã latine ciclopes diceret & sic uersus stare nõ poterat. Regnaq; neoptolemi. subaudi euersa quod ex interioribus intelligit. Pyrrho aũt quid cõtigerit manifestũ est. Nã ut in tertio legimus: cũ uellet ducere hermionem

Idomeneus

Menelai & helenæ filiam & Oresti ante desponsatã: ab eo inter aras apollinis interemptus est: ut est Et scelerũ furiis agitatus horestes Excipit incautũ: patriasq; obtruncat ad aras. Versosq; penates idonmenei. Idomeneus rex Cretensiũ fuit qui cũ tempestate laboraret uouit se sacrificaturum de re quæ ei primũ occurrisset si reuersus fuisset: sed cũ casu ei primo filius occurrisset: & eũ ut alii dicũt ĩmolasset ut alii ĩmolare uoluisset: ob crudelitatem regno a ciuibus pulsus est. unde est Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. alii dicunt quod absce

Locri Epizephirii Ozoli

dens cuidam suum cõmendauerat regnum qui per eius absentiam occupauit ĩperium: & reuersum pepulit. ergo uersos penates aut uersos & funditus direptos accipiendum est: aut certe in aliena iura conuersos. Libicoue habitantes littore locros. ut ẽt in ẽtio diximus: Locri socii Aiaci Oilei fuerũt Epizephirii & Ozoli. sed hi tempestate diuisi sunt: adeo ut epizephirii tenerent Brutios: de quibus ait in tertio hic & naritii posuerũt mœnia locri: Ozoli uero deferentur Pentapolim: de quibus nun quærit dicens: Libicoue habitantes littore locros. De uicta asia subsedit adulter. legitur & deuictam asiã: quod si ẽ: ita: itelligimus. ut subsedit sit dolo possedit. Lucanus: Subsidere regnũ chalcidos euboicæ. Vnde & subsessores dicunt: q̃ in insidiis tauros interimũt: & hostiũ dolo subsessos uo/

camus: ut sit sensus ab Agamemnone deuictã Asiam adulter Aegysthus factitiõe possedit. Melius tñ est ut deuicta asia legamus. Icẽm quod subsedit erit remansit: ut extremus galeaq; ima subsedit Acestes. Vt sit sensus. Asia pp adulteriũ pertulit bella. q̃ remanente adultero finitã esse nil profuit: ut cũ indignatiõe sit dictũ: dum primũ uĩ dicatur adulteriũ: aliud rursus emersit. Prima intra limina. in ipso limine ĩperii: id est in littore. quia scẽm Homerum Clytæmnestra Agamemnoni occurrit ad littus: & illic eum susceptum cum adultero inter epulas interemit quod & iuuenales tangit dicens: quippe ille dies auctoribns ultor Patris erat cæsi media inter pocula alii autem dicunt quod in ipso ingressu: id est prima die: qua domus suæ limen ingressus est: consilio. Aegisthi ab uxore ustem accepit clauso capite: qua implicatus adulteri manibus interiit. Inuidisse deos. Sthenelí filius. Cilabarus Aegialiam Diomedis uxorem cognouit adulterio: quo comperto Diomedes reuerti noluit: sed in apuliæ partibꝰ sibi sedem condidit. quod ueneris dolo dicitur esse perfectum: quam in bello troiano uulnerauerat. unde ait inuidisse deos. Pulchram calidona uiderem. Vnam de supradictis ciuitatibus. quibus imperauit.

CHRI. Atrides, pthei. refert herodotus paridẽ cũ e Græcia in Troiam cũ rapta helena enauigaret tẽpestate cõpulsum in ægiptũ apud Cauopicũ Nili ostiũ deuenisse: & a phitone huius ostii custode ad Protheũ ægipti regem fuisse deductũ. Protheus aũt cognita cã ab illis q alexandrum accusabant: illũ triduo ex suo regno abire iussisse. helenã uero & raptã pecuniã reddendã uiro retinuisse. Q uæ oĩa nõ ignota homero fuisse idẽ acta affirmat idq; ex poetæ uersibus ait patere. adiungit ẽt scribere sacerdotes cũ græci ut iniurias ulciscerent iliũ uenissent: antequã obsidiõe urbẽ cingerent misisse ad Priamũ legatos. q helenã & peccuniã cũ helena raptã repeterẽt. Verum cũ troiani respondissent helenã cũ suis rebus nõ apud se sed apud Protheum esse nõ credidisse græcos sed urbem obsedisse: ac demũ illa expugnata & helena nõ inuenta: agamemnonẽ & Menelaũ in ægiptũ enauigasse. & helenam a rege recepisse: & ex ægipto in Libiam uenisse. inde quo progressi sint. sacerdotes ignorare affirmant. Protheí columnas. id est quæ essent apũd Memphim urbem: ubi protheus regnabat. Intelligit autem duos obeliscos ibi in templo Solis positos a filio Sesostris: qui ante illum regnauit. hic cum Nilus totam ægiptum inundasset: & totum illud æquor a uentis exagitaretur. hastam in medios fluctus iecit. ex qua re decem annos cæsus mansit. Vndecimo autem anno cum ex oraculi responso oculos mulieris urina abluisset: uidit. Quapropter diis cum ita esset liberatus & multa alia donaria obtulit: & duos obeliscos singulos ex singulis lapidibus. quorum longitudo centum. latitudo octo cubitorum fuit. hasigiẽ columnas nisi fallor appellat. Reliquas has historias ponit Seruius. Obelisci

SER. Nunc etiam horribili uisu portẽta sequuntur: hoc loco nullus dubitat fabulæ huius ordinem a Virgilio esse conuersum: Nam Diomedis socios constat in aues esse cõuersos post ducis sui interitum. quẽ extinctum impatienter dolebant. hinc eæ aues hodieq; latine diomedeæ uocantur. quas græci erodios dicunt. Habitabant autem in insula quæ est haud longe a Calabraia in conspectu Tarentinæ ciuitatis quã etiam de his auibus dicitur quod græcis nauibus læte occurrant Romam uenientibus latinas uehementer fugiant memores originis suæ. & quod Diomedes ab Illyriis interemptus est. Portenta sequuntur. re uera enim portentum est, homines in aues esse conuersos. Et socii amissi. legunt nonnulli & admissis pennis: sed melius est amissi. Lachrymosis. id est dolentes uel suam mutationem uel regis interitum. Namq; hoc tangit latenter. Speranda. pro timenda: ut Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Cælestia corpora. Martis & Veneris: quæ numina uulnerauit in bello. Veneris uiolaui uulnere dextram. artificiose agit. nam sciens ea quæ dicuntur in fine hærere animis: suos casus ultimos memorat. Perire etiam Venerem a se uulneratam tantum dicit supprimens nomen. Martis quod ei poterat esse gloriosius. ut uideatur omnia quæ pertulit odio ueneris pertulisse contra cuius filium nunc uocatur ad pugnã ut negas etiam nunc paria formidare uideatur. Dextram autem secundum Homerum qui ait

Tales impellite pugnas. Quarum est periculosa uictoria. Nec mihi cum teucris ullum post eruta bellum pergama. ne ei obiiciatur illa coniuratio: quã apud Aulidẽ græci inierũt dicit ĩ Troiæ excidio sacramẽtũ cõiuratiõis eẽ cõpletũ. Náq; ĩ troianos cõiurauerãt græci, huc. n. spectat quod dicit nullum se

Nunc ẽt horribili uisu portenta sequuntur
Et socii amissi peti erunt æthera pennis.
Fluminibusq; uagant aues: heu dira meorum
Supplicia & scopulos lachrymosis uocib9 im-
Hæc adeo ex illo mihi iã sperãda fuerũt. -plẽt
Tempore: cũ ferro cælestia corpora demens.
Appetii. & ueneris uiolaui uulnere dextram.
Ne uero: ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cum teucris ullum post eruta bellũ.
Pergama: nec ueterũ memini lætor ue malorũ.
Munera. quæ patriis ad me portastis ab oris.
Vertite ad æneam: stetimus tela aspera contra.
Contulimusq; manus: experto credite: quãtus
In clypeũ assurgat: quo turbine torqueat hastã
Si duo præterea tales idæa tulisset.
Terra uiros. ultro inachias uenisset ad urbes.
Dardanus: & uersis lugeret græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatũ est mœnia troiæ.
Hectoris æneæq; manu: uictoria graium.
Hesit: & in decimum uestigia retulit annum
Ambo aĩs: ambo insignes præstãtibus armis.
Hic pietate prior, coeant in fœdera dextræ
Qua datur: ast armis concurrant arma cauete
Et responsa simul quæ sint rex optime regum.
Audisti: & quæ sit magno sententia bello

cũ troianis habere bellũ post dirutam troiam. Nec uetęr memi.le.ma.nec meminisse nolo uictoriarũ meaꝝ:q̃rũ nullus obliuisci cõsueuit:nec lætor troianorũ malorꝝ ꝓ troianis malis:q̃ nobis bellãtibus ꝓ tulerũt.nõ.n.põt de suis malis dicere:cũ & mala sua nullus obliuiscaẽ:& ea ipse paulo ãte memorauerit Lætor ãt malorꝝ.figura græca ẽ:sic Hora. Agrestũ regnauit populorũ.ꝓ agrestibus populis.Munera q̃ patris ad me portastis ab oris.hic iã sua sio ẽ & cõsiliũ.nã finita ẽ auxiliorũ negatio.unde & paulo post

Vixea legati uariusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor ceu saxa morant.
Cõrapidos amnes fit clauso gurgite murmur.
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus undis.
Vt primũ placati animi & trepida ora qerunt.

Venulus ita diuidit dicẽs.Et reſpõſa simul q̃ sint rex optime regis Audisti:& magno q̃ sit snĩa bello.s.audisti:& quẽadmodũ negauerit auxilia: & qd̃ dederit nobis de pace cõsiliũ. Stetimus tela aspera cõtra cõtulimusꝝ manus.sẽsus ẽ & cominus & e lõginquo iter nos bella tractauimus Quãtus in clypeũ assurgat.aut quãtus ẽ quoties in hostẽ pgẽs erigit scutũ:aut pugnãdi executus ẽ genꝰ. Qui.n. scripserũt de artẽ militari dicũt sũmũ eẽ genus dimicãdi quoties calcato ũbone aduersarii se in hostilẽ clypeũ erigit miles:& ita cõtra stãtis uulnerat terga. Si duo ꝓterea.hoc ẽ alios duos. Dardanus. ꝓ dardanius populus.& posuit ꝑncipale ꝓ deriuatiuo.sic Home.

.Cessatũ ẽ. Tardatũ ẽ:qa nõ hẽt quos ĩpute troianis triũphos.uult ei excidi tarditatẽ ꝓ uictoria cedere. Vestigia ret.retroacta ẽ & repulsa. Hic p.ꝑ iõ Aeneã plus laudat ꝙ latinis perituris ẽ utile:ut eũ credãt se posse facilius exorare. Prior.præstantior:melior. Qua datur.qua põt:q̃cunꝙ rõne permittitur. Per ora turbata. Clauso gurgite.saxorũ obiectione præcluso.

DO. Munera quæ patriis.q auxiliũ nõ dat:dat consiliũ. Hic pietate prior.ut facile sit impetrare pacem.

CHRI. Nũc ẽt horribili & socii admissis petierũt æthera pẽnis. Aristoteles in libro de mirabiliũ auditu ait Diomedẽ ab ænea occisũ:& loca in q̃bus ĩpetrauerat occupata.Interfecto illi honores diuini in insula ab eo Diomedea appellata:& tẽplũ cõstitutũ ẽ.eius ãt socii in aues cõuersi insulã illã incolũt diomedeæꝙ a latinis:a græcis erodii uocanẽ.Græcis illic adnauigãtibus lætæ applaudũt:cæteros oẽs ifestãt.Sũt q̃ dicãt hoc iccirco ita fictũ eẽ qd̃ magna celeritate nauigãtes pyraticã exercebãt.& solis græcis parcebã. Theodũꝰ ait:illas singulis ãnis aquã rostris in tẽplũ illud inferre:& sic lustrare.Solinus uero scribit has aues nusq̃ alibi nisi in insula Diomedea apparere q̃ e regiõe Cãpaniæ ẽ.Formã ãt iis eãdẽ q̃ fulicis eẽ.colorẽ cãdidũ:igneos oculos:rostra dentata: ac gregatim uolitare duobus ducibus.altero q a frõte agmẽ ducat:altero q a tergo urgeat.ꝓterea eas in cauernulis a se effossis nidificare duplici relicto aditu uno ab oriẽte quo egrediantẽ:altero ab occidẽte quo regrediãtẽ. Græcis ueluti ociuibus applaudere:reliqs inimicari. Quottidie ædẽ celebrãt alis madidis qbus excussis aq̃ illã lustrãt. Refert Strabo ꝙ in Venetis diomedi diuinos statuũt honores:& cãdidũ equũ illi immolãt.in fine ãt sexti libri.& multa alia refert de hoc heroe:& duas eẽ insulas in mari ꝓpiquo Luceriæ diomedeas appellatas: q̃ꝝ altera habitẽ: altera sit deserta:& in q̃ diomedẽ qdã disparuisse aiũt:cõmitetꝙ in aues eẽ uersos:q̃ hodie quocꝙ mãsuescãt: & humanã quodãmodo uitã agere:& erga benignos mansuetudine uti.a maligns & sceleratis refugere. Fluminibus.quia aquaticæ sunt aues. Stetimus t.a.laudat æneam ut deterreat latinos a bello. Hic p.p.dat spem posse placari quãuis bello sit lacessitus. Qua datur.q.d.uel etiam iniquis conditionibus si aliter non detur.

Diomedes & aues suæ

SER. Præfatus diuos.More antiquo.nã maiores nullã orõem nisi inuocatis numinib⁹ inchoabãt:sicut sũt oẽs orões Catonis & Gracchi.Nã gñale caput in oĩbus legimus:Vnde Ciceroꝓ irritione ait:si qd ex uetere aliq̃ orõne:louẽ ego optimũ maximũ.

Præfatus diuos solio rex infit ab alto:
Ante equidẽ summa de re statuisse latini
Et uellem:& melius fuerat nõ tempore tali
Cogere concilium:cum muros obsidet hostis
Bellum importunũ ciues cum gente deorum
Inuictisq̃ uiris gerimus:quos nulla fatigant
Prælia:nec uicti possunt absistere ferro.
Spem si quã accitis ætolum habuistis in armis
Ponite spes sibi q̃sq̃ sed hæc q̃ ãgusta uidebis
Cætera qua rerum iacuant percussa ruina
Ante oculos ĩterq̃ manus suut omnia uestras
Nec quẽq̃ incuso potuitq̃ plurima uirtus
Esse fuit toto certatũ est corpore regni
Nunc adeo quæ est dubiæ sententia menti
Expediam:& paucis animos adhibere docebo
Est antiquitas ager tusco mihi proximus amni
Iõgus in occasum fines super usq̃ sicanos
Aurunci:rutuliq̃ ferunt & uomere duros

Antequã rerum ordinẽ ingrediar:ꝓ ꝓ ꝓ

Exercet colles: atq; horũ asperrima pascunt
Hæc oĩs regio: & celsi plaga pinea mõtis
Cedat amicitiæ teucrorum: & fœderis æquas.
Dicamus leges. socios q; in regna uocemus.
Cõsidant si tantus amor & mœnia condant
Sin alios fines. aliaq; capessere gentem
Est animus. possũtque solo decedere nostro
Bis dena sitalo texamus robnte naues.

perii q̃ sic uidetis afflicta. qd restat nisi ut pacem petimus. Aũ oculosq; interq; manus sũt oĩa uestras. ac si diceret. nõ egent narratione. Inter ma. ἐντοιοῖς χροϊ. Nec quem quã incuso. excusatio hæc oñdit obliqua eẽ in Turnũ orationẽ latini. Fuit. exhausta: & cõsũpta ẽ. Toto c.e.c.r. Impii oĩbus utribus. Dubiæ mẽ. meæ. s. cogitãdi. Est antiquus ager thusco mihi, pximus amni. hoc loco Donatus errauit dicens agrũ quẽ latinus donare disponit esse ĩ cãpania iuxta Vfẽtẽ fluuiũ. cuius terras uicinas thusci aliq̃ tenuerũt: ut inde dictũ sit thusco mihi, pximus amni. agit ẽt hoc argumẽto qd illic ẽ locus. q hodieq; pinetũ uocat sed cõstat oĩa loca eẽ cãpestri a. nec, pcedit illd qd dicit Celsi plaga pinea mõtis. Vñ seq̃nda ẽ potius liuii Sisennæ & Catõis auctoritas. nã pene oẽs antiq̃ historiæ scriptores ĩ hoc cõsẽtiunt. Cato. n. in originibus dicit troiãos a latino accepisse agrũ: q est inter Laurẽtũ & castra troiana: ẽt modũ agri cõmemorat: & dicit eũ habuisse iugera. iiidce. Thusco mi. p. am. Tyberino. Lõgus in occa Ea pte q̃ in occidẽte tẽdit lõgior. Fines su. us. si. Vsq; ad fines quos siculi aliq̃ tenuerũt. i. ad ea loca ĩ q bus nũc roma ẽ. hæc. n. siculi habitauerũt pus. Vñ ẽ. Et gẽtes uenere sicanæ. Aurũci ru. subaudi a superioribus & supra ait: Est antiquus ager mihi. suũ pollicet agrũ. aut quẽ tãq̃ stipẽdiariũ habebãt rutuli & aurũci: aut ad quẽ colẽdũ q̃si regi opas dabãt. Vñ supfluũ ẽ qd ait Donatus nõ potuisse fieri: ut psente Turno ager rutulorũ a Latino donaret Aeneæ. Duros ex. col. extenuat agri meritũ quo uile uideat eẽ qd donat. nec audientibus causã pstet inuidiæ. hĩc ẽt ẽ: Atq; horũ aspima pascũt: ut suprã: aut unci rutuliq; serũt. i. nec opis suis excolit. Cedat amiciciæ. In pciũ cõcedat amicitiæ. Aequas di. le. Vt pari iter nos societate uersemur. i. ut sit neuter inferior. Socios q; in regna uocemus. nõ stipẽdiarios ut in. iiii. Cuiq; loci leges dedimus. Possũtq; so. de. nostro. scit eos faliter ad italiam uenisse. nam audiit a fauno externi uenient generi. & ilioneo: sed nos fata deum uestras exquire re terras Imperiis egere suis tũ propter Turnum simulat ignorantiam. ut se etiam circa æquum præstare uideatur multũ ẽ aũt quod ait possunt.

DO. Importunũ. quod defensionis non habet portum & quod periculorum non inueuit rationi suffragium Cum gente deorum. causa quare importunum sit. quæ enim potest inueniri defensio. Nec uicti possunt absistere ferro. q̃a potuisset dici tandiu durabimus ut succumbant.

CHRI. Præcatus diuos. nam religiosum oportet esse bonum principem. Est ãt hoc uetustissimũ platõis Pythagoreæq; institutum: & romanis priscis obseruatum: ut nihil accuratius inciperent: quin prius deos precarentur. Oratio autem est in genere deliberatiuo. dolet autem consultationem quæ bellum præcedere debuit in serum tempus esse dilatam. Ex qua re præmit aduersarios: qui inconsulte rem sunt aggressi. ex quo nõ mirum ẽ si male successerit: captat ergo beniuolentiam ab aduersariis. Bellum importunum. ostendit impossibilitatem uictoriæ cũ aduersus deos bellum sumatur: & aduersus uiros inuictos: cum in re decernenda semper quærẽda sit facilitas aut saltem possibilitas. Cum autem duo ut diximus sint genera dicendi unum ardens erectum & infensũ quale Turno & Dranci accommodat. qñ ingeniis uirorum concitatissimis quadrat: alterum lene mire & appensatum. hoc nunc latino accommodat tum quia tale est ingenium hominis: ut omnia mitiora cõcupiscat. tum quod pacẽ sua surus non asperioribus uerbis eos exacerbare debeat. sed minoribus demulcere. Nec uicti possũt. absistere ferro quanto ergo minus absistent. cum euaserint uictores. Spem si quam accitis ætolum habuistis in armis. maximum argumentum ut absistant a bello. quando ipsi uicti sint & aliunde auxiliorum spes omnis sublata sit.

Est antiquus ager. ostendit commode & sine multa iactura posse confici fœdus cum troianis in quibus uerbis inuenies semina argumentationum quæ sint a facili ab honesto ab utili & necessario. quæ omnia in genere deliberatiuo considerantur. Aequas leges. ne illis subtici uideamur. Sin alios si. Dat aliquam spem forte illos abituros.

Seu plures cõplere ualẽt. iacet oĩs ad undã
Materies: ipsi numerũq; modũq; carinis
Præcipiant: nos æra manus: naualia demus
Præterea qui dicta ferant: & fœdera firment.
Centum oratores prima de gente latinos
Ire placet: pacisq; manu prætendere ramos
Munera portantes: auriq; eboriq; talenta
Et sellam regni trabeamq; insignia nostri
Cõsulite in mediũ: & rebꝰ succurrite fessis.
Tum drances idem infensus: quẽ gloria turni
Obliqua inuidi: astimulisq; agitabat amaris
Largus opũ: & ligua melior: sed frigida bello

SER. Iacet omnis ad undam materies. iterum extenuat. Naualia demus. naualia dicimus loca ubi naues sunt. sed modo de græco transtulit & naualia posuit pro trabibus de quibus naues fiunt. nam Homerus νῆον dicit nauale lignum. Prima de gente. & ex num ero & ex nobilitate legatorum intelligitur negoci i magnitudo. Et sellam regni trabeamq; insignianostri. bene nostri Romanorum enim imperatorum insigne fuit sella curulis & trabea. nam diadema ut aliarũm gentium reges non habebant. & sciendum sellam currulem a curru dictam. quod hi eã tãtum utebant qui triũphali curru uecti fuissent. Sicut ẽt palmãta dicitur toga quam merebant hi qui de hostibus palmam reportassent. In medium. in cõmune ut i mediũ q̃rebant ipsaq; telus. Obliqua inuidia. hoc est quæ non ex aperto impugnabat Turno sed eum reipubli. simulata defensione lacerabat.

Largius opũ .abundans opipus:diues nõ q multa donaret. Nõ futilis auctor.nõ inanis Nã futilis quo dãẽ uas lato ore fundo angusto:quo utebant ĩ sacris Vestæ:qa aq̃ ad sacra hausta ĩ terra nõ põit:qđ si fiet piaculũ ẽ.unde & excogitatũ uas ẽ qđ stare nõ posset:sed positũ statĩ effũderet.ide & hõ cõmissa nõ retinẽs futilis dicit.cõtra nõ futilis bonus ĩ cõsiliis nõ inanis. Seditõe potẽs.præpotẽs ĩ mouẽdã nõ ĩ cõprimẽdã seditionẽ. Incertũ de patre ferebat. Non ignobile:sed penitus ignoratũ. Onerat dictis. hoc sermone ostẽdit eũ esse exhortatõe grauatũ Latini. Rẽ nulli obscurã.callide & oratorie agit ĩ oibus & adulatorie respõdet dictis Latini:supra enĩ ille dixerat ante oculos ĩterq manus sunt oĩa uestras.Sane quasi præditũ oratorẽ exprimit:quia supra de eo dixit & lĩgua melior. O bone rex.Pene addidit bõe:& auxit epitheto dignitatẽ.rex.n.mediũ ẽ.nã & bõus esse & pessimus põt. Mussant.mõ uerent significat: alias dubitãt unde Mussat rex ipse latinus. Quos generos uocet. ĩterdũ susurrãt :ut de apibus dicit: & proprie mussare obmurmurare :& muto esse uicinũ. Flatusq remittat .aut ponat supbiã:aut nostros flatus remittat:id ẽ nobis respirare cõcedat. Cuius ob auspiciũ .iuidiose Tumi auspiciis ĩputat:qđ tãtus periit exercitus:ac si diceret si malis tuis oibus nõ egrederent possent forsitan superare uirtute. sane sciẽdũ hũc expmere quicquid uerecunde celauit Latinus.Mores siniſtros. contrarios:quia iu principio Latino optemperare noluit. Lumina ducum.id ẽ ꝓceres:ut O lux dardaniæ. Cõsedisse urbẽ.In luctum eẽ demersam. Fugę fidẽsi illud respicit q bella deseruit Iunone faciẽte.Fugæ autẽ figurate dixit pro fuga fidẽs. Et cælũ teritat armis. dctũ quidẽ Virgilii gravitati nõ cõgruit .sed perite hæc Drãci data sunt uerba:qui tumida uti oratiõe inducitur. Vnde ei paulopost Turnus dicit:Q uæ tuto tibi magna uolãt.Itẽ ꝓindetona eloquio. Itẽ uẽtosa in lingua:de inde diximus drancẽ liberare se ad orationẽ Latini .unde nũc dicit Cælũ teritat armis:quia audierat bellũ importunũ Ciues cũ genere deoꝝ. Mitti dardanidis diciq iubes.mitti aurũ:ebur:& sellam: & cætera dici de manibus uel agro. Egregio genero dignisq hymenæis.ergo Turnus uidetur indignus. A eterno foedere iũgas.Natæ scilicet cõiunctione.nã munera cõtẽni poterant:in æternũ pacis foedera firmabuntur generis cõiunctõe hoc autẽ dicto latenter etiã Latini pudorem exonerat.qui Turno etiã suã ꝓmiserat filiã dicẽs cãm rei publicæ præpõderare debere:& propter pacem ciuium Turno æneam esse præferendum.

Futilis homo

Musso

Dextra:cõsiliis habitus nõ futilis auctor
Seditione potens:genus huic materna supbũ
Nobilitas dabat icertum de patre ferebat.
Surgit:& his onerat dictis atq agerat iras.
Rem nulli obscuram:nec nostræ uocis egẽtem
Cõsulis o bone rex cuncti se scire fatentur
Quid fortuna ferat populi:sed dicere mussant
Det libertatem fandi:flatusq remittat:
Cuius ob auspiciũ infaustũ:moresq siniſtros
Dicã equidẽ:licet arma mihi mortẽq minetur:
Lumina tot cecidisse ducũ:totãque uidemus
Consedisse urbem luctu:dum troia tentat
Castrã fugæ fidens.& cælum teritat armis.
Vnum etiam donis illis.quæ plurima mitti
Dardanidis.ducique iubes unũ optime regũ
Adiicias.nec te ullius uiolentia uincat.
Qui natã egregio genero.digniſque hymenæis
Des pater.& pacẽ hãc æterno foedere iungas.

DO. Centum ora.hoc ab ænea dedicisse uidetur.

CHRI. Iacet omnis.ergo sine nostro dispẽdio fiẽt æra.ut claui sunt & similia:qbus antiqui potius æneis q̃ ferreis utebantur:qm̃ æs aduersus rubiginẽ diutius q̃ ferꝝ durat:licet.n.in ãtiquoꝝ ædificioꝝ ruinis illos æneos nõ ferreos deprehẽdere. Manus.artifices q manibus operantur. Naualia.locũ dicit fabricãdũ in quo sub tecto cõmode naues ædificare possint.Illa.n.naualia dicũtur.neq sunt trabes intelligẽdæ.nã eas demõstrauit cũ dixit. Iacet oĩs ad undã materies.Naualia aũt dicũtur ædificia intra quæ naues ædificamus.sic supra Alii naualibus ite.

Cẽtũ oratores.ut reddatur par pari.nã & ipse Aeneas totidẽ ad pacẽ petẽdã miserat.ergo elegit cẽtũ ne nũero & uirtute ciuiũ Latini cedere uiderentur.neue etiã minoris Aeneã facere uideretur.quã ille se fecisset.Auri eburiq talẽta.ex quo apparet talẽtũ de quo in supioribus diximus nõ eẽ nũmũ sed põdus.nã pecuniam ex ebore cudi nõ ẽ repertũ. In mediũ in cõe.nã illa demũ optima ẽ cõsultatio :in qua remotis omnibus animi perturbatõnibus nõ ad nostrã libidinẽ.sed ad publicã utilitatẽ omnia referimus:itaq recte cõsulebat Attilius cũ cõmutationẽ captiuorum dissuadeba Tum drãces.describit naturã factiosi.qui potius cõtra aduersariorum utilitatem & gloriã fertur quã q ad publicã utilitatẽ consilia dirigat:& tamẽ oportet ipsũ publicũ cõmodũ præferre si sibi sidẽ tribui uult. Obliqua.rectã inuidiã dicere possumus cũ aperte illã ꝓfitemur.nã recta uia procedimus.q̃ obliqua erit quæ occultatur & ex insidiis uenit. Largus opũ.oportet.n.qui multoꝝ studia in populo sibi acquirere uolunt multa uti largitione qua plurimos ciues corrumpant.Differt autem ut apparet apud Ciceronem præsertim in libro de officiis largitio a liberalitate.liberalitas.n.dat & cui debet & quãtũ & quando & cuius cã debet. itaq est uirtus.largitio uero dando plura quam oporteat & quibus non oporteat non ad benificentiam sed ad corruptelam tendit. Melior.potentior:quæ res plurimum in factionibus ualet. Frigida .Imbecillis.nam uis a neruis est.illi autem summo calore fouentur. Non futilis .liptote est id est uehemens & potens. Auctore cuius gratia reliqui ad aliquid agendum moueantur auctores dicuntur . Onerat.obruit.deprimit:inuidiosum odiosumq facit . Agerat iras .accumulat.quia plura pluraq addit.quibus iræ contra Turnum crescant. Rem nulli obscuram quasi dicat consultas de ea re quæ nullam apud animos ciuium dubitationem habeat. unde captat benuolentiam ab ipsa re. Det libertatem .onerat inuidia aduersarium et inde beniuolentiam captat. Ostenditq non iccirco ciues non dare clara responsa :quia de re dubitent :quam omnes iustam fatẽtur. sed q̃ hominem potentem ac factiosum offendere uereantur. Det ergo libertatem quasi dicat liberet nos

Libera litas. Largitio

hac ſeruitute qua nos tãq; tyrãnus p̃mit. Flatus. faſtũ ac ſuphiã: uñ ſupbos ĩflatos & tumẽtes appellam⁹. Au ſpiciũ. infau. ideſt ĩpiũ nobis p̃nitioſũ & infœlis: uel dixit infauſtũ q malis auſpitiis bellũ geſſerit. Moreſq; ſi. Quos malignitate ingenii contraxit. q̃ res ſibi uitio ĩputari põt: magis q̃ infauſtũ auſpiciũ. Dicã eq. & p̃ſona ſua captat bñuolẽtiã cũ demõſtret nõ ĩpediri periculo mortis quin proferat q̃ utilia reip. ſint & a p̃ſona Turni cum trahat ipſũ in odiũ & inuidiã dũ illius uitã tyrãnicã demõſtrat. Lumina principes intelligit & totã urbẽ q̃ſi ipſũ uulgus. Fuge fidẽs. crudele ẽ qđ tentet bella ĩpia & tũ poſſet aliqđ aĩorũ hẽre crudelitas q̃re ut meticuloſũ po tius q̃ aĩoſũ eẽ oñdat hoc addit. Cællũ territat. ex hyperbole inuidiã auget. Vnũ nõ ſolũ cõfirmat q̃ dicta fuerãt a latĩo: ſed addit unũ turnũ eẽ mittẽdũ.

Inflatus

Qđ ſi tantus habet menteſ & pectorã terror
Ipſum obteſtemur: ueniãq; oremus ab ipſo.
Cedariuſ proprium regi patriæq; remittat.
Quid m. ſeroſ totiens ĩ aperta pericula ciues
Proiicis. o latio caput: horum & cã malorum.
Nulla ſaluſ bello pacem te poſcimuſ omnes
Turne ſimul pacis ſolũ inuiolabile pignuſ
Primuſ ego inuiſum quem tu tibi fingis et eſſe
Nil moror: en ſupplex uenio. miſerere tuoq;
Põe animoſ & pulſuſ abi. ſat funera fuſi
Vidimuſ ingenteſ & deſolauimus agros
Aut ſi fama mouet. ſi tantum pectore robur
Cõcipiſet ſi adeo dotalis regia cordi eſt
Aude: atq; aduerſum fidens ferre pectuſ in hoſtẽ
Scilicet ut turno cõtingat regia cõiunx
Nos animæ uileſ inhumata infletaq; turba
Sternamur campiſ etiam tu ſi qua tibi uis eſt.
Si patrii quid martiſ habeſ illũ aſpice contra
Qui uocat.
Talibuſ exarſit dictis uiolentia turni
Dat gemitũ rumpitq; has imo pectore uoceſ
Larga quidẽ ſẽper drances tibi copia fandi
Tũ cũ bella manuſ poſcunt. p̃tibuſq; uocatiſ
Primus adeſ. ſed nõ replẽda ẽ curia uerbis.
Quę tuto tibi magna uolãt dum diſtiet hoſtẽ
Agger muroq;. nec inundant ſanguĩe foſſæ
Proide tona eloquio ſolitũ tibi: meq; timoris
Argue tu drance: quãdo tot ſtragis aceruos
Teucrorũ tua dextra dedit: paſſimq; tropheiſ
Inſignis agros: poſſit qui inuidia uirtus
Eperiare licet: nec lõge ſcilicet hoſtes
Quærendi nobis circũſtant undiq; muros
Imus in aduerſos. qđ ceſſas: an tibi mauors
Ventoſa in lingua: pedibuſq; fugacibus iſtis
Semper erit?

Terror

Metus

SER. Terror. Terror, pprie eſt q aliis ĩferẽt: ut ſi dicas ille hẽt terrorẽ. i. timendus eſt. unde & terribilis dicit̃. Metus ãt ẽ quẽ habẽt timẽtes: ſed nũc uſurpatiue terrorẽ poſuit. Nãq; hoc dicit qđ ſi tã Turnũ timemus. Veniãq; ore. ab ipſo cedat. Aſper hic diſtinguit. Quid miſeros totiẽs ĩ apta picula ciues proiicis. Quaſi uiles & abiiciẽdos: & ingenti põdere uniuerſa uerba ſũt poſita. Latio nõ uni ciuitati. Caput. p̃ncipiũ rei caput ẽ. Nulla ſ. b. plus ẽ q̃ ſi ſpes diceret. Pacẽ t. po. o. te poſcimo q ſolus es cã bellorũ nã æneaſiã pacẽ p̃miſit. Solũ inuio. pi. ideſt Lauiniã. hoc ẽ qđ ait ſupra Pacẽ hãc æterno fœdere iũgas. Inuiſũ quẽ tu tibi fingis & eẽ. bñ quẽ tu fingis. ne ei tãq; inimico minime credat. hoc dicit: nõ ſũ qdẽ ſed ſi uelis eẽ nõ recuſo. nã hoc ẽ & eẽ nihil moror. Fuſi. Fugati. Deſolauimus agros. uel dum coguntur ad militiã. nã legimus & latos uaſtãt cultoribus agro. Dotalis regia cordi ẽ. hoc ẽ regnũ Latinũ Sic alibi: nõ hæc dotalis regia amatæ. Scilicet ut turno cõtingat regia cõiũx. hæc cum quadam irriſione dicuntur. Inhumata inflectaq; turba. Atqui ſepulti ſunt omneſ qui in bello perierant: ut legimus ſupra: ſed hoc factũ eſt Aeneæ beneficio qui ſepulturæ eorum reddidit ſocios. ergo quantũ ad turnũ p̃tinet inſepulti ſũt. nã campos ſua poteſtate retinebat æneas.

Etiã tu. eia. nã ẽt hortãtis ẽ aduerbiũ hoc loco aliquando adhuc ſignificat: & ẽ tẽporis: uñ ẽt currus ẽt arma apud maiores ẽt cõſentiẽtis fuerat. qđ tũ in his recẽtibus auctoribus idoneis nõ inuenit̃. Vis. uirtus. Imo pectore uo. more ſuo hĩtũ futuræ orõniſ oñdit

Larga quidẽ ſẽper drances tibi copia fandi tũ cũ bella manus poſcũt. ſũt multa tua ui optima: q̃ quñ p ſe ſi poſſunt uituperari: ab accidẽtibus uituperãt̃: ut hoc loco quoiam eloquentia p ſe optima ẽ. nã culpat ex tẽpore dicẽs tũc incumbis eloquentiæ cũ manus bella depoſcũt. Patribuſq; uocatis primus ades. bella pẽitus ignoras atq; formidas p̃mus es inter fenes addãda cõſilia. Magna uo. Home. σπεδὰ τὴν τέροιν τὸ πρόχειρον. Diſtinet. arcet: depellit: proprie extra tenet. nã diſ ſeparãtis ẽ. uñ & diduco & diſtraho dicimus. Neq; ti. ar. ut Cantãdo tu illũ. Arguo aũt gẽtiuũ recipit ut arguo te cædiſ inſidiarum. & ẽ de græco. Nam ita dicunt κάτηγόρῳ σεφονον. Quando ſiqdẽ & p irriſionẽ ĩ illũ cõfert laudes. Inſignis cã. Nobilitas clarificas. nã uerbũ ẽ iſignis & dicit ex auctoritate eius debere ſententia. qđ de bello iudicat uirtutis ignarus. Iſtis. δεικτικῶς.

DO. Ciues piicis. Hoſtes oĩ charitate amplectẽdos ut rẽ uilẽ abiicis. In ap. mãifeſta qđ nõ fortis eſt ſed temerarii. Supplex. magna nocẽdi calliditas q̃ inimicũ ſũma inuidia onẽret. Aĩos. ſeruẽtẽ quandã cõſiderationẽ. Deſolauimuſ agros. nã de ſolo certabat̃ qđ factũ ẽ deſertũ. Scilicet ut turno. neceſſario poſita ẽ in fine exclamatio ut demõſtret cauſæ p̃uatæ ipſius Turni nõ eẽ admiſcẽdũ publicũ piculũ. Violẽtia turni. ante ardẽſ magis exarſit. Oſtendit autem Drancem uti præpoſtera eloquentia cũm eo tempore manibuſ & non uerbiſ ſit utendum.

CHRI. Quod ſi tãtuſ habet. Cõplexio eſt color rhetoricus Aut conxempto Turno firmemuſ fœduſ: aut ſiqđ

turpe est ipsũ timem⁹ orem⁹ ab eo qđ nostrũ. ſ. ut cõcedat Latino uti iure suo: & pr̃iæ cuius ipse ẽ rex: nec dicũ ẽ hæc sine sũma. Turni inuidia. nã cõra publicã utilitatẽ iniustũ agere sceleratũ ẽ. sceleratus tũ dũ id agit eripiẽs ius suũ iustissimo regi. Sũt ãt hæc oĩa augumẽta ad iuidiã. Primũ q̃ rogamus te tãquã regẽ quẽ alii parere oportebat: deinde q̃ oramus rẽ quã tua sp̃õe p̃stare debebas. ſ. ut desinas a bello: in quo nulla sit salus: ut oẽs poscim⁹ & poscim⁹ a te cui æqus ẽ nos impare quã obtẽpare. nec solũ poscimus sed supplicamus: & supplicam⁹ patem q̃ ab omnibus appetẽda ẽ: & supplicamus nõ externis: sed tuis & iis q ad id calamitatis deuenerũt ut sint sine commiseratiõe digni. Pone ani. i. elationẽ aĩ quã nemo sapiẽs retinet. Qui. n. recte ſapit rõne ducit: nõ furore rapitur sed maius etiã in te peccatũ ẽ. nã cũ relig ẽt furẽtes soleãt si uincũt tumorẽ animi deponere: tu nõ deponis.

Aut si fama monet. sẽtẽtia ẽ si tu nõ uis minuere gloriã tuã in rebus bellicis: & tñ tibi tribus ne obicias nos hostibus tãquã uiles animas: sed ipse cum tibi & nõ nobis pietas cõiugiũ in hostẽ prodi: p̃sertim cũ te uoce: quasi cõcludat q̃ & inhumani & eius qui nihil alios faciat sit obiicere hostibus alios pro sua aut gloria aut uoluptate & simul ẽt meticulosi. Exarsit uio. Facile. n. q̃ natura sua uiolentus ẽ & uiribus omnia arrogat: amaris dictis accendit: & prius intra se uehementer cõmouẽt. Dat gemitũ. nã res in maiorẽ dolorẽ ipellere põt uiq̃ p̃stanti animo quã si meticulosus habeat. Rũpit. subito & cũ furore emittit. Imo pe. ab intimo corde qđ totũ ira accẽsũ ẽt. Larga. p̃ncipiũ abrutũ ut cõuenit furẽti: & qm̃ obiecta erant diluẽda: Primo qdẽ ostẽdit potuisse illũ copia uerborum auribus auditorũ obstrepẽdo persuadere falsa. deinde cũ maxime argueret ab eo timiditatis illud in primis cõfutat. nã artis ẽ cũ auditores ab aduersariis nostris pluasi iã ee uidẽt ab eo argumẽto incipe qđ oium ualidissimũ fuisse uideat. Primũ g̃ ostẽdit illũ allucinatiõe uerborũ auditores fallere potuisse. deinde cõfutat qđ magis p̃mebat. Postremo uitiũ qđ in se obiecerat ĩ illũ retorquet quadã ironica derisione: ipsumq̃ ad periculum faciendum inuitat: cõcludit deniq̃ q̃cquid in illo iurium est: id totũ ẽe in uiris & in fuga.

SER. Pulsus ego. Quia ille dixerat. Pone animos & pulsus tibi: & agit coniectura: nam hoc uult intelligi nõ posse dici merito pulsũ eum qui sequẽdo bella deseruit. aperte aũt hoc dicit. põt merito credi q̃ pulsus sit is cuius tot extant trophæa. Cum stirpe occiso. n. palante interiit eius cũcta posteritas. Biti as. subaudi ingens a consequentibus. Mille. finitus numerus pro infinito. Aggere septus. ut Vestris ciues undiq̃ septus aggeribus. Nulla salus bello cabiti cane talia demens dardanio. quotiens argumẽtum non possumus soluere. aut contraria obiectiõe aut rtsu aut maledicto: ut in hoc loco aduersario respondemus. Cane. pro diuina. Proinde. Itaq̃ & est ordo. Nulla salus bello: proinde omnia magno.

Ne cessa turbare metu. Cætera per parenthesim dicta sunt. Extollere uires gentis bis uictæ contra p̃mere arma latini. hæc uirtus eloquentiæ. arma autẽ Latini inuidiose dicit: ut Dracẽ latino reddat inuisũ nam debuit mea dicere. Myrmidonum proce. græcorum principes: dicit autem patroclum & Achillẽ nam licet ipsi aliunde fuerint. tamen myrmidonibus imperarunt: hoc autem ponit inter ipossibilia: & uti tur græco prouerbio. sic Hora. & ante padus matina lauerit cacumina: & sic est mõ dictũ. ut in q̃rto Nũc lyciæ sortes: nunc & ioue missus ab ipso. Retro fugit Aufidus un. apuliæ fluuius cadens in adriaticum pelagus. Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit. contra illud quod ait det libertatem fandi. flatusq̃ remittat. nam hoc dicit timorem suum naturalem inuidiose in eam causam retorquet. ut meæ præsentiæ non illius natura quod timet esse uideatur. Hoc est enim quod plenius iterat dicens. & formidine crimen acerbat. Artificis scelus. nam sceleratorũ est simulare formidinem. Habitet tecum & sit pectore in isto pessima & uilis anima habitet tecum in membris congruis. nam talem uilem & pessimam accipimus quam nefas est perire ea dextera. quæ tantũ uiros fortes consueuerat occidere. Consulta reuertor. consultor est qui consulit. Consultus qui cõsulitur. consultum uero res ipsa de qua consulitur.

Aufidus

Cõsulta
Cõsultor
cõsultũ

Si nullam nostris spem ponis in armis. Insinuatione utitur. i. calliſto & subtili aditu ad persuadendũ. Vult. n. dicere melius esse interire quã pacem ro

Pulsus ego. aut q̃s̃q̃ merito fœdissime pulsũ
Arguet illaco tumidũ qui crescere thybrim
Sanguine: & euãdri totam cum stirpe uidebit
Procubuisse domũ: atq̃ exhaustos arcades armis
Haud ita me expti bitias & pãdare ꝯigẽs. (mis
Et quos mille die uictor sub tartara misit
Inclusus muris hostilib⁹q̃ aggere septus
Nulla salus bello: capiti cane talia demens.
Dardãio: rebusq̃ tuis proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu: atq̃ extollere uires
Gẽtis bis uictæ. et contra premere arma latini
Nũc & myrmidonũ ꝓceres phrygia arma tremunt
Nũc & tytides. & laertseus achilles (miscunt
Amnis & adriacas retrofugit aufugit undas
Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit
Artificis scelus: & formidine crimen acerbat
Nũq̃ animã talem dextra hac absiste moueri
Amittes: habitet tecum: & sit pectore in isto
Nũc ad te: & tua magne pater cõsulta reuertor
Si nullam nostris ultra spẽ põis armis (tor
Si tam deserti sumus: & semel agmine uerso
Funditus occidimus: neq̃ hẽt fortuna regressũ
Oremus pacem. & dextras tẽdamus inermes
Quãq̃ oli solitæ quicq̃ uirtutis adesset
Ille mihi ante alios: fortunatusq̃ laborum
Egregiusq̃ animi: qui ne quid tale uideret (dit
Procubuit: mouẽs et humũ semel ore momor
Sin et opes nobis. et adhuc intacta iuuentus

gate:qđ qa apte nō audet:latēter & paulatī & hoc serpit:nāq; inter ꝑncipiū & insinuationē hoc interest:q; ꝑnci/piū ē apta rei narratio:Insinuatio ut diximus ē callida & subtilis oratio. In ar.aut meis aut latinoꝝ generaliter oīum. Si tā de.su.pp diomedē q solus negauit auxilia. Neq; ha.for.re Oīa q̄ sibi possūt obiici ponit:sed cū solutionibus suis:nā & fortuna nō ē immutabilis:& q semel pellī iterū pōt reuerti.& auxilis nō sūt penitus de/stituti:& in ipsorū exercitu ē adhuc plurimū spei:Est āt syllogismus. Quāq̄ o si solitæ q̄q̄ uirtutis adesset. non se inertiæ arguit:sed q̄rī de uirtute omissa p negligētiā.O āt dolētis ē exclamatio.& itelligimus immoratā esse illic eius orationē.nā exarsit dolore:qa apte nō potuit dicere moriēdū potius esse q̄ hostes rogandos:qđ tū dixit cōferēs se ad alias ꝓsonas.& laudās eos qbus cōtingit perire.ne ista cōspicerēt. Aū alios melior omnibus præ ferēdus. Fortunatusq; la.sicut lætor bonorū:& ē græcū. Tale uide.te laudare uel hostes rogare:uel quod la tenter insinuat tradi alteri sibi desponsatā. Semel ore mo.cito confestim idest qui tota mortis celeritate consum ptus ē. Vulnerati autem solent uel terram uel arma mordere:ne dolorem eorum indicet gemitus. Luca.de Pom peio. Timuit ne quas effundere uoces Vellet & tæernam fletu corrumpere famam.

DO. Iliaco tumidū tyberim sanguine .magna pompa effert sua facta:nūc ex turbulēta orōne admittē redit. Ma gne pater.occulta ironia ē.q.d.qūo magne pater qui non recte consulis filiæ tuæ. Ille mihi ante. multi de me zētio intelligunt. Procubuit moriens.quasi intelligat non uictum sed sua uoluntate cecidisse.

CHRI. Pulsus ego.In ea re ꝓsistit quā sūmope ꝓbare poterat.atq; oīa extollit.nā cū interemisset Palāta.ex cu ius morte cū unicus pri eēt:& pē ultimo senio tā flaccescēret optimo iure poterat affirmare se domū.Euādri sūdi tus substulisse.Hac.n.rōne & deprimere multa & extollere quāuis nō recedat a uero possumus. Haud ita me.Si gula q̄q; maiora a se facta exornat atq; amplificat. Nulla salus.postquā confuteuerat id qđ erat oīum maximū fortitudinē troianorū nō eē q̄lē dicebat Drāces oūdit multis exēplis.Iuuenes āt i his duabꝫ orōnibꝫ copiosissimū exēplū quo unā quāq; rē in utrāq; ptē disputare cū uehemētia possumus.Postremo ut cōtēptionē dracē trahat & demōstret falsa illū rettulisse cū dixerit q; sibi mortē minaret Turnus affirmat illū hoc eē mētitū ut inuidiā sibi cōcitaret.Se āt pudere si tā meticulosū iterimat. Nūc ad re Cōfutauerat dicta aduersarii ut ægores aures si bi ꝓstaret latinus.nūc ad sētētiā dicēdā accedit:& ꝓmo demōstrat nō eē actū de latinis ut dixit drāces. Nostris. q.d.q̄ tu iuictissima eē sæpe nūero exptus es.& dissimulāter ne illū offēdat arguit meticulositatē. Oremus p. Permissio ē.Neq; hoc aū pulit quā demōstrauit si eē orandū:& ostendat quanta ignominia futura sit:i hoc affirmat fœlices eos qui ante occubuerūt quoni am hoc non uidebunt.

Auxilioq; urbes italę populiq; supersunt
Sin & troianis cum multo gloria uenit
Sanguine sunt illis sua funera.parq; per oēs
Tempestas:cur indecores in limine primo
Deficimꝰ:cur ante tubā tremor occupat artus
Multa dies uariusq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius:multos alterna reuisēns
Lusit.& insolido rursus fortuna locauit
Non erit auxilio nobis ætolus & arpi
At mesapus erit:fœlixq; tolūnius.& equos
Tot populi miserere duces:nec parua sequet
Gloria delectos latio:& laurentibus agris
Est & uolscorū egregia de gente camilla
Agmē agens equitū:& florentes ære cateruas
Quod si me solū teucri in certamia poscunt
Idq; placet:tantūq; bonis cōmunibus obsto
Nō adeo has exosa manus uictoria fugit
Vt tanta quicq̄ pro sæpe tētare recusem
Ibo animis cōtra uel magnū præstet achillem.
Factaq; uulcani manibus paria induat arma.
Ille licet:uobis animā hanc soceroque latino
Turnus ego haud ulli uetere uirtute secūdus
Deuoueo.solū ęneas uocat:& uocet oro
Nec drances potius siue est hæc ira deorum
Morte luat:siue est uirtus & gloria tollat
Illi hæc inter se dubiis de rebus agebant

SER. Vrbes italæ.Quia diomedes pegrinꝰ fuerat. nā hoc dicit hēmus robur italū ñ græcū militē iner/tē & dissolutū. Supsūt.supabūdāt.adsūt ultra quā bella deposcūt. Sin & troiāis.mire agit posi cōfir/matas ptes suas troianorū uires iminuēs.qd.n. ꝑde rat dixisse q; supent latinis auxilia:si ēt troiāorū ite græ uires ꝓbarēt. Cū mul.glo.ue.sā.ac si diceret ñ ē indicāda uictoria.q̄ ꝓmēsa detrimēta contigit.& hoc ē uñ laudat Sal.duces q uictoriā ineruētato ex/ercitu reportarūt. Sūt i.f.f.i.troianis legī & illi. & aut æneæ intelligimꝰ aut aduerbiū loci ꝓ illic.ut i se cūdo paret. Isti ia.le.ꝓ istic. Parq; p oēs t. alibi: Quātaq; idæos sæuis emissa mycenis. tēpestas erit cāpos. Indecores.decor ōris facit:sicut auctor au ctoris decus coris.sīē pecꝭ pecoris.similiter facit i cō positiōe īdecor indecoris.g in neutro co breuis ª ma sculino,pducit.uñ apparet sȳstolē fecisse.Verg.nāi decores nomiuatiuus est pluralis a masculino ab eo quod est indecor.nam non potest hic indecus facere Neutrum enim in us terminatum masculinum ex se non facit.Aut certe dicamus indecores declinationē esse.cuius nominatiuus singularis non inuenitur. Indecor

In limine primo.Quasi in ipso initio & aditu in fœlicitatis.& ad illud respexit quod supradixerat.se mel agmine uerso Fūditus occidimus. Multa di/es.illi rei uehementer incubit quam dixerat nec ha bet fortuna regressum dicens fortunam tam labo/res q̄ felicitatē ꝓ tēpoꝝ q̄litate mutare. Dicēs. tps

Lusit.decepit.ut qđ natū totiēs crudelis tu quoq; falsis ludis imaginibꝫ. Et in solido r.f.l. Subaudi & multos & ē sensus.In solidū reuocauit oppressos & paulo ante derelictos:lusit uero & decepit fœli/ces. Nō erit a.n.æ.& a.Redit ad rem quia occurre/bat.sed negant auxilia.Aetolum autem dicēdo eius

uires ex græciæ cõmemoratiõe debilitat. At mesapus erit.f.t.Bñ duo iunxit:q̃ q̃rũt ibello fortitudinẽ & fœlicitatẽ. Nã de mesapo iã legimus: Quẽ neq; fas igni cuiquã nec sternere ferro. Vtrunq; aũt cõtra Diomedẽ dicit quẽ dicẽdo græcũ inertẽ significat. Infœlicitatẽ uero eius supradicta legatorũ uerba testant. Nec tarda sequet gloria. Liptotes figura. minus.n. dixit quã uoluit. nã hoc significat latina pubes celerrime uictoriã adipiscetur quã uix græci post decẽniũ sint adepti. Est & uolscorũ egregia de gẽte camilla. Vt in septimo segregatã eam: a uirorũ multitudine effecit: & qñ a sexu nõ põt: laudat ex gẽte. Quod si me solũ teucri in certamina poscũt. qa audiuit illũ aspice cõtra q uocat étutiẽ ductu. nã obliq; pmittit se singulãri certamine dimicare uelle: cũ nolit. si militer & in duodecimo ait dicẽs irrisorie: Sedeant spectẽtq; latini. Tantũq; bonis cõmunibus obsto. & i tñ obsũ cõmodis: publicis: ut nisi solus dimicauero cõcidat uniuersa respubli. nõ adeo. nõ multũ. nã uerecũde dicit uesturam eẽ manibus suis uictoriã. Tãta pro spe. Vt solus dicar seruasse rẽpu. Ibo animis cõtra. ac si diceret adsunt uires corporis. Vel magnũ põtest Achillẽ. & præsto illum. i. melior illo sũ: & põsto illi dicimꝰ. Cice. ni cæsarianis Tãto ille superiores gloria uincerat. quanto omnibus tu præstitisti. Vulcani manibus paria ĩduat arma. bene addidit paria. nam etiam æncas habuit arma uulcãia licet possumus dicere quod hoc Turnus nõ ignoraret. non tamen hoc ualde idoneum comprobatur. Vobis animam hanc: s.l. Bene sibi & fauorem conciliat populi: & a soceri nominis præiuditio latini implicat uoluntatem. Vlli ueterum u.s. dicimus & secundus ab illo. Nec drances potius siue hæc est ira deorum morte luat. siue hæc uirtus & gloria tollat. Sensus obscure q dem dictus: sed facilis: & qui de usu nunquam recedat. nam ita irati de inimico dicere consueuimus abeat: nec bonis meis nec malis interfit rebus: nolo sit aut gloriæ meæ partícipes: aut in me inuidiam ex infelicitatis cõmuniõe cõmoueat: sicut nunc de drance dicit: siue hæc ira deorum more luat. i. si periturus sum nolo inuidiam sustinere si Drances pariter forte moriatur. Si uero me uirtus & gloria comitabitur: nolo ignauus felicitatis alienæ sit participes: si dum meis pugnat auspiciis forte superarit.

DO. Deuoui. Qualitas ista uerborum miserationem potius quã pugnaturi audaciam demonstrat.

CHRI. Sin & opes. Ostendit q̃ non sit cedendum quia adhuc & opes & auxilia supersunt latinis. nec omnia p diderunt. & id quod perdiderunt non sua ignauia: sed aduersa fortuna: quæ mutari in melius possit perdiderunt. adiungit postremo nec troianos sine clade discessisse a pugna. Non erit auxilio. cum supersint uires & opes latinis: nec minus afflictus sit hostium exercitus q ipsi non uidet esse desperandum. Et quia responsa uenerant a diomede quibus negauerat se auxilio uenturum. ostendit multos esse duces qui iam uenerunt. his ergo omnibus argumentationibus non modo confutat desperationem rerum: sed oĩa facilia ostendit. & omnia ostendit & turpia & inutilia: cum qui consultat tutum & honestum semper proponere debeat. Quod si me solum. hoc restabat de iis quæ in illum contorserat Drances. Ergo pollicetur aperte si æneas hoc uelit se solum omnem belli molem subiturum: neq; se esse adeo imbellem ut de uictoria desperet: aut quẽq̃ quãuis fortissimum recuset postremo si pereundum sit pasus est deuouere animam. Socero & lati. i. ad salutem soceri & latinorum. Proprie enim deuouere est aliquid morti exponere. Vnde dicebantur milites deuoti: qui pro salute imperatoris mortem subire parati essent. Magnum præstet achillem. Exhibeat se talem qualis Achilles fuit. Nec d. concludit q̃ siue uincendus sit propter iram deorum: siue ex uirtute reportaturus gloriam non uult Drancem hæc pericula subire.

SER. Castra æneas aciem mouebat. idest ducebat exercitum: ut nos castra mouemus. Lucanus: Brdũ sium decimis iubet hanc attĩgere castris idest decima deductione. Fremit arma iuuentus. hoc est freme bant ad arma. arma militaris uox est. Mussant. Mo
panduſæ do quæruntur. Dissensu uario. Alii enim Turni dicta alii drancis dicta probant. Piscosue amnæ paduſæ. Paduſa pars Padi. nam Padus licet unus sit fluuius: habet tñ fluenta plurima: e quibus qui est paduſa quibusdam locis facit paludem. quæ plena est cygnorum. Stagna loq̃cia. in quibus habitant cygni loquaces. Rauci autem τῶν μέσων est nam mõ canores significat. alias nocis pessime. Iuuena rauci thesidæ codri. sicut uenenum etiam de bono & malo dicitur. ut odor bonus & malus uocatur. Arrepto tempore: Inuenta opportunitate. Sedentes. Pigri: ut immunisq; sedes aliena ad pabula fucus. Armari edice. Figurate. dic ut armentur. edice autem ẽ imperatiuus. nam ab omnium cõiugationum infinito detracta re ſvllaba ultima fit imperatiuus. ut ama re ama: docere doce. legere lege. audire audi. cum ãt fac uel dic dicimus apocopen uerba patiuntur. Mãi plis. Ars quidem exigebat ut ma haberet accentum: ni longa quidem ẽ sed ex muta & liquida quod quotiens sit tertia a fine sortitur accentum. ut latebræ tenebræ. tamen in hoc sermone. ut secunda a fine accẽtum habeat uersus obtinuit. Maniplis. Signiferis qui secundum antiquum morem in legione erant tri

Certantes: castra æneas aciemq; mouebat
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit: magnisq; urbem terroribus implet
Instructos acie thyberino a flumine teucros
Tyrrhenãq; manum totis descendere campis.
Ex templo turbati animi: cõcussa uulgi
Pectora: & arrectæ stimulis haud mollib⁹ iræ
Arma mãu trepidi poscũt fremit arma iuuẽt⁹
Flent mœsti. mussantq; ptes hic undiq; clamor
Dissensu uario magnus se tollit in auras
Haud secus atq; alto in luco cum forte caterue
Consedere auium piscosue amne paduſæ
Dãt sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Immo ait o ciues arrepto tempore turnus
Cogite concilium & pacem laudate sedentes.
Illi armis in regna ruunt. nec plura locut⁹
Corripuit sese & tectis citus extulit altis
Tu uoluse armari uolscorũ edice maniplis

Ducait: & rutulos equites mesapus in armis
Et cum fratre coras latis diffundite campis.
Pars aditus uerbis firment: turresq; cassant:
Cætera qua iusso mecum manus inferat arma
Ilicet in muros tota discurritur urbe.
Concilium. ipse pater: & magna incepta latin9
Deserit: ac tristi turbatus pectore differt.
Multa quæ se incusat qui: non acceperit ultro
Dardanium æneam: generumq; asciuerit urbi.
Præfodiunt alii portas: aut saxa sudesq;
Subiiciunt: bello dat signum rauca cruentum
Buccina: tum muros uaria cinxere corona
Matronæ: pueriq; uocat labor ultimus omnes
Nec nō ad tēplū: summasq; ad palladis arces.
Subuehitur magna matrum regina caterua

ginta Legio aūt habebat sex cohortes: sexaginta centurias. licet in rebus accessu tēporis ducū uarietas sē per mutauerit militiæ disciplinā. Eqtes mesapus in armis & cū fratre coras latis diffundite cāpis Equitē in armis. i. armatū nā figura est. Mesapus aūt ut dicere uitauit homoeoteleutō: nā uitiosum erat uoluse edice mesape. ergo mesapus aut antiquis est utūs. ut Hesperidū fluuius regnator aquaz. Itē Socer arma latinus habeto: aut certe noiatiuus ē ꝓuocatiuo: q̄ quā ēt possit esse noiatiuus: ut sit Mesapus & coras equitē diffundite: ꝓ diffundat. Melior tñ est sensus superior. Cū fratre. s. cū Catillo. nā legimus Catillusq; acerq; coras. Qua iusso. pro qua iussero: & ē antiquū. Ilicet. Confestim: ilico. qđ ne diceret metri necessitas fecit: nā ilico dicimus. Magna incepta Quia de pace cogitabat: quæ ipleri nō potuit. Multaq; se incusat. pro multū. & ē græca figura. Generūq; urbi pp urbē Lucanus de Catone: Vrbi pater ē urbiq; maritus. Gener. autem ideo dicit: qa ad augendum genus adhibetur. Præfodiunt alii portas tas. i. ante portas fossas faciūt: q̄ res nimiā indicat deperationē. Bello dat s. r. c. b. Bene bello dat. nā buccina insonans solicitudinē: ac bella denunciat: sicut in septimo. Q̄ na buccina signum dira dedit. Prælium autem tubæ indicant: ut At tuba terribilem sonitū procul ære canoro increpuit. Vocat l. u. o. Omnes ad laborē ultima necessitas cōuocat. Necnō ad templū. scđm Homerum: q̄ indicat in sūma desperatione matres ad templa cōcurrere: ut uictoria quæ nō pōt uiribus possit deoz̄ fauore cōquiri. Subuehit. proprie matronæ. n. pilentis uehebant ad tēpla ggentes: ut Pilentis matres in molibus.

DO. Nihil interpretationis habent hæc carmina.

CHRI. Illi hæc inter se. dū cōsultat Aeneas exercitū ad obsidionē ducit. Quæ res cū ciuibus summū afferret terrorē data ē occasio Turno cū esset opus facto & nō cōsulto: ut misso senatu ad arma cōcurret oībus sequētibus. Est tñ hic sensus moralis. nā demōstrat poeta ex temeritate principū multa detrimēta rebus publicis ꝓuenire. Rusticū ipetu uenit: ut solet in huiusmodi rebus fieri. Animit. Nā tanta res nō uenit sine ꝓturbatione ēt magnoz̄ uiroz̄: cū sint grauia: & qđ maius est iprouisa: plebei penitus cōsternabant: cū. n. putabāt hostes assiduis uulneribus & cædibus cōsternatos se nō nisi ad plures dies collecturos ipsi instructa acie aderant. Qua in re laudat ēt æneas: qđ uictoria bene uti sciuerit. Premit a. iu. distributio est unicuiq; n. tribuit qđ sibi a natura inditū ē Nam iuuentus pp calorē sanguinis ad ulciscendū excitabat. Senes aūt cū & ex prudētia plus cernerent picula: & ex frigiditate sanguinis minus auderēt flebant. Mussant. dubitant quā snīam dicant: Mussare, ꝓprie dicūt murmurare. Ennius in occulto mussabant. Vulgo uero ꝓ tacere dicit: ut idē Ennius: Nō decet mussare bonos. Ait Festo Ego aūt puto mussare p onomatopeiā dici. & rem cū loq cupimus: & aut pudore: aut timore ita ipedimur: ut potius murmur q̄ aptam uocē euittamus: ꝓptereaq; dicit mussare uel dubitare uel nō audere. Statius Excussæ ꝓcerum mentes turbataq; mussant cōsilia. Loquatia t. Reboantia e uocibus cygnoz̄. Tēpore. Opportunitate temporis. Cogite. permissio ē in re manifeste aliter suadente: est aūt oratio homini rei & tēpori accōmodatissima. Tu uoluse. Ostendit maximam imperatoriam uirtutem in eo fuisse qui ex tpe rebus diuersis optime cōsulerit.

Mussare

Dona ferens: iuxtaq; comes lauina uirgo
Causa mali tanti oculos deiecta decoros
Succedunt matres: & templum thure uaporāt
Et mœstas alto fundunt de limine uoces
Armipotens belli præsens tritonia uirgo
Frange manu telum phrygii prædonis: & ipsū
Pronum sterne solo: portisq; effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certae im in prœlia turnus.
Iamq; adeo rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis: suraq; incluserat auro:
Tempora nudus adhuc lateriq; accixerat ensē.
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce:
Exultat animis: & ipse iam præcipit hostem.

SER. Dona ferens. peplū. s. sicut dixit ī primo ideo omisit hoc loco Oculos deiecta decoros sicut Oculos suffusa nitentes. De limine. ad preces festinantiū mulieꝝ ostendit desideriū. Armipotens præses belli. anthonomasiua sunt proprie. Hæc aūt oīs oratio uerbū ad uerbū de Homero translata ē. Præses aūt belli. i. quæ præest oībus bellis. cuius nutu sē per bella tractant. Frange manu telū. aut tua manu aut in eius manu tela cōfringe. Homer. αχος Ἀϊδηος Ἀϊομηδεος. Et ipsū pronū sterne solo. Homer. ἡδε ἑαιδυτον πρηνεα δοσ πεσσειν. Bene aūt sub ipsis portis: quasi ad quas festinabat æneas. unde ē illud: Præfodiūt alii portas. Cingit ipse furens certatim in ꝓlia turnus. Oeconomia oīs hæc ē. nam Turnus ideo cū mora armat: & intecto capite circa arcē incedens admonet singulos: ut a Lauinia possit uideri & ut sit maior cā dimicādi dum sponsæ placere contendit. Furens. Amore Lauiniæ quā uidebat. qđ ēt sequens indicat cōparatio. nā dicturus est: aut ille ī pastus armentaq; tendit equaz̄. Cingit in prælia.

Q

ut præliari possit: ut si dicas lego in aduocationem .i. aduocatus eē possim. Iamq; adeo. aut uacat adeo aut certe sic significat ut sit sensus. adeo sic ꝑparatur in prælia ut ēt uniuersa arma præter galeā portaret. Thoraca idutus. oīa quæ in ax exeunt græca masculina in obliqs casibus a producūt: ut thorax thoracis pirax piracis, nā fœminina corripiunt. phalanx uero & aliter exit: peregrinū est ēt apud græcos. Alta decurrens aureus arce. illic. n. & Amata fuerat & Lauinia. Speiā præcipit hostē. mente præoccupat hostis aduentū. Qualis ubi abruptis fugit præsepia uinclis ēt hæc ꝑparatio Homeri ē uerbū ad uerbū translata. Potius, ab eo qđ ē potior ris. nā Subnixus rapto potiē uenit ab eo qđ ē potior poteris: nā ut ēt supra diximus uerbū hoc mō tertiæ mō quartæ inuenit eē cōiugationis. Arrectisq; fremit ceruicibus alte. arrectis ceruicibus fremit: nō alte luxuriās. Ad terrā deflu. dicēdo defluxit artē & quandā moderationē descēdēdi significauit: q̄ est ēt in ascēdēdo apud huius rei peritos. Sui merito siqua est fiducia forti. si unusquisq; fortis habet aliquā cōfidentiā ex cōsciētia fortitudinis suæ. & ego audere nō dubito. Forti aūt bñ dixit. nā fortis cōis est gūis. Hæc aūt hoc uult dicere: nō sexū cōsiderādū sed robur. Occurrere tui mæ. equitatui. nā partē ꝓ toto posuit. Quas dicere grates. scđm rhetoricā disciplinā dicit se uerba inuenire nō posse: q̄bus eius exprimat laudes. cū dixerit O decus italiæ. Sic alibi: Quibꝰ cælo te laudibꝰ æquē: cū præmiserit O fama ingēs ingenitor armis uir troiane. Sed nūc. ordo est. sed nūc mecū partire laborē nā ꝓparenthesim dictum est. Quando iste animus est super oīa. i. siquidē es magna. Partire aūt ideo qa illa dixerat Solaq; tyrrhenos eqtes ire obuia contra.

Qualis ubi abruptis fugit præsepia uinclis
Tandem liber equus: campoq; potitus aperto
Aut ille impastus armenta q; tendit equarum:
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat: arrectisq; fremit ceruicibus alte
Luxurians: luduntq; iubæ per colla per armos
Obuia cui uolscorum acie comitante camilla
Occurrit: portisq; ab equo regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis: tum talia fatur
Turne sui merito si qua est fiducia forti
Audeo: & æneadū promitto occurrere turmæ:
Solaq; tyrrhenos equites ire obuia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli.
Tu pedes ad muros subsiste: & mœnia serua:
Turnus ad hæc oculos horrenda i uirgine fixus
O decus italiæ uirgo quas dicere grates.
Quas ue referre parem? sed nūc est oīa quādo
Iste animus supra mecum partire laborem.
Aeneas ut fama fidem missiq; reportant
Exploratores equitum leuia improbus arma

DO. Putabant mulieres posse donis ex precibus fauorem a dea impetrare.

CHRI. Dona ferēs Est. n. huius sexus ut cū alia in bello auxilia ferre nō possit: ad deoꝝ supplicatōes cōuertant. Oculos deie. ex pudore cū eē cā mali tāti. Tēpora nu. nā ultima ē ipsa galea q̄ sumat. Tandē li. equus optime bellicosū ducē bellicoso aīali cōpar. Horrēda in uirgine. qđ mirū est quod uirginalis uultus horrorem incutere posset. Quas dicere. i agere uerbis. Referre. s. reddendo beneficium. Neutrum ergo negat posse facere.

SER. Quaterent cāpos. Ad cāpoꝝ ꝓturbationem. Furta pro belli īsidias Dallu. Gens ad furta bellii peridonea. Biuias fauces. fauces dicuntur itinera inter duos montes angusta & peruia: dicta ad fauciū aīalium similitudine. Collatis excipe signis cōiunctis ducibus quos memoraturos est. Tyburticq manus. catillus & coras duces. Et tu cōcipe curā sicut ego. nā nō dicit sicut Mesapus: aut alii: ne ei facere iniuriā uideat. cōcipe aūt timul cū eis: Cō. n. cōiunctiua particula est: unde & cōuocari de pluribꝰ dicimus. Valles metri necessitate cōpellimur ut uallis dicamꝰ. Statius: Vallēn amplexu nemoꝝ sedet. nā pleuū est ualles: ut nūc Virgilius posuit: qđ ita eē diminutio indicat: nā uallecula: ut uulpes uulpecula facit: ergo in es uel in is qñ usurpatiue quando naturaliter exeunt nomina: sola diminutio indicat. Ea aūt quæ in es exeunt longa sūt oīa si in genitiuo nō crescant ut labes uulpes ualles. nā si crescant breuia sunt ut milestis. Quo semita ducit. legit & qua. Aditusq; maligni: ꝓprie obscuri: ut sub luce maligni. Ignota. s. æneæ. nā de turno dicturus ē: Huc iuuenis nota fertur regione uiarum. Tutiq; receptus. male quidam recessus legunt. nam receptus dicitur. quo se tutus recipit exercitus. unde & signa receptui canere dicuntur. Seu dextra leuaq; uelis occurrere pugnæ. si nec ualles siue ꝑ montis radices, Incertum ē. u. qua

Fauces

Præmisit: quaterent cāpos: ipse ardua montis
Per deserta iugo superans aduentat ad urbem
Furto paro belli: conuexo in tramite silueq
Vt biuias armato obsidam milite fauces.
Tu tyrrhenū equitem collatis excipe signis
Tecum acer mesapus erit turmæq; latinæ.
Tyburticq manus ducis & tu concipe curam
Sic ait: & paribus mesapum in prælia dictis
Hortatur: socioscq; duces: & pergit in hostem.
Est curuo anfractu ualles accōmoda fraudi
Armotūcq dolis: quem densis frōdibus atrum
Vrget utrinq; latus. tenuis quo semita ducit:
Angustæq; ferunt fauces: aditusq; maligni.
Hāc super in speculis. sūmoq; in uertice mōtis
Planicies ignota iacet tutiq; receptus.
Seu dextra leuaque uelis occurrere pugnæ.
Siue instare iugis & grandia uoluere saxa.

Huc iuuenis nota fertur regione uiarum:
Arripuit q̄ locum: & siluis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus opim
Vnam ex uirginibus sociis: sacraq̄ caterua
Compellabat: & has tristes latonia uoces
Ore dabat: graditur bellum ad crudele camilla
O uirgo: & nostris nequicquā cingitur armis
Cara mihi ante alias: nec enim nouus iste dianę
Venit amor: subitaq̄ animū dulcedine mouit
Pulsus ob inuidiam regno: uiresq̄ superbas
Priuerno antiq̄ metabus: cum excederet urbe
Infantem fugiens media inter prælia belli
Sustulit exilio comitem: matrisq̄ uocauit
Nomine casmillæ mutata parte camillam.
Ipse sinu præse portans iuga longa petebat
Solorum nemorū: tela undiq̄ sæua premebāt
Et circunfuso uolitabant milite uolsci.
Ecce fugæ medio summis amasenus abundās
Spumabat ripis: tantus se nubibus imber
Ruperat: ille innare parans infantis amore
Tardatur: caroq̄ oneri timet: omnia secum

ue p ualles siue p montis radices. Incertū est. n. qua sit uēturus. Aeneas. Arripuit locū. raptī tenuit. Insedit. ꝓprie. nā insedire est dolose aliquē expectare: uſi & insidiæ noīatæ sūt. Velocē interea. licet interea particula negocia semp præteritis futura cōiungat: tū abruptus ē & uituperabilis trālitus. habet āt tales transitus & in supioribus libris: & in sequēti p cipue ubi Iuppiter apellat Iunonē. Opim. opim qñ dicimus nymphā significamus. si autē dicimus opē auxiliū intelligimus. Teren. Iuno lucina fer opē: fer ualme obsecro. Opes uero numero plurali auxilia & census accipimus. nā ops terra est uxor Saturni: quā græci Rheā uocant. Tristes uoces. habitum futuræ orationis oīndit. Ore dabat. pleonasmos. Bellū ad crudele camilla. uno uerbo exitū rei docuit. Nostris qbus utraq̄ gaudemus: ut ēt ipsa habeat cām doloris & maioris iracūdiæ. Nec. n. nouus iste dianæ uenit amor. firmiores. n. sūt antiqores amicitiæ. Terenti. Per amicitiā q̄ cœpta a puulis cū ætate creuit simul Iuuena. ille excludat amicis iā senior: cuiꝰ barbam tua ianua uidit. Pulsus ob inuidiā. s. crudelitatis: nā seqt̄ Neq̄ ipse manus feritate dedisset. Antiqua. nobili urbe. nā hoc priuernū dicit̄. Iuga lōga petebat. lōge posita. remotiora. Sallu. Et Metello ꝓcul agente lōga spes auxiliorū. i. longe posita. Solorū nemorū. i. desertorū. Terentius: Venit meditatus aliunde ex solo loco. itē ipse: Nōne hūc abiici oportet in solas terras. Fugæ m. dū fugit ītер fugā. nā figuratū ē Caroq̄ o. t. anacreōφορτοῦμέρωτος. i. onꝰ amoris.

Infidere

Opim

Opem

Opes

Ops

DO. Excusat exiliū Metabi q̄ nō sua culpa sed iuidia. i. supbia ciuiū sit pulsus: & fugiens nō opes: sed filiam eripuerit. hac cā Dianæ fauorem meruit.

CHRI. Furta belli. insidias q̄ in bello furtī parant̄. Est curuo. topographia. i. loci descriptio. Pulsus ob iuidiā: mirū poetæ īgeniū. nā cū Camillæ geneologiæ narratio aliis modis apte nō incideret: effecit ut illa ex ore Dianæ q̄draret. ob inuidiā: ergo īnocēs: ac ꝓpterea dignus q a Diana exauditus sit. Vires supbas. s. aduersariorū: nō aūt supbas. i. nobiles: sed qbus supbe & nō iuste uterēt̄. supbas igit̄ tyrānicas. Priuerno antiq̄. i. chara ut sit pathos. qa sit coactus relīquere charissimā patriā. Nā pathos plæpea loco gignit̄: ut Et dulces moriēs remini scit̄ argos. Est aūt ꝓuernū oppidū: qđ hoc tpe pipernū appellāt. Infantē. ɔmiseratio ab ætate. Media inter prælia cōmendatio Metabi a pietate: qa nullo piculo ꝓhibitus ē relīquere īfantē. in q̄ re ēt oīndit aī fortitudo. Exprimitur ēt uis naturæ. nā demōstrat̄ q̄ta si paterna charitas. Exilio comitē. q. d. q̄ futura sibi eēt solatio in erumnis.

Camilla

Camilla. antiq appellabāt camillos & camilmilas ministros ministras sacroꝝ. Volūt tū alii nō camillos sed scamillos eē appellatos & s lilterā subtractā ethrusca ꝓnūciatione: q eā nō pronūciabant: pp qd in litteras liquidas accessit. Etrusci Camillū appellant Mereuriū iouis ministrum: & hoc uidet̄ a græcis manasse. Samothraces magnorum illorum deoꝝ ministros scamillos appellant.

Versanti subito uix hac sententia sedit.
Telum immane manu ualide qui forte gerebat
Bellator solidum nodis: & robore cocto:
Huic natam libro: & siluestri subere clausam
Implicat: atq̄ habile mediæ circū ligat hastæ:
Quam dextra ingēti librās ita ad æthera fatur
Alba tibi hāc nemorū cultrix latonia uirgo
Ipse pater famulā uoueo: tua prima per auras
Tela tenēs supplex hostē fugit: accipe testor
Diua tuā quæ nunc dubiis cōmittitur auris
Dixit & adducto contortum hastile lacerto
Immittit sonuere undæ rapidum super amnē
Infœlix fugit in iaculo stridente camilla.

SER. Vix hæc sīa sedit. ideo uix qa naturale ē ut quotiēs simul multa cogitamus: uix aliqd cōprobemus. uñ uera distinctio est oīa secū uersati subito. Et robore cocto. aut antiquā hastā fuisse significat. nā multi tēporis aliqd coctū uocamus. Horatius Plerunq̄ recoctus Scriba ex quinq̄ uiro oruū deludet hiantē ita Bersi. Vt ramale uetus ꝓgnādi subere coctū. Aut re uera cocto. Hastæ. i. plerunq̄ igne durari cōsueuerūt. Huic telo. s. natā īplicuit. Libro. liber dicit̄ interior cortices pars quæ ligno cohæret. Alibi: Alta liber aret in ulmo uñ liber dicit̄ in quo scribitur. quia ante usum chartæ uel mēbranæ de libris arborū uolumina cōpaginabant̄. Ipse pater famulā uoueo. bene ipse pater: qa auctorandi potestatē nisi patres nō habent. Voueo aūt c ōsecro in tuū ministerium: unde & camilla dicta est. licet supra dixerit & a matre esse nominatā: sed illud poetice dictum est. nam camilla quasi ministra dicta ē. ministros. n. & ministras īpuberes camillos & camillas in sacris uo

Coctū

Liber

Camilla

eabant. unde & Mercurius hetrusca lingua Camillus dicit quasi minister deorꝝ. Sonuere. unde hic distinguendū ē. Infœlix camilla. nō eo tpe quo euasit sed nūc infœlix. Plerunq; n. epitheta pūtis tēporis sūt: licet & peractis negotiis: ut in scēdo Infœlix quæ se dū regna manebāt: Sæpius andromache ferre ico mitata solebat. Nō illū tectis ullæ nō mœnibus urbes Accepere. nō mirū a nulla hūc ciuitate susceptū. nā licet priuernas eēt: tñ qa in thuscoꝝ iure pene oīs Italia fuerat. Generaliter in Metabū oīum odia ferebantur. nā pulsus fuerat a gente uolscorū: quæ etiā ipsa hetruscoꝝ potestate regebat: qđ Cato plenissime executus est: Multæ illā frustra tyrrhena p oppida matres: qđ nō procedit: nisi inter eos esset iura cōnubi. Nō mœnibus ur. ac. nō tectis non mœnibus: hoc ē nec in ciuitate nec in priuatā admissus ē domū & sic ista ēt in primo seperauit. ut Vrbe domo socias

Mœniā Sciendū aūt mœnia abusiue dici oīa publicæ ædificiæ ut diuidimus muros & uœnia pādimus urbis. ꝓprie mœnia sunt tñ muri dicta quasi munia a munitione ciuitatis. Manus dedisset. cōcessisset. & hoc dicit si q ēt eū suscipere noluissent. ille tñ eorū cōsortia morū feritate fuisset. Pastoꝝ & solis exegit mōti. æ & pastoꝝ æuū exegit in montibus solis. i. pastorali usus ē uita. Armētalis equæ. īdomitæ. unde sequit: Lacte ferino. Vestigia plantis institerat. signa pedū primis plantis expresserat: nā hæc sunt uestigia imagines pedū: ut Semesam ꝑdam & uestigia fœda

Palla relinquūt. Palmas onerauit acuto. onus. n. est quicquid teneris imponit manibus. Pro longe tegmine pallæ. palla proprie est muliebris uestis deducta usq; ad uestigia. unde ait lōgæ. sic supra Pallā signis auroq; rigentē. Strymoniāq; gruem. thraciā a fluuio strymone. Sane sciendū posse dici hic & hæc grus. Olorem. ita latine diciūs: nā

Mater cigni græce dicunt. Multa illam frustra. anteq; rē diceret: præiudicauit. sic Sallustius Falso quærit de natura sua genus humanū. nā antequā diceret. quærit: dixit falso. Matres. inter matres & matresfamilias hoc interest: q; ma

Matersfamilias ter est præter illam significationē quæ est ad aliqd: quæ tñ cōuenit in matrimonio. materfamilias uero dicitur q; in matrimonio cōuenit p coeptionem: nam p quandā iuris solēnitatē in familia migrat mariti.

DO. Telum īmane bellator. Nā opus fuit ingenti telo & bellatore. i. uiro forti ad rem perficiendam.

CHRI. Versanti subito uix hæc snīa sedit. ostēdit celeritatē in cōsilio capiēdo. Nā infectatio hostilis nō dabat longū spatiū ad cōsultandū: ergo uersāti subito. i. cogitāti cū celeritate uix sedit hæc snīa. Ostendit igit q; & i cōsulēdo usus ē breuitate tēporis & statī post captū cōsiliū rē ē aggressus. ergo uix sedit snīa. i. uix placuit: & est agressus. Circūligat habilē. i. ita circūligat: in ea pte hastæ. ut possit eē babilis. facile haberi & trāctari. Ipse pater q; potestatē mouendi habeo. Educatio aūt Asperima huius fœminæ reddidit illā parē uiris. Nā ut ostendit Plato ut iu cæteris aīalibus: ita in hoīe fœmina mari se parem ꝑstaret: nisi molliori educatiōe mollior redderet. Quapp spartanæ mulieres qa ut uiri exercebant robustiores erant: quod optime Lycurgi legibus instructum est.

SER. Aeternum. Aeterte: nam nomē est p aduerbio. Conata. dū conaret. Fatis urget acerbis. ostendit ēt desideria ex fati necessitate descēdere. Cō mittitur omine pugnæ. Pro cōmitteret. Hæc cape. generaliter dixit arcū pharetrā: ut sequentia indicāt. Nā dicet & ultricē pharetrā deprome sagittam Vltricem. nomina in ix terminata ablatiuū singularem in e mittunt: genitiuū uero pluralem in um: exceptis his quæ sūt omnis generis: ut fœlix: nam ab hoc fœlici hoꝝ fœliciū facit. Lucanus: Fœlici nō fausta loco tentoria ponēs: qđ receptū ē ideo: qa genitiuo pluralis a noīatiuo plurali minor esse nō debet: sed aut par una minor una syllaba: & qa a neutro facit fœlicia fœlicium dicere nō debemus: ne pp alia genera huic ꝓiudicemus. nāq; ab eo qđ ē fœlices ut fœliciū dicamus rō patit una crescit. n. syllaba: ab eo q; ē fœlicia ut felicū dicamus nō procedit: ne minor sit genitiuo nominatiuo plurali: similiter & ultricum & uictricū dicimus: licet in his neutrū genus in numero singulari nō inueniat. Violauerit uulnere c. q a

At metabus magna propius iā urgēte caterua
Dat sese fluuio: atq; hastam cū uirgine uicto
Gramineo donum triuiæ de cespite uellit.
Non illum tectis. non ullæ mœnibus urbes
Accepere: nec ipse manus feritate dedisset:
Pastorum: & solis exegit montibus æuum.
Hic natam in dumis. interq; horrentia lustra
Armentalis equæ mammis: & lacte ferino
Nūtribat: teneris immulgens ubera labris.
Vrq; pedum primis infans uestigia plantis
Institerat: iaculo palmas onerauit acuto.
Spiculaq; ex humero paruæ suspendit: & arcū
Pro crinali auro: pro longæ tegmine pallæ
Tigridis: exuuiæ per dorsum a uertice pendent
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit:
Et fundam tereti circum caput egit habena
Strymoniamq; gruem: aut bellū deiecit olorē
Multa illam frustra tyrrhena p oppida matres
Optauere nurum: sola contenta diana

Aeternum telorum: & uirginatis amorem
Intemerata colit: uellem haud correpta fuisset
Militia tali: conata lacessere teucros.
Cara mihi comitumq; foret nunc una mearum
Verum age quandoquidem fatis urget acerbis
Labere nympha polo: finesq; inuise latinos
Tristis ubi infausto cōmittitur omine pugnæ
Hæc cape. & ultricē pharetra deprome sagittā
Hanc quicūq; sacrum uiolarit uulnere corpus
Tros italus ue mihi pariter det sanguie pœnas.
Post ego nube caua miserandæ corpus & arma
Inspoliata feram tumulo: patriæq; reponā.
Dixit: at illa leuis cæli demissa per auras

Insenuit nigro circundata turbine corpus.
At manus interea muris troiana propinquat:
Etrusciq; duces: equitumq; exercitus omnis
Cõpositi numero in turmas: fremit æquore toto
Insultans sonipes: & pressis pugnat habenis
Huc obuersus: & huc: tum late ferreus hastis
Horret ager: cãpiq; armis sublimibus ardent.
Necnõ mesapus contra celereſq; latini
Et cũ fratre corax: & uirginis ala camillæ
Aduersi campo apparent: hastasq; reductis
Protendunt longe dextris: & spicula uibranti
Aduentusq; uirũ fremitusq; ardescit ẽquorum.
Iamq; intra iactum teli progressus uterq;
Substiterat: subito erũpunt clamore: furẽtesq;
Exhortant' equos: fundũt simul undiq; tela
Crebra niuis ritu: cælũq; obtexitur umbra.
Continuo aduersi tyrr henus: & ac er aconteus
Cõnixi incurrunt hastis: primique ruinam
Dant sonitu igẽti: præfractaque q̃drupedãtũ
Pectora pectoribus rũpũt: excussus aconteus
Fulminis in morem: aut tormẽto põderis acti
Præcipitat longe: & uitam dispergit in auras:
Extemplo turbatæ acies: uersique latini
Reiiciunt parmas: & equos ad mœnia uertunt
Troes agunt: princeps turmas inuasit asillas
Iamque propinquabant portis: uersique latini
Clamorem tollunt: & mollia colla reflectunt.
Hic fugiũt. penituſque datis referũt' habenis:
Qualis ubi altero procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terrã: scopulosque supiacit undã
Spumeus: extremãque sinu profundit harenam.
Nunc rapidus retro: atque æstu reuoluta resor
Saxa fugit littusq; uado labẽte relinqt (bens
Bis tusci rutuli os egere ad mœnia uersos.
Bis retecti armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postquam congressi prœlia totas

dixit sacrum. Tros italus ue m. si simpliciter accipi mus: ita itelligamus siue eã troianus iteremerit: siue aliqs de æneæ auxiliis. náq; alii uolũt Aruntem de Turni eẽ partibus: indignatũ fœmineũ sexũ plus in bello potuisse q̃ uiros: quã rem hic dicũt pstrinxisse Verg. & re uera sic ubiq; loquit' ut incertũ sit: Arũs de cuius ptibꝫ fuerit: uñ illd ẽ: Da pater hoc nostris aboleri de. ar. Pariter. similiter uno mõ: & ẽ ãtiquũ Miserádæ c. hæc in oeconomia præiudicia noĩant': quotiẽs negocii futuri exitus tollit'. Vult. n. nos de camillæ cadauere nil ulterius expectare: sicut in primo fecit Tu faciẽ illiꝫ no. n. am. unã Falle dolo: q̃ præmissũ sustulit cõmemorationẽ. qñ uel Cupido discesserit: ut Ascanius sit reuersus. Arma ĩ. aut in detractaiaut ipsius inspoliatæ. Nigro cir. t. c. qa ad merorẽ luctũq; descẽdit: cõtraq; ĩ. viii. ubi ad lætici am descendit Venus. claro eã nĩbo circundatã dicit. ut At uenus æthereos inter dea cãdida nim. Hetru/scíq; d. hetruria dicta ẽ q; eius fines tẽdebant' usque ad primã ripã tyberis: & q̃si ἑτέροςοροσ. nã ἕτερος est alter: oros finis. Roma. n. antea tm̃ unã ripã tybe ris tenebat: luue. Et q̃ imp'ii fines tyberinũ u. n. Cõ positi numero. i. rõnabiliter: uñ & sæpenumero dici mus. i. frequẽter & rõnabiliter. hinc ẽ Tum uero in numeꝝ. i. ĩ rõnem ĩ rhythmũ: uñ & metra numeros dicimus: ut Numeros memini si uerba tenerẽ. Sane mõ est gẽralis descriptio equestres certaminis: pau/lo post descendit ad spãlem: sicut fecit in quto & de cursoribus & de nauali certamine. Horret ager. id ẽ terribilis est. Est ãt uersus ẽnianus uituperatus a Lu cillo dicẽte p̃ irrisionẽ debuisse eũ dicere Horret & alget: uñ Horatius de Lucillo: Nõ ridet uersus ennii grauitate minoris. Cãpiq; armis ardẽt. resplendẽt. Celerel q; latini. alludit ad militiã romanã: náq; & equites habuit Romulus ut illo diximꝫ loco Trecẽtũ scutati oẽs uol scẽte magistro: quos celeres appellauit uel a celeritate: uel a duce Celere: q dicit' Remũ occidisse: in cuius gratiæ ui cem a Romulo fieri tribunus equitũ meruit: & tribunus celerũ appellatus est. Ala camillæ. equitatus. Alæ aũt di cunt' equites q; alarũ uice pedestrẽ exercitũ regunt. Intra ia. te. unde posset hasta missa in hostẽ uenire: hĩc traxit Alæ Statius ut diceret Quale quater iaculo spatiũ ter arũdine metas. Est & enniana omnis hæc ambitiosa descriptio.

CHRI: Intemerata co. Qua integritate iure ita a diana amabat': ut cum nõ posset illi eripere lætũ saltem pa/taret illi ultionem. Moralis aũt sensus est: qui deũ colunt ab eo nõ deseri. Numero. recto ordine. Aequore. loco campestri. Pressis habenis. pmulti. n. interest in pugna scire uti equo: habereq; illum quocunq; flectere uelis.

SER. Præcipitat lõge. Propræcipitat'. Reiciũt parmas: & equos ad mœnia t. Reiiciunt: retro agũt. Sane nũc fugiũt nõ timore: sed lege pliandi. Sal. Mo re equestris plia sumptis tergis ac redditis. Mollia. domita. domitoꝝ. s. Superiacit undã. sup scopulos undam iacit: nã more suo dedit uerbo detractam no mini præpositionẽ. Sinu. Curuatione: & flexu un/darum. Extremã aũt ad illud pertinet quod ait supra Penituſq; datis referunt' habenis. Aestu reuoluta re sorbens saxa fugit. æstus, prie ẽ maris ĩcerta cõmo tio. Vado labẽte relinqt. pallage, p labẽs ipse p uadũ. & sanguine in al. εμφατικως cædis oũdit' ma gnitudo. Hastã intorsit e. figurate: nã intorqueo in equũ dicimus: ut in latus inq; feri curuã cõpagibus aluũ Cõtorsit. Ferrũq; sub aure r. ex uulneris genere eũ fugientẽ intelligimus eẽ pcussũ. Voluit' ille ex/cussus h. humi uoluit': nã excussus p se plenũ ẽ. Dei cit her. nomẽ hoc de historia romana ẽ: Nã cũ Co/clite contra thuscos Lartius & Herminius steterunt tpe quo pons sublicius rũpebat': unde & eũ plurimũ laudat: ac si diceret talis qualis fuit ille. Tantus in ar ma patet. tm̃ perebat in uulnere: id est in hostilia tela totus patebat. Per armos. abusiue. nã proprie armi

quadrupedũ ſunt. Exultat amazon. ſuſpendẽdum exultat. ut amazon intelligas q̃ſi amazon: Nam Camilla uolſca fuerat: ſicut in p̃mo. Dederatque comã diffundere uẽtis Venatrix: id eſt quaſi uenatrix. In defeſſa. ĩfatigabilis: & oĩa arma amazonũ tradit: q̃s Titianus unimãmas uocat: nã hoc eſt amazon q̃ſi. ἀνεῦμαζον. Spicula fugientia. pro ipſa fugiẽs. At circũlectæ c. ſubaudi dimicant: qđ & ſequẽs amazonum indicat ꝓparatio: q̃ inducunt circa reginã bella tractantes. Larinaq; uirgo. noĩa hæc nobiliſſimarũ fũt italiæ foeminarũ. Italides. pulchra deriuatio nõ uera: nã uerũ eſt italiæ. Italis aũt unde italides magis patronymicũ eſt q̃ deriuatiuũ: ſicut belias. uñ & belides. Quas ipſa decus. decus & ad delectas & ad ipſã põt referri: Decus aũt ſi ad Camillã: nobilitas: pulchritudo. Si ad delectas: ornamentũ. i. quas ſibi elegit ornamentũ. ad ornamentũ. Dia camilla. genetroſa ἐϊ γεγηος. nã græcũ eſt cuius nominis ætymologiam pleriq; uolũt uenire ἀπο τοῦ Ζιος: qđ ſi ſic ẽ dicemꝰ diſſentire deriuationẽ a p̃ncipalitate: nã dia di ꝓducit: cũ Ζιος corripiat: ſicut ecõtra cũ lux producat: lucerna lu corripit. Pacisq; bonæ bellicq; mini. cõgruũ paci. epithetõ dedit: ut eã bonã diceret cũ bellum ecõtra ſit peſſimum nam ſine dubio & belli ſæui diceret: ſi ratio uerſus admitteret.

Italis

CHRI. In auras. Ex opinione illoꝝ q̃ animã uentũ credũt eſſe. Reiciũt parmas. timore terga uertunt. & dũ uertũt terga. illa parmis operiunt. Verſiq; latini. nã cũ ad moenia perueniſſent freti auxilio ſuoꝝ in hoſtes itẽꝝ redeũt. Hi fugiunt. & q̃n apud moenia piculoſior eſſet pugna: & q̃n in ſequẽdo hoſtes acies late uagantes a ſuo ordine diſceſſerant: uſi nõ erat facile ſeptũ ſuſtinere. Datis habenis. admiſſo curſu: Qualis ubi. nõ eſt cõparatio ad propriam naturã maris qđ obſeruatis tẽporibus aliquot horis influit. & aliquot refluit: De qua re alio loco diſputatũ ẽ. Et Albertus magnus oſtẽdit quare nõ oĩa maria mouent. neq; omnia quæ mouentur in eodẽ modo mouẽtur. Sed comparat mari uentis intumeſcẽti. in quo fluctus fluunt ad littus ac refluunt.

Tanais

SER. Quales th. Tanais fluuius ẽ: q̃ ſeparat aſiam ab europa: circa quẽ antea amazones habitauerũt unde ſe poſtea ad thermodoonta fluuiũ thraciæ tranſtulerũt: qđ ẽt ſal. teſtat dicens: Dein campi threiſei quos habuere amazoneſ a tanai fluuio icertũ quã obrẽ digreſſe. Termodoõtis. plenum ẽ Termodoon: ſed per ſynereſim thermodõ fecit: uñ doncircũflexũ habet accentũ græca. n. nomina neceſſe ẽ ut circũflectantur quotiẽs ſit ſynæreſis exigẽte metri neceſſitate. Ergo ſi ſit thermodoõ do acutũ habebit accentũ: qđ ſi thermodõ fecerit: & in finalẽ tranſfertur: & mutatur accẽtuſ: nã fit circũflexus. Pulſant Ennius ad muſas: Quæ pedibus pulſatis olympum. Bellãtur. pro bellãt: nã ſolẽt uerba pro uerbis põi uſi paſſiuã nũc declinationẽ ſub actiua poſuit ſignificatione: ſic in geor. Et placidã paci nutritor ol. futurũ tps a paſſiuo poſuit ꝓ p̃ſenti ab actiuo: nã nutritor ꝓ nutri poſuit: nũ ẽ cõtra. Nox hũida cælo p̃cipitat ꝓ p̃cipitatur actiuũ pro paſſiuo. Hippolitẽ. hæc amazonũ fuit regina cui uictæ hercules baltheũ ſuſtulit.

Martia. aut bellicoſa: aut martis filia. Quẽ t. p. quẽ poſtremũ. homericũ ẽ interrogationẽ ad ipſum referre. qui deſcribitur cum muſæ interrogari cõſue

Implicuere inter ſe acies: ſegitque uirum uir:
Tũ uero & gemitus moriẽtũ: & ſanguine ĩfalto
Armaque corpaque & permixti cæde uirorum
Semianimes uoluũtur eq; pugna aſpa ſurgit
Orſilochus remuli quãdo ipſũ horrebat adire
Haſtam intorſit equo: ferq; ſub aure reliquit
Quo ſonipes ictu furit arduus: altaq; iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura.
Voluitur ille excuſſus humi catillus iolam
Ingentemq; animis ingentẽ corpore: & armis
Deiicit herminium nudo cui uertice fulua
Cæſaries nudique humeri: nec uulnera terent
Tantus ĩ arma patet. latos huic haſta p armos
Acta tremit duplicatq; uiri tranſfixa dolore.
Funditur ãter ubique cruor: dant ĩnnera ferro
Certantes: pulchrãq; petũt per uulnera mortẽ
At medias inter cædes exultat amazon
Vnum exerta latus: pugnæ pharetrata camilla
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat:
Nunc ualidam dextra rapit indefeſſa bipẽnem
Aureus ex humero ſonat arcus: & arma dianæ
Illa etiam ſiquando in tergum pulſa receſſit
Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites larinaque uirgo
Tullaque: æratam quatiens tarpeia ſecurim
Italides: quas ipſe decus ſibi dia camilla
Delegit paciſque bonæ: bellique miniſtras.
Quales threiciæ cũ flumina thermodontis
Pulſant: & pictis bellantur amazones armis
Seu circum hippollytẽ ſeu cũ ſe martia curru
Penthefilea refert: magnoq; ululãte tumultu
Fœminea exultãt: lunatis agmina peltis
Quẽ telo primum: quẽ poſtremũ aſpa uirgo
Deiicis? aut quot humi moriẽtia corpora fũdis
Eumẽium clycio primum patre: cuius aptum
Aduerſi lõga trãſuerberat abiete pectus
Sanguinis illeuomẽ rriuos cadit: atque cruẽtã
Mãdit humũ: moriẽſq; ſuo ſub uulnere uerſãt
Tum lirin pegaſumq; ſup: quo & alter habenas
Suffoſo reuolutus equo dũ colligit alter
Dum ſubit: ac dextram labẽti tendit inertem
Præcipites pariterque ruũt: his addit amaſtrũ
Hippotaden: ſequiturque icũbens eminus haſta
Tereaque: harpalicũq; & dẽophõta: chromiſq;
Quotq; emiſſa manu cõtorſit ſpicula uirgo

Tot phrygii cecidere uiri: ꝑcul ornitus armis
Ignotis: & equo uenato hyapige fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus
Et male texere lupi: cum dentibus albis:
Agrestisq; manus armat sparus: ipse caterua
Vertitur in mediis: & toto uertice supra est
Hūc illa exceptū: nec enī labor agmine uerso
Traiicit: & super hæc inimico pectore fatur.
Siluis te tyrrhene feras agitare putasti:
Aduenit qui uestra dies muliebribus armis
Verba redarguert: nomē tamē haud leue patrꝫ
Manibus hoc referes telo cecidisse camillæ.
Protinus orsilochū: & butē duo maxīa teucrū
Corpora: sed butē aduersum cuspide fixit

uerint: ut Vos o calliope ꝑcor aspice. Aspera uir. epitheton ad officiū belli respiciēs: alias incōgrue uirginē asperā dicimus. Eumeniūq; qa latīa ē declinatio: iō nec accepit accentū: Nā Stat. qa græco declinauit: græcū accentū posuit dicēs: Nūc cuneus añ: & nūc ante thoas. Longa abiete. hasta abietali: nā arborē pro hasta posuit. Suffosso. casuro. nā suffosi equi dicunt. quos uulgo cespitatores uocāt. Alii suffuso legūt. i. præcipiti: & iā cadenti. Dū subit. i. dū se ad sustētationē ruētis inclinat: & uult utrūq; tāta celeritate esse ꝑcussum: ut unū ictū putares. inde est. n. Præcipites pariterq; ruūt. Has addit amastrū. ad iungit. Armis igno. nouis: incōsuetis. Hyapige. appulo equo. Pellis erepta iuuēco. i. lorica nā proprie lorica ē tegmē de loro fcm: quo maiores in bello uti cōsueuerant. Agrestisq; manus ar. sp. bene agrestis: Nā sparus ē rusticū telū in modū pedi recuruū: Sal. Sparos & lāceas alii præacutas fudes portare. Vertitur in mediis. id est agit Nā græce dixit. Toto uertice supra ē statiꝰ de Capaneo Et toto trāsendit corpore bellū. Hūc illa exceptū fraude circūuentū: ut Aemulus exceptū tritō. Traiicit. uis iactus ostēdit. Siluis. pro in siluis. & ē archaismos

Eq suffossi
Lorica
Sparus

casus ꝓ casu. Muliebribus ar. usus obtinuit: ut inuptas mulieres uocemus. Nā ad apud maiores indiscerte uirgo dicebat & mulier. Vtrūq; n. sexū trāsignificabat: ut ecce hoc loco dicit armis muliebribus cū Camillā inuptā fuisse manifestū sit. Itē in bucol. legimus Ah uirgo. cū Pasiphaē cōstet ex Minoe āte amorē tauri filios suscepisse Terētius ēt mulierē post partū uirginē uocat in æcyra: Nā uitiū ē oblatū uirgini oli ab nescio quo ꝓbo. Nomē tamē haud leue patrū manibus hæc re. t. ce. c. irrisio ē amaritudinis plena. nā si uoluerimus simpliciter accipere: ut ita sit dcūm quē admodū supra Aeneæ magni dextra cadis: incipit cōtrariū eē superioribus: unde melius ē ut ꝓ sueueremus i sensa: & ita sit dcūm magnā re uera gloriā laturus ē ad manes parentū: quē fœminea tela supabunt.

CHRI. Amazones. De his dcūm in supioribus. Addā hoc q; missus Hercules ab Euristheo ut cingulū regi næ amazomū referret: prœliū cōmisit: in quo ex amazōibus ꝓstātissime cecidere Aella: Philippis: Protee: Eribie Celeno: Phœbe: Artemis. Captæ aūt fuerūt Deidamaia: Asteria: Marpe: Tremessa: Marpessa: Aclippæ: q̄ cingulū Hippolyte seruabat. Antiope Thesēo data q̄ a plerisq; hippolyte appellabat. Quē telo. q. d. tantā fuisse stragē hoc discerni nō potuerit. Habet aūt ista interrogatio & admirationē & exclamationē q̄d fœmina hæc potuerit.

Loricam: galeamq; inter: qua colla sedentis
Inuenit: & leuo dependet parma lacerto.
Orsilochum fugiens: magnūq; agitata ꝑ orbē
Eludit gyro interior: sequiturque sequentem
Tum ualidam pq; arma uiro perq; ossa securi
Altior insurgens ornati: & multa precanti
Congeminat. uulnus calido rigat ore cerebro.
Incidit huic: subitoque aspectu teritus hæsit
Apenninicolæ bellator filius auni
Haud liguꝛ extremus: dū fallere fata sinebant
Is ubi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse: neq; instantem reginam auertere cernit
Consilio uersare dolos ingressus: & astu
Incipit hæc: qd tam egregium si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam: & comminus æquo
Mecum crede solo: pugnæq; accinge pedestri.
Iam nosces uentosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens: acriq; incensa dolore
Tradit equum comiti paribusq; assistit i armis

SER Qua colla sedētis. Equitis. sane cū ex uicino intelligimus eē ꝑcussū. Interior. sinisterior. s. circulo. Cōgeminat. hic distīguēdū ē: Nā nemo dicit securī uulnus ꝯgeminat: sed securis. Incidit huic figurate ꝓ in hac: Terē. Ego in eū ictdi ifœlix locū ut neq; mihi amittēdi: neq; retinēdi sit copia. Apēnicolæ bellator filius auni. qa liguria maiore ꝑte sui apēnino ē cōstituta. Ligures āt oēs fallaces sūt. sicut ait Cato in scdo originū libro. Filius auni. aunꝰ. s. Nā ut supra dixim⁹ cū dictis parētibꝰ filiorū noīa suppmat eos patris cognomines itelligimus: ut Tyburti romulo ditissimꝰ oli. Versare dolos ingressus tractare: ut Seu uersare dolos: seu certe ocūbere morti. Astu. malitia: nā ꝓprie astutos malitiosos uocamus: uñ in Terē. postq̄ de Dnō dixit seruus astute: ille iratus ait Carnifex q̄ loqr. Cic. Ita fit ut ista rō existimet astuta: meū tū hoc ꝯsiliū necessariū. Dimitte fugā. eq celeritatē cui fidis relinq. Vētosa ferat cui gloria fraudē. hæc ē uera & ātiq̄ lectio: ut sit sensus pedes cōgredere: iā cognosces cui inanis iactātia asferat pœnā. Nā fraudē pœnā ueteres uocabāt: ut ēt i ātiquo cognoscit iure: Sal. in catilinario: Diē statuit antequā sine fraude liceret ab armis discedere: Si āt laudē legerimus: erit sēsus agnosces cui inanis gloria ē: quā græci κενοδοξίαν uocāt. Paribusq; assistit in armis. pedes sicut & illū congressurū putabat. Pura parma. tūc. n. ꝓmū i bella cōscēderat. Fugax fugiens: nā nomē ē pro participio. Nō enim fugacē

possumus accipere. quẽ supra legimus bellatorem.
Vane ligur. aut fallax: aut inaniter iactãs: nã uanos
stultos posteriores dicere cœpunt: uñ tractũ ẽ ẽt in
neotericis: luue. ¶Sic libitũ ẽ uão q̃ nos distixit othõi
Quid aũt hoc loco uane significet cõsequẽtia demõ
strãt. Frustraq; animis elata supbis. Lubricus: fal-
lax: mobilis. Pernicibus ignea plãtis. mõ uelocibus
Pernix alias pseuerãtus. Nã pnix interdũ uelox: interdũ p-
seuerans significat: ut ipse in georgicis Et inter dura
iacet pnix: in strato saxa cubili. Trãlit equũ cursu.
Nũc hoc incredibile eẽ uideret: nisi pmisisset in septi
mo: illa uel intactæ segetis p sũma uolaret Gramina
nec teneras cursu læsisset aristas. Aduersa. opposita
Accipiter saxo sacer ales ab alto. sacer iõ qa ẽ Marti
cõsecratus: aut auibus execrabilis: ut Auri sacra fa-
mes. aut qđ uerius ẽ: nomẽ græcũ expssit: Nã
dicit: hoc ẽ sacer. ἱερεύς. n. sacerdos uocat. Cur aũt
græce ita dictus sit: rõne nõ caret: q̃ nota ẽ sacro-
pi tis. ¶Cõsequt pẽnis. noua laus Camillæ: Siqdẽ acci-
piter colũbã sequt: ipsa pcedit hostẽ. Ipsa ẽt auiũ cõ-
paratio ẽ sũpta ex cõtrario: nã equs uir accipitri Ca-
milla cõpararet colũbæ. Tũc cruor & uulsæ labũt
ab æthere plumæ: ecbasis ẽ: id est excursus. Nõnul
lis. i. nõ negligẽtius: nã liptotes figura ẽ. Vult. n. di-
cere. Non leuiter iuppiter intuebatur ista certamina.

Ense pedes nudo: puraq; interrita parma.
At iuuenis uicisse dolo ratus auolat ipse
Haud mora. cõuersisq; fugax auferẽt habenis:
Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat.
Vane ligur: fruſtraq; animis elate superbis
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet auno
Hæc fatur uirgo: & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu: freniscq; auersa phensis
Congrediẽt: pœnasq; inimico ex sanguíe sumit
Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimẽ in nube colũbã:
Cõprensamq; tenet: pedibusq; euiscerat uncis
Tũc cruor: & uulsæ labunt ab æthere plumæ:
At nõ hæc nullis hominum sator atq; deorum
Obseruans oculis: sũma sedet altus olympo:
Tyrrhemum genitor tarchontẽ in prœlia sęua
Suscitat: & stimulis haud mollibus icitat iras
Ergo inter cædes cædentiaq; agmina tharchon

CHRI. Sedẽtis. Id est illius eqtis q in equo se-
det. Lucẽt. apparẽt: qñ rima q̃ ẽ inter finẽ galeæ &
sũmitatẽ parmæ relinqt illã partẽ corpis apertã. Cõ
geminat s. id est duplicat uulnus agẽdo securĩ. Incidit huic. id est in hũc. incidere ãt in aliquẽ est cũ nihil tale ex-
pectãtes aliquẽ obuiã offendimus. Sepius ãt dicimus hoc de re infœlici q̃ de fœlici. Apẽninicolæ. liguris: Maior
. n. liguriæ ps in mõtibus ab apẽnino deductis posita ẽ. Auno. nõ sine rõne fictũ nomẽ. Nã aunus ãtiqssimus rex
ẽ lvguriæ. Fallere. nã uitiũ uernaculũ ẽ illius natiõis. Cato in originibus ait ligures eẽ uersipelles: fallaces: mali
Ligures gnos. Cõsilio & astu. id est astuto cõsilio. astu ãt malicíosa calliditas ẽ dictũ ab asty græce urbe: Nã q intra urbes
uersãt callidiores sũt q̃ q in agro degũt. asty ãt nõ oẽs græci sed atheniẽses urbẽ dicũt: q đ uerbũ ægiptiacũ ẽ. athe
næ. n. ut ẽ apũd Platonẽ ægyptioq; colonia ẽ. Fraudẽ recte ut puto. Ser. fraudẽ & ñ laudẽ: legit. Nõ ãt placet qđ
fraus pœnã significet: Nã quis dicat Sal. diẽ statuit añq̃ sine fraude liceat ab armis discedere. sntia ẽ añq̃ nõ dabit
fraudi. Ergo cui nẽtosa gloria. i. inanis gloria afferat fraudẽ. Nã cũ ex tua uanitate tu iactes fortitudinẽ: si relinqs
equũ cuius uiribus tu fallis hoẽs ostẽdes te eẽ fortẽ cũ ipsa fortitudo sit tibi ab equo: si pedes pugnabis succũbes
& inanis tua gloria demõstrabit. Furẽs. nã fœmina impatiẽtior iræ ẽ quã uir & appetẽtior gloriæ. accipiter. acci
pitrũ gña sexdeci põit Pli. in eis enũerat circõ altero pede claudũ. itẽ triorchẽ a nũero testiũ. Buteonẽ. auis martí
sacra est: unde græci ἱερὰξ dicitur. Puto oẽ genus auium q̃ ex raptu uiuunt accipitris noie excepta aquila uenire.

SER. Instigat uocibus alias. incitat & irritat ad
reditũ. Primũ. n. ẽ ut fugere desinãt: post ut in hostes
impetũ faciãt. Nõie quẽq; uocãs p hoc extrema ne
cessitas indicat. ¶Quis metus. q̃lis quãtus. q uos ẽt
fœminã timere ꝓpellit: uñ paulo post: Quæ tãta aïs
ignauia uenit. Fœmina palãtes a. o nũquã dolituri
. i. stulti. stultus ẽ. n. q̃s iniurinõ mouẽt: & bñ nũq̃
siquidẽ añ sæuitiã Mezẽtii ptulerũt: nec se ulti sunt:
nũc pbẽt terga mulieri: & ne hinc qdẽ cõmouẽt do
lore. Atq; hæc agmina uertit. Δεικτικὸν. i. multitu
dinẽ tãtã. Irrita. inertia q̃ nos ulcisci minime ualeãt

Fertur equo: uariisq; instigat uocibus alas
Noie quẽq; uocans: reficitque i prælia pulsos:
Quis metus o nunquã dolituri: & semp ignes
Tyrrheni quæ tanta animis ignauia uenit:
Fœmina palantes agit: atq; hæc agmina uertit
Quo ferrũ qd ue hæc geritis tæla irrita dextris
At non in uenerem segnes: nocturnaque bella
Aut ubi curua choros indixit tibia bacchi
Expectare dapes: & plenæ pocula mensæ:
Hic amor: hic studiũ: dum sacra sceds aruspex
Nũciet: ac lucos uocet ostia pinguis in altos.
Hæc effatus equũ in medios moriturus: & ipse
Cõcitat: & uenulo aduersum se turbidus iſert
Direptũq; ab equo dextra cõplectitur hostem
Et gremium antę suũ multa ui cõcitus aufert.

At nõ in uenerẽ segnes. latẽter dicit hoc fugitis mu
lierẽ qa armata ẽ. alias pmi ad hũc curritis sexũ. No
cturnaq;. b. coitũ: alibi Et siqñ ad plia uẽtũ ẽ. Cur-
ua tibia. symphonia. chor. Bacchi ãt iõ qa apud ue
teres ludi theatrales nõ erãt nisi in honorẽ Liberi pa
tris. Expectare. p expectatis modũ pro mõ posuit.
Scds ar. p scda sacra. i. pspa: sicut ecõtrario home-
rus μάντικὰκων. i. malor diuĩe. In altos lu. illic. n.
epulabãt sacris diebus. Moriturus & ip. moriturus
aïo: nã moriturus ñ ẽ. Quod ãt ait & ipse: aut ad Ca
millã: aut ad Venulũ respicit. Turbidus. Terribi-
lis. Direptũq; ab e. d. c. h. hoc de hĩstoria tractũ ẽ: nã

Conuertere oculos uolat igneus æthere tarchō.
Arma uirūq; ferēs tum sūma ipsius ab hasta
Defringit ferrū: & partes. rimatur apertas.
Qua uulnus letale ferat contra ille repugnans
Sustinet a iugulo dextram: & uim uiribus exit
Atq; uolans alte raptum: cū sulua draconem.
Fert aquila: īplicuitq; pedes atq; unguib⁹ hæsit
Saucius: at serpens sinuosa uolumina uersat:
Arrectisq; horret squamis. & sibilat ore:
Arduus insurgens: illa haud mius urget aduco
Luctantē rostro: simul æthera uerberat alis
Haud aliter prædā tyburtū ex agmine tarchon
Portat ouans. ducis exēplū euentumq; secuti
Mæonidæ incurrunt. cū fatis debitus aruns.
Velocem iaculo: & multa prior arte camillam:
Circuit: & quæ sit fortuna facillima tentat.
Qua se cū q; ferens medio tulit agmine uirgo.
Hac aruns subit. & tacitus nestigia lustrat.
Qua uictrix redit illa. pedēq; ex hoste reportat
Hæc iuuenis furtim celeres detorquet habenas
Hosq; aditus. iamq; hos aditus omnēq; perrat
Vndiq; circuitū. & tertā quatit īprobus hastā.

C. Iulius Cæsar cū dimicaret in gallia: & ab hoste raptus equo eius porraretur armatus: occurrit de hostibus q eū nosset: & insultās ait cecos Cæsar. qđ gallorū lingua dimitte significat: & ita factū ē ut dimittere tur Hoc aūt ipse Cæsar in ephemeride sua dicit. ubi propriā cōmemorat fœlicitatē. Exit. euitat. ut Atq; oculis uigilātibus exit. Vtq; uolās at. Homerica cō paratio. Ducis exēplū euētūq; s. uirtutē & fœlicitatē. Mœnidæ. lydi ut Neonidæ dilecta iu. Arte. fraude dolo. ut Arte pelasga. Q ua se cunq; f. m. t. ag. uirgo Hac aruns su. Vt etiā supra diximꝰ: ita poeta loq/ tur ut in aliqbus locis det suspitionē q; Aruns de turni partibus fuerit nāq; & cū Camilla īperiū fecit: & cū ipa rursus recedit. qđ nisi de socio nō ꝓcedit. Donatus ēt dicit eē manifestū signū sociū fuisse. q; Apollinē soractis inuocat mōtis: de quo Turno uenisse cōstat auxilia. licet posset fieri ut alterius loci īnocet numē. Itē ad argumētū Vocat patrias remeabo inglorius at. qđ ēt de hoste procedit nā supare fœminam nullā cōstat eē uirtutē. Circuitū. ꝓprie nā circuire isi diūtiū ē usū ē. Nec gregibꝰ nocturnus obā bulat. Certā hastā ineuitabilē. unde cōtra Incertā excussit cerui ce secutū. i. īfirmā uitabilem.

DO. Aquilæ. cōpatio aptissima. Vt. n. & aqla & serpens fortissimi sūt ita illi duo fortissimi erāt. Itā dē mira ꝑspicacitate ut illi sunt.

Cum iam connubiis pacem fœlicibus eſto
Component: cum iam leges & fœdera iungent
Ne uetus indigenas nomen mutare latinos
Neu troas fieri iubeas: teucroſq; uocari:
Aut uocem mutare uiros: aut uertere ueſtes:
Sit latium: ſint albani per ſæcula reges:
Sit romana potens itala uirtute propago:
Occidit: occideritq; ſinas cum nomine troia.
Olli ſubridens hominum rerumq; repertor
Es germana iouis: ſaturniq; altera proles
Irarum tantos uoluis ſub pectore fluctus.
Verum age & īcœptū fruſtra ſubmitte furorē:
Do quod uis: & me uictuſq; uolenſq; remitto
Sermonen auſonii patrium moreſq; tenebunt:
Vtq; eſt nomen erit: cōmixti corpore tantum
Subſident teucri: morem rituſq; ſacrorum
Adiiciam: faciamq; omēs uno ore latinos.
Hinc genus auſonio mixtū qđ ſanguīe ſurget
Supra homines ſupra ire deos pietate uidebis:
Nec gens ulla tuos æque celebrabit honores.
Annuit his iuno: & mentem lætata retorſit:
Interea excidit cælo nubemq; relinquit.
His actis aliud genitor ſecum ipſe uolutat:
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ:
Quas & tartaream nox intepeſta megæram
Vno eodemq; tulit partu paribuſq; reuinxit
Serpentum ſpiris: uentoſaſq; addidit alas.
Hæ iouis ad ſolium ſæuiq; in limine regis
Apparent: acuuntq; metum mortalibus ægris
Si quando letum horrificum morboſq; deū rex
Molitur: meritas aut bello territat urbes.
Harum unam celerē demittit ab æthere ſūmo
Iuppiter: inq; omen iuturnæ occurrere iuſſit
Illa uolat: celeriq; ad terram turbine fertur:
Non ſecus ac neruo per nubē impulſa ſagitta
Armatam ſæui parthus quam felle ueneni

Parthus siue cydon telum imedicabile torsit
Stridens: & celeris incognita transilit umbras:
Talis se nocte sata tulit: terrasq; petiuit:
Postquã acies uidet iliacas: arcq; agmina turni
Alitis in paruæ subito collecta figuram:
Quæ quondã ibustis aut culminibus desertis
Nocte sedes serum canit importuna p umbras
Hanc uersa in faciem turni se pestis ad ora
Fertq; refertq; sonãs: clypeumq; euerberat alis
Illi membra nouus soluit formidine torpor
Arreptæq; horrore comæ: & uox faucib⁹ hæsit.
At procul ut diræ stridorem agnouit & alas
Infœlix crines scindit iuturna solutos
Vnguibus ora soror fœdans & pectora pugnis
Quid nũc te tua turne potest germana iuuare
Aut quid iã miseræ superat mihi qua tibi lucẽ
Arte morer talin possũ me opponere mõstro.
Iam iam linquo acies: ne me terrete timentem
Obscœnæ uolucres: alarum uerbera nosco
Letalemq; sonum: nec fallunt iussa superba
Magnanimi iouis: hæc pro uirginitate reponit
Quo uitã dedit æternam: cur mortis adẽpta ẽ
Conditio possem tantos finire dolores
Nũc certe: & misero fratri comes ire p umbras
Iam mortalis ego: haud mihi qcq̃ dulce meoq;
Ve sine frater erit. o quæ satis ima dehiscat
Terra mihi: manesq; deam demittat ad imos
Tantum effata caput glauco cõtexit amictu
Multa gemens: & se fluuio dea condidit alto
Aeneas instat contra: telumq; coruscat
Ingens arboreum: & sæuo sic pectore fatur.
Quæ nũc deide mora ẽ aut qd iã turne retra/
Nõ cursu: sæuis certãdũ ẽ comin⁹ armis: ctas
Verte oẽs tete in facies: & contrahe quicquid
Siue animis siue arte uales: opta ardua pennis
Astra sequi: clausumq; caua te condere terra:
Ille caput quassans non me tua feruida terrent
Dicta ferox. dii me terent: & iuppiter hostis.
Nec plura effatus: saxum circunspicit ingens
Saxum antiquũ ingens cãpo qui forte iacebat
Limes agro positus: litem ut discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent
Qualia nunc hominũ producit corpora tellus
Ille manus raptum trepida torquebat in hostẽ
Altior insurgens & cursu concitus heros
Sed neq; currentem senex cognoscit euntem
Tollentẽue manu saxumq; imane mouentem
Genua labãt: gelidus cõcreuit frigore sanguis

DO. Non secus. interponitur parabola qua narratio interrumpatur: ut legentis tedium excludat.

Altis noctuam uel bubonem intelligit. Pro uirginitate. pro erepto uirginitatis honore

CHRI. Dicuntur geminæ pestes. De his in superioribus diximus. hic tamen demonstrat quales sint furiæ aduersus superos. Asper ait Megeram habere uim tantum apud inferos.

SER. Glauco a. q̃si nympha pp undarũ similitudinẽ. Ingens arboreũ. Nõ sũt epitheta: sed æneas ingens telũ coruscat arboreũ. Cõtrahe. collige: est ãt hostilis iracũdia. Caput quassans. Cõcutiens & cõquassans caput. Et iuppiter ho. Ordo ẽ ferox hostis. Saxũ circũspicit. Homeri hic totus locus est. Cãpo qđ forte iacebat Limes agro positus. scdm artem pori respõdit: sic Sallu. Est in carcere locus: quod tullianũ appellat. Manu raptũ trepida. aut festina: aut re uera trepida: qa sequit. Sed neq; currentem nec se cognoscit euntẽ. Torquebat. bene iperfecto usus ẽ tpe: qa nõ ẽ pfectũ qđ uoluit: ut nec spatiũ totũ euasit: nec prulit ictum. Nec spatiũ euasit. hic distiguẽdum: ut sit totũ nec totũ pertulit ictũ. i. euacuatus est ipetus ipsius spatio longiore. Ac uelut i somnis. cõparatio Homeri. Nec quo se eripiat. Totũ. n. troiani clauserãt. Sortitus fortuna oculis. hũc locũ ad feriendũ oculis elegit æneas: quẽ fortuna destinauerat uulneri. Fulmine tãti. p tonitru: sine quo nunq̃ fulmen mittit. Atri turbinis instar multis utit cõparationibus ad exprimendũ nimiũ impetũ. Est instar ut supra diximus: p se plenũ ẽ: nec recipit psæpositionẽ nstat licet Serenus ad instar dixerit: qđ in idoneis reperit auctoribus. Ictus. pcussus: nũc participiũ ẽ ac si diceret: cecidit elisus. Equidẽ merui. Scdm artẽ rhetoricã: nã quoties pſonæ in iuidia sũt aliæ pro his ponunt. unde ait Ego qdẽ occidi mereor: sed tu debes ignoscere parentis intuitu. Nec deprecor. nõ refuto.

DO. Aeneas instat. Redit ad narrationẽ: quã interruperat interpositis dictis lunonis: iouis & luturnæ. Ingẽs arboreũ. Nõ hastã: sed gestatorẽ laudat.

Pinnis. semp pĩna & Nõ pẽna ẽ apud Donatũ. In somnis. ponit parabolã quã q̃sq; in se exptus intelligere põt qd Turno euenerit. Vrbẽ. uel in q̃ erat Latinia: uel unde expectaret auxiliũ: qđ pudor petere uetabat. Nec quo se eripiat. fugiendi occasio deerat Audẽdi fiducia negabat: nullũ spabat auxiliũ sorore iã remota. Humilis. corpe. i. supplex deiecto fastu.

CHRI. Alto ꝓfundo: ut ne tã crudele spectaculũ uideret. nã grauiora ut iã diximus sũt q̃ uidemꝰ q̃ audimꝰ. Arboreũ: exꝑsit qd diceret ingẽs. Que nũc d. m. Amara in hostẽ uerba: & hois indubitatã uictoriã sibi ꝓponentis & q̃ simpliciter æneæ clemẽtiæ nõ cõuenirẽt: sed merita Turni hæc abco extorq̃bant: Ille ca. q. nõ discedit a ferocitate sua. & uictus se uictũ fateri non uult. neq; humanis [illegible]bus cedit sed a ioue supari dolet. Torquebat. Incipiebat qđ cõtorquere. sed defecerũt uires: ut rẽ perficere nõ posset. Genua l. Procelleumaticus pes est: qui ex q̃tuor syllabis cõstat. põt tũ redire ad dactylũ si u quæ uocalis ẽ cõuertat in cõsonantẽ: & facta syreneſi genua duarũ sit syllabarꝫ. Cõcreuit. cõriguit. ut subito cõcrescũt flumine crustæ. De hoc dictũ ẽ in geor. Per inane. uacuũ. At q dare uacuũ nõ: sed regionem ab aere occupatã dicimus uacuã: quia ita cedit aer ut nihil esse uideat. Nec spatiũ euasit. i. nõ est egerssus ex toto illo spatio: q itercedebat iter se & æneã ergo defecit in spatio anteq̃ ad æneam peruenirẽt. Hinc est

q̃ nō pertulit.i.ad destinatum finem tulit. Nam per in cōpositione absolutā rē demonstrat. Hinc illud ē: ut si quis legere icœperit: & nō totū legerit dicat legi sed nō perlegi. quod aūt de insomnio dicit: phy sicū ē sortitus for.oc. id est sumens fortunam.i.fortunatū ictum oculis: quia oculis p̃legit quo telum dirigat quæ res sibi futura sit fortunata. Nec f.t.d.c. Snia ē nō uenit tāto impetu fulmē: nā fulminis ipetu scin/dunt nubes: unde ipse dissultando gignunt crepitū.

Turbinis. De quo iā dcm̄. Ille humilis. Optimū ex ēplū: Nā supbiores q fūt nunq̃ cedere potiori uolūt: nisi cū penitus uicti fūt: & quo tpe nihil illis prodest

SER. Ttere sorte t.iterfice hostē tuū: Fuit & ti bi talis an. Hic distinguēdū ut duo dicat: & habuisti prēm: & pater es. Et me redde meis. Ordo est: redde meis: sed ex apto rē uiro forti pudendā peteret: inter positiōe usus ē dicēs Seu corpus spoliatū lumīe ma ius. Tendere palmas ausonii u. Ad gloriā æneæ pti net q̃ se Turnus cunctis p̃sentibus uictū fatet. Tua est lanua cō. Quæ fuerat cā certaminis. Vlterius ue ten.o. Noli uelle crudelitatē tuā ultra fata p̃tendere sed redde corpus sepulchro. Acerin ar. Nō tm̄ ad p̃s sens refert: sed qa semp in armis acer esse consueuit. Cunctantē flectere sermo cœperat. Oīs intentio ad æneæ ptinet gloriā: Nā & ex eo qđ hosti cogitat par cere: pius ostendit: & ex eo q̃ eū iteremit pietatis ge/stat īsigne: Nā Euādri intuitu Palātis ulciscit mortē

Infœlix baltheus. Nulli dnō fœlix: & sic ē dcm̄ īfœ lix baltheus: sicut Lacedæmonios hymenæos. & sci endū baltheū habuisse Turnū ad insultationē: & ia ctantiā. nō ad utilitatē. Vnde ē Atq̃ humeris inimi cū īsigne gerebat. Monumenta do. ppriē: nā & mo/numentū ab eo dictū est qđ mentē moneat. Hausit. Vidit: ut auriat nūc oculis ignē crudelis ab alto. Pa las īmolat. At suæ mortis & ab rupti fœderis ultio/nē te tanq̃ hostiā īmolat Palas. Frigore: Morte: ut Corpusq̃ luant frigētis & ungūt. Vitaq̃ cū ge.fu/git: idi.sub um. Indignata uel qa mox præceps ueniā nō meruerant: uel qa Lauiniā fore sciebat æneæ: uel qa ut supra de Camilla dixim̄: discedebat a iuuene Nā uolūt phy sici aīam discedere a corpe iuitam: cū quo adhuc habitare naturæ legibus poterat: sic Ho. φύχη δὲκ νεάων τῶα μὲν αἰὰ σὰ βῆβεί: ον ῶοτμον γοόῦσ κίῶουσ ἀγὰροτῆὰ καὶ ἥβην.

DO. Victoria æneæ quā ponit in fine opis p̃fi cit atq̃ absoluit cumulū laudū æneæ: quas a princi/pio ad finem omni artificio continuauit.

CHRI. Merui nec deprecor. Cū uiro forti pu/denda res nideret uitā ab hoste deprecari: id artificio se latenterq̃ agit. & primo p̃mittit mortē suā sibi: q̃ res uidet posse uehemēter hosti misericordiā cōmo/uere. Deīde cū p̃sona sua parētis: qđ ualidissimū eē poterat: preferti apud eū q ī patrā pientissimus fuit.

V[illegible]sorte tua. Nō cōcedit plenā uictoriā sibi: nō enī dixit utere fortitudine tua: sed fortuna q̃ tibi ma/gis quā uirtus fauit. Miseri parentis. Cōmiseratio a statu q̃ miser: & a sanguine q̃ parēs: & postremo ab ætate: cū dicit Dauni miserere senectæ. Et me. Dum precatur ut reddat cadauer. pōt flectere ut cōdonet uitā. Vicisti. Magna est laus q̃ uicti testimonio ui/ctor euadas. Et uictū. Cum sūmo gemitu p̃nuncian tur. nō. n. mouet morte uir fortis: sed q̃ uictus sit.

Ausonii. Quos ego cupiebā adhibere testes meæ ui ctoriæ testes erūt meæ ignominiæ. & hæc ēt flectere potuerūt æneā: ut cū nactus esset plenā uictoriā in/

Tum lapis ipse uiri uacuū per inane uolutus
Nec spatiū euasit totū: nec pertulit ictum.
Ac ueluti insomnis oculos ubi lāguida pressit
Nocte qes nequicquā auidos extēdere cursus
Velle uidemur & in mediis conatibus ægri
Succidimus: nō lingua ualet nō corpore notæ
Sufficiunt uires: nec uox nec uerba sequuntur
Sic turno quacūq̃ uiam uirtute petiuit:
Successum dea dira negat: tū pectore sensus
Vertunt uarii. rutulos aspectat & urbem.
Cūctaturq̃ metu: telūq̃ instare tremiscit:
Nec quo se eripiat: nec qua ui tendat in hostem
Nec currus usquā uidet: aurigamq̃ sororem
Cunctanti telū æneas fatale coruscat
Sortitus fortunam oculis: & corpore toto
Eminus intorquet murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt: nec fulmine tanti
Dissultant crepitus: uolat ātri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens: oraq̃ recludit
Loricæ: & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens trāsit femur: incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite turnus
Cōsurgunt gemitu rutuli: totusq̃ remugit
Mōs circū: & uocā late nemora alta remittunt.
Ille humilis supplexq̃ oculos dextrāq̃ precātē
Protendens equidē merui nec deprecor inquit.
Vtere sorte tua: miseri te si qua parentis
Tangere cura potest: oro: fuit & tibi talis
Anchises genitor dauni miserere senectæ:
Et me seu corpus spoliatum lumine mauis
Redde meis: uicisti: & uictum tendere palmas
Ausonii uidere: tua est lauinia coniunx.
Vlterius ne tende odiis: stetit acer in armis
Aeneas uoluens oculos dextramq̃ repressit.
Et iam iamq̃ magis cunctātem flectere sermo
Cœperat infœlix humero cum apparuit alto
Baltheus: & notis fulserunt cingula bullis.
Palantis pueri uictum quem uulnere turnus
Strauerat: atq̃ hūeris inimicū īsigne gerebat.
Ille oculis postquā sæui monumenta doloris
Exuuiasq̃ hausit furiis accensus & ira
Terribilis tu ne hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi: palas te hoc uulnere palas
Immolat: & pœnā scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens ferrum aduerso sub pectore cōdit
Feruidus ast illi soluuntur frigore membra.
Vitaq̃ cū gemitu fugit īdignata subumbras

uictum clementia uteretur: quod oĩo fortissimi uiri est. Ausonii. Apud quos sũmam gloriam ex rebus per multa tpa præclarissime gestis acquisiuerã apud eosdem momẽto tpis: & illam amitto: & ignominiã subeo. Videre Quod neq; hactenus uiderant: nec uisuros putarãt. Tua. Quã qd mihi miserius accedere põt. ut uictor premiũ uictoriæ secũ auferat. Lauinia. Emphasim hẽt nomẽ. q. d. quã ego mea uita cariorẽ habui: & ꝓpter quã omnes hos labores pertulit. Vlterius ne tende odiis. nõ. n. est magni & excelsi uiri cũ hostẽ tanta cũ gloria superarit: & oĩa sit præmia cõsecutus: eũ occidere uelle. Nã inter magnas fortitudinis partes reponit inimicitias cõdonare. Nã uindictã quærere humilis pusilliq; animi esse apparet. Hinc Iuuenal. Ad sũmam collige q; uindicta nemo magis gaudet quã fœmina. Sterit acer. Constitit nõ metu qa acer sed inclinans ad misericordiã: Ignouisseteq; si Turnus Palanti ignouisset. Sed cũ ex balthei admotu recordaretur crudelitatis Turni magis pium iudicauit amico Euãdro & q sua cã filiũ unicum amiserat satisfacere quã inimicissimo Turno uitã cõcedere: ut pietate potius quã crudelitate ipsum interemerit. Admonet præterea poeta multa in uita facere hoĩes tanquã ad suã imortalẽ gloriã pertineant: ex qbus deinde in exitiũ ruunt. id enim ob direptũ Palanthis baltheũ opĩone sua deceptus in se expertus est Turnus. Furiis & ira. Implicabili indignatiõe. Tu tam immitis. Indute spolus meorum. Quod non ad tuã defensionem sed ad superbam iactantiam pertinet. Mihi. emphasin habet. q. d. tam forti tam iniuriarum in meos collata rum prosecutori. Palas. Non mea crudelitas: sed ultio quam Palanti dabo. Immolat. Nonueluti hostẽ cæsum: sed ueluti hostiam quæ fracti fœderis iustissimum piaculum sit. Scelerato. Qui contra pacem primo & cõtra iura hospitalitatis: leĩde cõtra fœdus arma sũpserat.

Maphei Veggii Laudensis Poetæ Clarissimi Liber Terciusdecimus Additus Duodecim Aeneidos Libros.

Vrnus ut extremo uitã sub marte profundit
Subdunt se rutuli æneæ troiana sequentes
Agmina: dehinc superis meriti reddũtur honores
Congaudet gnato ac sociis memor ante malorum
Actorum pater æneas. turni inde latinus
Morte dolet. patriæ miseranda incendia daunus
Euersæ: & cari deflet pia funera gnati.
Connubium instaurat gnatæ lætosq; hymeneos
Rex socer æneæ genero: gens utraque pacto
Fœdere pacis ouat: tum nomine coniugis urbem
Instruit: & tandem placida sub pace regentem
Transtulit æneam uenus astra in summa beatum.
Vrnus ut extremo deiectus marte profudit
Effugientẽ aĩam medioq; sub agmine uictor
Magnanimus stetit æneas mauortius heros
Obstupuere omnes: gemitumq; dedere latini:
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem
Concussis cecidere animis: ceu frondibus ingens
Silua dolet lapsis boriali impulsa tumultu.
Tum tela insigunt terræ: & mucronibus hærent:
Scutaq; deponunt humeris: & prœlia damnant:
Insanumq; horrent optati martis amorem
Nec frenum nec colla pati captiua recusant:
Et ueniam orare: & requiem finemq; malorum:
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrunt largo miscentes sanguine pugnam.
Cuiq; suum pecus inclinat: fin cesserit uni
Palma duci: mox quæ uicto pecora ante sequebant:
Nunc sese imperio subdunt uictoris: & ultro
Quãquã animum dolor altus habet: parere fatentur
Non aliter rutuli licet ingens mœror adhausit
Pectora pulsa metu cæsi ducis: inclyta malunt
Arma sequi: & phrygium æneam: fœduseq; precari
Pacis: & æternam rebus belloque quietem
Tunc turnum super assistens placido ore profatur
Aeneas: quæ tanta animo dementia creuit:
Vt teucros superum monitis summiq; tonantis
Imperio huc uectos patereris daunia proles
Italia: & pactis nequicquam expellere tectis:
Disce iouem reuereri: & iussa facessere diuum.
Magnum etiam capit ira iouem: memoresq; malorũ
Sollicitat uindicta deos: en ultima tanti
Meta furoris adest: quo iura contra fidemque
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem.
Ecce suprema dies aliis exempla sub æuum
Venturum missura iouem ne temnere frustra
Fas sit: & indignos bellorum accendere motus
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus
Turne iaces. at non tibi erit lauinia paruo
Nec dextra tamen æneæ cecidisse pudebit.
Nunc rutuli hinc auferte ducem uestrũ. arma uirũque
Largior. atq; omnem deflendæ mortis honorem.
Sed quæ palantis fuerat ingentia balthei
Pondera transmittam euandro: ut solatia cæso
Haud leuia hoste ferat: turnoq; exultet adempto
Vos memores tamen ausonii melioribus uti
Discite bellorum auspiciis: ego sydera iuro
Nunquam acies: nũquã arma libens in prœlia moui
Sed uestris actus furiis defendere toto
Optaui: & licuit troianas robore partes.
Nec fatus plura æneas se lætus ad altos
Vertebat muros. & troia tecta petebat.
Vna ipsum teucrorum omnis conuersa iuuentus
Exultans sequitur: uolucresque per ardua pedum ui
Quadrupedes citat: incusans acri ore latinos
Ignauosq; uocans: strepit altus plausibus æther:
Et quãuis inhumata rogis date corpora surgat
Ingens cura animo socioq; imponere flammis
Maius opus tamen æneas sub pectore uoluens
Primum aris meritos superos mandabat honores
Tum pingues patrios iugulant ex more iuuencos
Immittuntq; sues: niueasq; in templa bidentes:
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram.
Viscera diripiunt. & cæsim in frusta trucidant
Denudantque gregẽ: & flãmis uerubusque remittũt:
Tum uina effundunt patrijs: & dona lyei
Accumulant: plenis uenerantur lancibus aras.
Thura ignes adolent. onerata altaria fumant.
Tum plausus per tecta mouent: magnũque tonantẽ
Extollunt: ueneremque & te saturnia iu[redacted]
lam placidam. & meliorẽ ingenti laude fatentur
Mauortemque ipsum tamen extera turba deorum
In medium effertur summis cum uocibus aliis
Perlata ad cælos ante omnis gratior unus
Aeneas duplices mittebat ad æthere palmas.
Et puerum panca ore dabat complexus iulum
Nate in quo spes una patrij per tanta laborum
Quem uariis actus fatis discrimina duxi
Ecce inuenta quies: ecce illa extrema malorum
Erumnis factura modum acceptissima semper

Atq; optata dies: quam dura in bella uocatus
Sæpe tibi diis auſpicibus meminiſſe futurã
Iam memini: nunc te q̃primũ aurora rubebit
Craſtina ſublimẽ rutulorũ ad mœnia mittam:
Dehinc ſeſe ad gentẽ iliacam uoluebat: & alto
Pectore uerba trahens blando eſt ſic ore locutus
O ſocii per dura ac denſa pericula uecti
Per tantoſ bellorũ æſtus: dupliceſque furores ●
Armoq;: per totque hyemes: per quicquid acerbũ:
Horrendũ: graue: triſte: ingens: per quicquid iniquũ:
Infauſtum: & crudele foret: cõuertite mentem
In melius: iam finis adeſt: hic meta malorũ
Stabit: & optatam latia cũ gente quietem
Iungemus. dabit inde mihi lauinia coniunx
Bello acri defenſa italo cum ſanguine mixta
Troianã tranſferre æterna in ſecula gentem.
Vnũ oro ſocii auſonios cõmuniter æquo
Ferre animo: & uoſmet ſocero obſeruate latio.
Sceptrũ idẽ ſublumet gerent ſententia mentem
Hæc habet: ait bello uos & præſtantibus armis
Diſcite me: & pietate ſequi: quæ gloria nobis
Ceſſerit in promptu eſt: ſed cætũ & ſydera teſtor
Qui uos tantorũ eripui de clade malorũ
Idem ego ſub maiora potaſ uos præmia ducam.
Talibus orabat. uarioſq; in pectore caſus
Præteritos uoluens: partãq; labore quietẽ
Haud paruo nimiũ ardenti exundabat amore
In teucros: grauibus tandẽ euaſiſſe periclis
Exultans: uelut exiguis cũ æthere gyrans
Incubuit pullis: & magno turbine miluus
Inſiliẽs auido ore furit: ſtragẽque minatur.
Tum criſtata ales perculſo pectore mater
Conſurgit miſero gnatorum exterita caſu.
Roſtrum iacuit: totiſque petit conatibus hoſtẽ:
Et multa expulſum ui tandẽ cedere cogit
Dehinc perturbatos crocitans exquirit: & omnes
Attonitos cogit pro caris anxia gnatis.
Et tanto ereptos gaudet ſupereſſe periclo.
Non ſecus anchiſa genitus mulcebat amicis
Troianos dictiſ: antiquũ corde timorẽ
Flagrantiſque agitans curas: & gaudia longis
Tandẽ parta maliſ: & quæ perferre moleſtũ
Ante fuit: meminiſſe iuuat. uerũ altior idẽ
Ingenti: & clara æneas ſupereminet oẽſ
Virtute excellens: & pro tot numina doniſ
Exorat: ſũmiſque iouem cũ laudibus effert
Interea rutuli: magnũ: & miſerabile funuſ
Exaniműque ducẽ tulerant ſub tecta frequentes
Correpti mœrore aios: largũque pluenteſ
Hymbrẽ oculiſ: & iã lato ●amore latinũ
Deſeſſum: & uarios agitantẽ pectore caſus
Cõplerant: qui poſtquã altos crebeſcere queſtus
Et turmũ ingenti conſoſſũ uulnere uidit:
H●●●●uit lachrymaſ: dehinc mœſtũ lenit agmen
Corripuit manibus uerbiſque ſilentia ponens
Ceu ſpumantiſ apri quando per uiſcera dentes
Fulmineos canis excepit præſtantior omni
Ex numero: tunc infauſto perterita caſu
Cætera turba fugit latrantũ: atque ore magiſtrũ
Circunſtans querulo pauitat: magnoque ululatu
Infremit: ac cõmota manu dominique iubentis
Ore ſolet: genitũque premit: ſeſeque coercet.
Haud aliter rutuli ſuppreſſa uoce quierunt.
Tunc ſic illachrymans rex alto corde latinus
Verba dabat: quantoſ humana negocia motuſ
Alternaſque uices miſcent quo turbine fertur
Vita hominũ o fragiliſ dãnoſa ſuperbia ſceptri
O furor o nimiũ dominandi innata cupido
Mortaleſ quo cæca uehis: quo gloria tantis
Inflatos tranſfers animoſ quæſita periclis.
Quot tecũ inſidiaſ: quot mortes. quanta malorũ
Magnoq; tormenta geris. quot tela quot enſes
Ante oculos ſi cernis habeſ. heu dulce uenenum
Et mundi letalis honos: heu triſtia regni
Mumera: quæ haud paruo cõſtent: & grandia rerum
Pondera: quæ nunq̃ placidã promittere pacẽ
Nec requiem cõferre queant. heu ſortiſ acerbæ
Et miſeræ regale decuſ: magnoque timori
Suppoſitoſ regum caſuſ paciſcq; negatos
Quid turne ingenti auſoniã mouiſſe tumultu
Et dura æneadaſ turbaſſe in bella coactos.
Quid iuuat & uiolaſſe ſacræ promiſſa quietis
Pignora: quæ tibi tanta aĩo impatientia uenit:
Vt matrẽ cum gente deum: iuſſuque tonantis
Huc uecta gereteſ: & noſtris pellere tectiſ
Vltro inſtanſ uelleſ: natæque abrumpere fœduſ
Pollicitæ genero æneæ: & me bella negante
Dura mouere manu: quæ tanta inſania mentem
Implicuit: quotienſ te in ſæui martiſ euntem
Agmina ſublimẽque in equo & radiantibus armiſ
Tentaui reuocare: & iter ſuſpendere cœptum
Corripui: & pauitanſ cedentem in limine fruſtra:
Inde ego quanta tuli: teſtantur mœnia tectiſ
Semirutiſ magnique albenteſ oſſibuſ agri
Et latium toto uacuatum robore: & ingens
Fxitiũ fluuiique cede humana rubentes
Et longi tepidique metuſ: durique laboreſ
Quos totiens ſenior per tanta pericula cœpi.
At nunc turne iaceſ: ubinam generoſa iuuentæ
Gloria: & excellens aĩuſ: quo ſplendidus altæ
Frontis honoſ: quonam illa decenſ frontiſ imago
Ah quantaſ dauno lachrymas acreſque dolores
Turne dabis: quanto circũfluet ardea fletu
Sed non degeneri & pudibundo uulnere foſſum
Aſpiciet: ſaltem hoc miſeræ ſolamen habebit
Mortis: ut æneæ troiani exceperis enſem
Hæc fatus lachrymiſque genas impleuit abortis
Tum ſeſe ad turbã uoluens: miſerabile corpus
Attolli: & caram mœſti genitoris ad urbẽ
Deferri: atque pios fieri mandabat honores
Mox circũfuſi rutuli lato agmine cæſum
Sublimem ingenti iuuenem poſuere pheretro:
Multa ſuper teucrum raptorũ inſigna ſecum
Et galeas: & equos: enſeſq; & tela ferentes
Poſt currus phrygia ſudantes cæde ſequuntur.
It lachrymaus: & ducis equum docta arte metiſcus
Rorantem: & fletu madidum qui uixerat ante
Victorem turnum: atq; hoſtiſi ſtrage furentem.
Hinc alii uerſa arma gerunt: tum extra pubes
Flens ſequitur: largiſque humectat pectora guttis
Et iam feſſi ibant per muta ſilentia noctis
Cædentis ſeſe: greſſumq; in tecta latinus
Flexerat ingenti turbatus funere mentem
Vna omnes lachrymas: matres puerique ſeneſque
Fundebant mœſtam implentes mugitibus urbem.
Inſcius ad tantos daunus ſupereſſe dolores
Et gnatum extremo conſumptũ marte ſuperbam
Effudiſſe animam: largiſque ad mœnia duci
Cum lachrymis: alios gemitus curaſque fouebat
Nãque ex diuerſa caderent dum parte latini
Et calido turnus fœdaret ſanguine terram

Vbrem ingens flāma. & muros inuaserat a tos
Fumabatq; rutis miseri patris ardea tectis.I
Et tota in cinerem uergebat: & astra fauillæ
Altiuolæ implebāt: nec spes plus ulla salutis
Siue quidē sic diis placitū ē. seu præsentia turni.
Signū ut fata darent: horrendo marte perēpti.
Ex templo concussi animos. turbataq; ciues
Pectora cædentes miserandæ sortis iniquum.
Deflebant casum: longoq; ex ordine matres.
Atq; auidos totis fugiebant uiribus ignes
Ac ueluti cum nigra cohors posuere sub alta
Arbore: & infixa radice cubilia longo.
Formicæ instantes operi. sin dura securis
Incumbat. uersosq; infringat culmine paruas.
Sæua casas: mox certatim sese agmine sparso
Corripuit mœstaq; fuga trepidæq; feruntur.
Et uelut ignitum testudo euersa calorem.
Cum sensit luctatā diu pedibusq; renitens.
Caudam agitansq; caput magna ui cedere tentat.
Aestuat & multa insidians conamina miscet
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues.
Iactabant sese: & turbata mente ferebant.
Ante omnes senio confectus ad æthera uoces.
Fundebat querulas daunus: superosq; uocabat
Tum uero e mediis uisa ē consurgere flāmis.
Percussisq; ales uolitare per aera pennis.
Incidium nomenq; urbis uersæ ardea seruans.
Et cui sublimes stabant in mœnibus arces.
Mutata effusis nunc circum labitur alis:
Attoniti nouitare omnes: monitisq; deorum.
Haud paruis confusi humeros atq; ora tenebant.
Ad daunus patriæ ardenti concussus amore
Euersæ duros gemitus sub corde premebat
Hæc inter magno uolitans prænuncia motu
Fama ruit latisq; animos clamoribus īplet
Aduentare nouum multo cū milite funus
Et turnū exanimen: & letali uulnere uictū
Mox turbati oēs nigras duxere frequentes:
Incensas ex amore faces ardentibus agri.
Collucent flāmis: dehinc se uenientibus addunt.
Quos post quā toto uidere ex agmine matres
Percussis uocē palmis ad æthera tollunt
At daunus cari ut patuerunt funera nati:
Substitit. & demū ingenti correpta dolore.
Ora mouens mediū sese furibundus in agmen.
Proripuit turnūq; super prostratus & hærens.
Quan primū fari potuit sic edidit ore.
Nate patris dolor: & fesse miseranda senecte
Rapta quies quo me tantis iactare periclis
Duxisti. & sæuis tandem deuicte sub armis.
Quo tua me prestans animi constantia uexit.
Hic claræ uirtutis honos & gloria sceptri.
Hoc magni decus imperium tales ne triumphos.
Nare refers hæc illa quia promissa parenti.
Afflicto: totiens hæc mera optata laborum
Heu miserum q̄ præcipites labentia casus
Sæcla agitant quanto uoluuntur fata tumultu
Qui iam sublimes referebas clarus honores
Et magnus toto in latio quem troes in armis
Horrendum: & trepidi totiens sensere furentē.
Nunc mi turne iaces miserādū & flebile corpus
Iā mutū ē sine uoce caput quo pulcherior. alter.
Non fuit in tota ausonia nec gratior ullus
Aloquio nec quis positis ingentior armis
Nate ubi forma nitens niueaq; in fronte serenus
Ille decor dulcisq; oculorum aspectus: & altæ:
Sydereus ceruicis honos his gloria martis
Contigit auspicis tali rediture paratu.
Discedens uoluisti auidis te credere bellis
Heu mortē inuisam quæ sola ultricibus. armis.
Elatos frenas animos cōmunia toti
Genti sceptra tenens æternaq; federa seruans
Quæ magnos puosq; teris: quæ fortibus æquas
Imbelles populisq; duces senium q; iuuentæ
Heu mortem obscura quæ causa indigna coegit
Eripere atq; meum crudeli uulnere natum.
Afficere. o felix tam grato cædis amata.
Successu lætare tuæ quæ tanta dolorum.
Fugisti monumēta grauisq; immania casus
Pondera. quid misero genitori plura parentis
O superi. natum rapuistis & ardea flāmis
Cōsūpta in cinerē uersa est. nūc æthere pennis.
Verberat. ab me turne tua plus cæde cruenta:
Deerat adhuc sors ista patris suprema senecte.
At uero tali feres cum fœdere uersant.
Vt quē infesta furens miserum fortuna moratur.
Illum omni petat infrendens: & turbine cogat
Dixerat: & multa illachrimās largo ore rigabat.
Hymbre. trahēs duros genitus rabidosq; dol ores
Qualis ubi incubuit ualidis ionis unguibus ales.
Et paruum effuso diuulsit sanguine fœtum.
Cerua uidens: miseri turbantur funere nati.
Postea lux latum splendore impleuerat orbē.
Tūc pater infractos fatali marte latinus.
Defecisse uidens italos. totamq; potenti.
Cedere fortunā æneæ belliq; tumultū.
Ingētisq; animo curas & fœdera uoluens
Connubii promissa suæ nateq; hymeneos
Prestātes uocat electos ex agmine toto.
Mille uiros qui dardaniū cōmittētur ad urbē
Spectatum uirtute ducem iungitq; togatos
Multa oratores memorans & enntibus ultro
Imperat ut quando auspiciis monitisq; deorū.
Troianā miseere italo cum sanguine gētē.
Expediāt placido īterfint aīoq; recusāt.
Aeneadesq; uehāt alta ītra mœnia læti
Interea ipse urbem labesactā: & uulgus inerme
Cōponit. solidatq; animos requiēq; futuram.
Spōdet. & æternā uentura ī secula pacem
Inde iubet meritos turba plaudente triūphos
Sublimesq; domus fieri regales honores
Atq; alacris mouet unanimes ut frōte serena:
Occurrāt genero ueniēti. & pectore toto.
Excipiāt gētē ilicā. magnisq; receptēt
Plausibus optataq; est dāt pacis amores.
Iamq; īstructa cohors teuchrorū castra subibat.
Cincta comas ramis oleæ: pacemq; rogabat.
Quā bonus æneas ad se ītra regia duci
Tecta iubet causamq; uiæ placido ore requirit.
Tunc senior sic īcipiēt ardētia drancet.
Verbera mouet nimiū erepti pro funera turni
Exulant: o troianæ dux inclite gentis
Gloria spesq; phrygiū quo nec pietate nec armis
Maior ī orbe fuit: uicti obtestamur & omnes.
Iuramus deosq; deas inuitus in unum.
Conflatum uidit latium: & temerata latinus
Fœdera nec phrygios unquā turbauit honores
Quin nate quando superum sic uota ferebant.
Cōnubia & generum magno te optabat amore
Sed quicqd tanto armorū flagrante tumultu.

In medium comitata uenit lauinia uirgo
Confectuſq; odiis furor attulit ille negantes.
Inuitaſq; dedit latias in prœlia gentes.
Illũ omnis conuerſa cohors poſcebat ut armis
Cederet & magnum ſineret ſuccedere pactis
Connubiis anchiſiaden inde optimus ambat
Iungebat palmas defeſſa ætate latinus
Intractis nimioq; ardentem marte rogabat.
Nec noſtræ potuere preces inflectere durum
Nec diuum portenta animũ quin acrius ignem
Spumabat ferus ore uomens bellũq; ciebat.
At uero dignum inuenit pro talibus auſis
Exitium qui te tandem uictore momordit.
Nigrantem eroſtratus humũ nũc imrobus ædes.
Tartareas uiſurus eat quæratq; ſub imo
Nunc alias acheronte acies alioſq; hymeneos.
Tu melior ſuccede bonis laurentibus heres
Iu te omnis domus: & ieſſi inclinata latini.
Spes iacet. unũ omnes itali ſuper aurea mittunt
Sydera: & ingentem bello. & eeleſtibus armis.
Extollunt: & uera canunt præconia uoces.
Te grauiũ ueneranda patrũ conſultaq; turba
Inualidiq; ætate ſenes te leta iuuentus.
Et cupide matres pueri: innuptæq; puellæ
Vnanimes æquo ore uolunt: turnũq; ſub armis
Exultant cecidiſſe tuis te tota precatur
Auſonia & claris præſtatem laudibus effert.
In te unum conuerſi oculi pater ipſæ latinus
Iam ſenior ſola hæc longeuæ munere uitæ:
Qui gnatã tibi iũgat habet generiq; nepotes
Troianos italo admixtos in ſæcula mittat.
Ergo age magne ueni teucro rũductor & altos.
Ingredere & celebres cape quos ſpõdemus honores.
Finierat cuntiq; eadẽ ſimul ore fremebant.
Quos pius æneas hilari cũ fronte receptos.
Proſequitur paucis: & amico pectore fatur.
Nec uos nec placida ſolitum ſub pace latinum.
Arguerim uerum infeſti uiolentia turni:
Tãtũ opus haud dubito & tanti diſcrimina martis.
Cõciuit iuuenilis enim plus laudis amore
Quicquid id eſt tamen. anſoni nil pacta recuſo
Connubia: & ſanctã æterno cũ fœdere pacem
Iungere. rex idẽ imperiũ: & ueneranda tenebit.
Sceptra ſocer ſtatuentq; mei mihi mœnia teuchri
Et nomen natæ urbis erit ſocioſq; penate
Adiiciam. uos cõmunes in ſæcula leges.
Concordeſq; ingentiq; animo mittetis amores
Interea quid reſtat adhuc imponite flãmis.
Corpora. quæ duri miſeranda inſania belli
Arripuit. dehinc q̃ primũ raſtina ſurget
Clara dies. leti laurentia tecta petemus.
Dixerat: & tanto affatu conuerſa tenebat
Ora ſimul ſtupefacta omnes: & aperitus ingens.
M[redacted]ratis opus mox robore toto
Congeſtas rapuere pyras ignemq; repoſtis.
Ciuibus ĩmiſere altũq; ſub æthera ſumus.
Euolat: atq; atris cælum ſublime tenebris
Conditur inumeras ex omni rure bidentes.
Glandioſq; ſues iuguſant: pingueſq; iuuencos
Immittuntq; rogis latos incendia campos.
Enudant fremit impulſus clamoribus aer.
Iãq; ſequẽs clarũ extulerat lux aurea phœbum
Tunc teucri auſoniq; omnes mixto agmine laeti:
Confedere in æquis: & greſſũ ad tecta mouebat
Tantorum furiiſq; operũ: atque laborib⁹ actum eſt.
Id rapidus turni: & ſtimulis incenſis iniquis
Laurenti atq; altis erectam mœnibuſ urbem
Ante omneſ piuſ æneaſ poſt ordine drancef.
Multa duci ſenior momoraſ dehinc unica plef
Aſcaniuſ multũq; animi maturuſ elethef
Et grauiuſ ilioneuſ mnſtheuſq; acerq; ſereſtuſ
Sergeſtuſ fortiſq; giaſ fortiſq; cloanthuſ
Poſt alii mixtimq; itali teucriq; ſequuntur.
Interea effuſi ſtabant per mœnia ciueſ.
Sublimiſq; alta ſtatuebant laude triumphoſ.
Troianã cupido expectanteſ pectore turbã.
Et iam aduentabant quoſ læta frontes latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua
At poſt q̃ medio uenientem ex agmine uidit.
Dardanium æneam haud uera illuſit imago
Nanq; omnes ſuper excellens atq; altior ibat.
Et late regalem oculis ſpargebat honorem
Syderis tunc q̃ primũ data copia fandi eſt
Et uoces capere atq; optatas iungere dextraſ
Incipit: & prior affatur placido ore latinus.
Veniſti tandem cupidum ne fixa fefellit.
Spes animum lux troianæ clariſſima gentis
Magnorum quem iuſſa deum tot caſibus actũ
Italia & noſtris uoluerunt ſiſtere tectis
Quanquã humana furẽs nimis auſa licẽtia ſanctãs.
Turbarit leges: & diuum excinerit iras.
Quin etiam inuictũ totiens meq; arma negantem
Tradiderit duri perferre pericula martis
Factũ etenim ſed nec paruo ſtat numina iuſtas.
Indignata animis: miſere ultritia penas:
Nunc age magne phrygũ ductor quãdo oĩs origo
Seditionis abeſt. & tanti criminis auctor
Connubius ſuccede: & promiſſionis hymenæis
Sunt mihi regna iacent ereptis oppida mutis
Sola autem feſſæ ſpes unica nata ſenectæ
Te generum: & natum tẽpus cõplector in omne
Quem contra bonus æneas rex maxime nullã.
In te horum cauſam armorum tantiq; tumultus.
Crediderim placidæ aſſueto ſub tempore pacis
Et ſi qua eſt pone hãc curam pater optime queſo.
Nunc adſum: & patrem: & ſocerũ lætus in omnis.
Accipio caſus magni mihi ſurgit imago
Anchiſæ: & rurſũ ardebo genitoris amore
Talibus orabant inter ſe & tecta ſubibant.
Regia cũ ſtudto effuſæ matreſq; nuruſq;
Longæuiq; patres ſtabant iuuenũq; cohortes.
Pulchra reuiſentes troianæ corpora gentis:
Ante omnes magnum æneam cupidoq; norabant:
Altũ animo genus: & præſtantẽ frontis honorem
Quæſitãq; alacres pacem optata quietis.
Munera laudabant: ceu qñ longus & ingens
Agricolas tenuit reſolutis nubibuſ hymber
Suſpenſoſ curuumq; diu requieuit aratrum
Tunc ſi claruſ equoſ ſpatioſo limine titan.
Laxet: & aurato cælum ſplendore ſerenet.
Lætitia exundant: & ſeſe hortantur agreſtiſ:
Non ſecuſ auſonii tam leto in tempore rerum.
Compoſuere animoſ: & tam rex alta latinuſ:
Atria regaleſq; habituſ intrarat & una
Optimuſ æneaſ ſequitur quem pulcher iuluſ.
Dehinc iiali mixtiq; phrigeſ: tũ ſplendida lato
Applauſu & maguo completur regia coetu.
Hec inter matrum innumerum uurumq; caterna.

Sydera deiecta oculos quam troius heros
Virtute & forma ingentem mirabile dictu
Vt uidit: primo aspectu stupefactus inhæsit
Et secũ turni casus miseratus acerbos
Q_ui haud pua spe ductus ouãs in prœlia tantos
Ciuisset motus: durisq; arsisset in armis.
Tum uero æterno iunguntur fœdera nexu
Connubii: & multa canũt cũ laude hymenæos
Dehĩc plausus fremitusq; altũ sup aera mittunt.
Et lætam uocem per regia recta uolutant
At fidum interea æneas affatur achaten.
Vadat: & andronachæ quõdã data munera uestes
Intextas auro ferat: & quod sæpe solebat.
Dum res troianæ stabant circundare collo
Auratum gẽmis circũseptumq; monile
Præterea magnum cratera in pignus amoris
Quem priamus patri anchisæ donauerat olim
Nec mora iussa sequẽs pulcherria portat achates.
Munera. tum socer iugentẽ cratera latinus
Donatum capit: ac coniunx lauinia uestes.
Atq; monile decens placido dehinc pectore sese.
Demulcent. uariisq; trahũt sermonibus horas:
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis.
Poscebant mox regali conuiuia luxu
Effundunt latosq; alta intra tecta paratus
Conuenere omnes strato discumbere in ostro
Delitiis iussi: & dapibus se inferre futuris.
Dat manibus crystallus aquas: mẽlisq; reponunt
Flauentem cererem. tum læta fronte ministri
Innumeri magno distinguũt ordine curras
Pars dapibus reficit mensas pars pocula miscet
Craterasq; replet. nunc hac nunc uoluit illac
Turba frequens uarios miscẽtque p aetria motus
At puerum pater immotis spectabat iulum
Luminibus: uultum admirans moresque latinus
Et grauiter pueri. ex ore cadentia uerba:
Maturumque animũ ante ãos: & multa rogabat
Permixtas referens uoces: dehinc oscula figens
Dulcia complexum manibus iunctumque fouebat.
Et nimium exultans fœlicem: & munere diuum
Donatum æneam pro tali prole ferebat.
Postquam epulis compressa fames: traducere longã
Incipiunt: fando: & labentem fallere noctem:
Nunc duros troiæ casus gentesque pelasgas:
Nunc fera laurentis memorantes prœlia pugnæ:
Quo primum diffusæ acies: quo tela uicissim
Pulsa loco: qui primus ouans inuaserit agmen
Fulmineumque ardens in equo madefecerit ensem.
Precipue tros æneas seniorque latinus.
Magnorum heroum latiique antiqua potentis
Gesta recensebant fugientemq; horrída nati
Arma. sui saturnum italis latuisse sub oris.
Hinc latiũ dixisse: genusque in montibus altis:
Composuisse uagum: legesque & iura dedisse
Et bacchi: & frugũ cultus dehinc tecta secutũ:
Esse paterna ionẽ. utque electra atlãtide cretus
Iasio idæas cæso phrygiæ esset ad urbes
Dardanus ex chorito multa cum gente, pfectus
Vtque insignẽ aquilã dono: & ioue patre supbus.
Hectoreæ gentis signum: Illustresque tulisset
Primus auum titulos troianæ stirpis origo
Talibus atque aliis inter se longa trahebant.
Tẽpora tum fremitus lætæque per atria uoces
At uolant strepitu ingenti tectũ oẽ repletur
Dant lucem flãmæ: & alto splẽdore coruscant
Consurgunt phryges cithara resonante sequ untur
Ausonii. & plausum ingeminant seque agmie toto.
Permiscent uariantque pedes raptũque feruntur.
Fa iã festa nouẽ largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies. tum maximus heros
Aeneas urbẽ curuo signabat aratro.
Fundabãtque domos: & amictas aggere fossas
Ecce aũt fatu haud paruũ diffundere flammã
Ingẽtẽ & fulgore leuẽ & se nubibus altis
Miscẽtẽ sũmo lauinia uertice uisa est
Obstupuit pater æneas: duplicesq; tetendit
Ad cælũ cũ uoce manus si inppiter unquã
Gens monitis troiana tuis: terraq; mariq;.
Paruit ĩperiisq; libens si numina uestras
Si merui coluiq; aras per si quid agendũ est
Q_uod restat placidã fœlici afferre quietẽ
Augurio: & firmare: malisq; ĩponite finem
Talia iacctantẽ circunstitit aurea mater.
Se uenerẽ cõfessa. almo & sic edidit ore
Gnate aĩo pone hãc curã: & meliora capese.
Signa deũ: gaudensq; bonis succede futuris
Nũc tibi parta quies: nũc meta extrema malorũ
Nũc tãdẽ optatã cõponũt sæcula pacẽ
Nec flammã ad cælos per latã e uertice caræ
Cõiugis horresce: at cõstãtẽ dirige mentẽ
Nãq; erit illa tuũ celebri quæ sanguine nomẽ.
Troianosq; auctura duces ad sydera mittat
Hæc tibi magnanimo sublimi prole nepotes
Conferet: egregiis totũ qui laudibus orbẽ.
Cõplebũt: totũq; sua uirtute potentes
Sub iuga uictoresq; trahent: quos gloria sũmo
Oceanũ trãsgressa ingẽs æquabit olympo.
Quos tandẽ inumera ardẽs post illustra retũ.
Gesta deos factura uehet super æthera uirtus
Hanc flãmã uentura tuæ præconia gentis:
Designant hoc oĩpotẽs e culmine signũ.
Sydereo dedit: at tantarũ in munere laudũ.
Quã statuis dicas a nomine cõiugis urbem.
Præterea sacros troia exardente penates.
Ereptos cõpone noua intra mœnia. & altos
Infer ad æternũ mansuros tempus honores.
Hi tibi mira ferã tãto urbis amore trahent.
Vt uecti ad sedes alias loca prima latini
Sponte sua repetent: iterũ: iterũq; reuersi
O fœlix quem tata manẽt: de hic pace tenebis.
Sub placida gentẽ iliacã: post fessus: & æuo
Confectus tandẽ elysias socer ibit ad umbras.
Succedes sceptro: atq; italis dominabere: leges.
Cõmunes teucrisq; ferens: tum lætus ad altum
Te mittes cælum. sic stat sententia diuum.
Dixit: & inde lenes fugiens se uexit ad auras
Aeneas tãto stupefactã nomine mentẽ.
Percussus: diuæ peragit mandata parenti
Et iã cõpositos fœlici in pace regebat.
Dardanidas: & iã decedens sceptra latinus.
Liquerat: & pius æneas successerat: omnem
Dusoniam: lataq; potens ditione tenebat
Iã paribus phryges: atq; itali se moribus ultro
Et socia ingenti firmabãt pectora amore
Concordiq; æquas miscebant fœdere leges
Tũ medio uenul exultans se imisit olympo
Ante ioue: & cõplexa pedes sic ore locuta est.
Oĩpotẽs genitor qui solus ab æthere sũmo:
Cũcta mouet qui res hominũ curasq; recẽset
Dum teucros thraheret fortuna inimica recordor

Spondebas finem erumnis: rebusq; salutem
Nec tua me promissa pater sententia fallit.
Nanq; omnes gaudere sacra tris pace per annos
Viderunt italæ nullo discrimine partes
Verum ad lyderei missurum culmina cæli
Pollicitus magnum æneam meritumq; ferebat
Illaturum astris. quid nũc sub pectore uersas.
Illamq; optat matura polos ænea uirtus
Olli hoium sator atq; deũ dedit oscula ab alto
Pectore uerba ferens qnantũ cytherea potẽtem
Aeneam æneadasq; omnes infessus amaui
Et terra: & pelago: & per tanta pericula uectos.
Nosti: & sepe equidẽ indolui comotus amore
Gnata tuo: tandemq; malis iunone secunda
Imposui finem nunc stat sententia menti
Qua ductorẽ alta phrygum succedere cælo
Instituit & firma est numeroq; inferre deorum.
Constat: & id concedo libens: tu si quid in ipso
Mortale est ad me: atq; astris ingentibus adde
Quin sin alios sua habet uirtus qui laude perẽni
Accingant sese gestis prestantibus orbem
Exhorrent: illos rursum super æthera mittan
Assensere omnes superi: nec regia iuno.
Abnuit: ad magnum æneam suadebat ad altum
Efferri cælum: & uoces addebat amicas.
Tum uenus aerias descendit lapsa per auras
Laurentumq; petit uicina numicus undis
Flumineis ubi currit in æquora harundine tectus
Tũc opus gnati abluere: & deferre sub umbras
Quicquid erat mortale iubet de hinc læta recentẽ
Foelicemq; animam secum super aera duxit
Immisitq; æneam astris quem iulia proles
Indigetem appellat: templisq; imponit honores:

Alcini uersus.

De numero uatum si quis se ponat homerum.
Proximus a primo: tum maro primus erit
Et si post primum maro ponatur homerum
Longe erit a primo quisquis secundus erit.

Cornelii galli uersus.

Temporibus lætis tristamur maximæ cæsar.
Hoc uno amisso quem gemo uirgilium.
Sed uetuit relegi: si tu patiere libellos.
Inquibus æneam condidit ore sacro
Roma rogat precibus eteni tibi supplicat orbis
Ne pereant flammis tot monumenta ducum
Atq; iterũ troiam: sed maior flamma cremabit.
Fac laudes italum. fac tua facta legi
Aeneamq; suum fac maior nuncius ornet.
Plus fatis possunt cæsaris ora dei.

P. V[illegible]M. hortulus.

Adeste musæ maximi proles iouis:
Laudem feracis prædicemus hortuli.
[illegible]s salubres præbet corpori cibos.
Varioq; cultus sæpe cultori refert.
Holus suaue: multiplex herbæ genus.
Vuas nitentes: atq; foetus arborum.
Non defit hortis & uoluptas maxima
Multisq; cõmixta modus iucunditas.
Atq; strepentis uitreus ambit liquor
Sulcoq; ductus irrigat riuus fata.
Flores nitescunt discolore gramine
Pingunt terras gẽmeis honoribus
Apes susurro murmurant gratæ leni
Cũ sũma florum uel nouos rores legunt
Foecunda uitis coniuges ulmos grauat.
Textas ue inumbrat pampinus harũdines.
Opaca prebent arbores umbracula
Prohibentq; densis feruidum solem comis
Aues canoros garulæ fundunt sonos.
Et semper aures cantibus mulcent suis
Oblectat hortus auocat pascit: tenet.
Animoq; mœsto demit langores gra ues
Membris uigorem reddit: & uisus capit:
Refert labori pleniorem gratiam.
Tribuit ut colenti multiforme gaudium

De uino & uenere.

Nec ueneris. nec tu uini capiaris amore
Vno nanq; modo uina: uenusque nocent.
Vt uenus eneruat uires sic copia uini
Et tentant gressus: debilitantque pedes.
Multos cecus amor cogit secrata fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas
Bellũ sæpe petit ferus exitiale cupido
Sepæ manus itidem bacchus ad arma uocat
Perdidit horrendo troiam uenus iproba bello
Et lapithas bello perdis iacce graui.
Denique cũ mentes hominũ furiarit uterque
Et pudor: & probitas: & mœtus omnia abest
Compedibus uenerem uinclis constringe lvæũ
Nete muneribus lædat uterque suis.
Vina sitim sedant: natis uenus alma creandis.
Serua fines horum: transiluisset nocet.

De liuore.

Liuor tabificum malis uenenum.
Intactis uorat ossibus medulas.
Et totum bibit arbutus cruorem.
Quod quisque furit inuidetque forti.
Vt dedet sibi pœnas sempque ipse est.
Testatur in gemitu graues dolores:
Suspirat gemit incutitque dentes.
Sudat frigidus intuens quod odit.
Effundit mala lingua uirus atrum.
Pallor terribilis genas colorat.
Infelix macies rfnundat ossa.
Non lux non cibus est suauis illi.
Nec potus iuuat aut sapor lyei.
Nec si pocula iuppiter propinet.
Atq; hæc porrigat: & ministret hebe:
Aut tradat ganymedes ipse nectar.
Non sõnum capit. aut quiescit unquam:
Torquet uiscera carnifex cruentus.
Vesanos tacitos mouet furores.
Intentans animo faces ernnys.
Et talis titis quo uultur intus
Qui semper lacerat comesti mentẽ
Viuit pectore sub dolente uulnus.
Quod chironia nec manus leuaret.
Nec phœbus soboles ue clara phœbi.

De cantu sirenarum.

Sirenas uarios cantus acheloia proles.
Et solis: & miseros ore ciere modos
Illarum uoces illarũ musa mouebat:
Oĩa quæ thimele carmina dulcis
Quod tuba. quod lytui. qđ cornua rauca fuerunt.
Quodque foraminibus tibia mille sonat
Quodque leues calami suauis cantat & ædo
Quod lyra qđ citharæ. quod moribundus olor.
Illector nautas dulci modulamine uocis.
Mergebat auide fluctibus ionus.
Sanguine sisiphio generatus uectus ulyxes.

Et totos solida præstitit arte suos.
In læui cæra sociorum calida circes
Atq; suas uictis præbuit ipsa manus
Transiluit scopulos & inhospita littora classis
Illi præcipites dissiluere freto
Sic blandas uocis notas. ac carmina uicit
Sic tamen exitio monstra canore dedit.

Eiusdem.

Clarus inoffenso redibat lumine titan.
Lecti ficusq; dies erat omnibus æthere puro
Vosq; simul iuuenes animis: & uoce fauentes.
Concelebrate diem notis fœlicibus almum.
Prosper ut is semper redeat uaticq; quot annis.
Asmenide referam alacres sua mantua uati.

De fortuna.

Fortuna potens: tantum.
Iuris atrox que uendicas:
Euertis que bonos: eligis improbos
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit
Iustos illa uiros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitiis beat.
Hæc aufert iuuenes: & retinet senes.
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis admittit transfert ad impios
Nec discrimen habet: rectaq; iudicat.
Inconstans fragilis perfida lubrica
Nec quos clarificat perpetuo fouet.
Nec quos deserit perpetuo premit.

De orpheo.

Threcius quondam uates
Fide creditur canora.
Mouisse sensus trium fratrum.
Atq; omnes tenuisse uagos.
Et surda cantu concitasse saxa
Suaui sono testudinis.
Arbores secute umbram ferunt præbuisse uati
Sed placidis hominum dictis.
Fera corda mitigauit.
Doctaq; ui tam uoce temperauit.
Iustitiam docuit. coetu quoq; congregauit uno
Moresq; agrestes expoliauit orpheus.

De seipso.

Mellifluum qnisquis romanũ nescit homerm
Melegat: & lecto credat utrunq; sibi
Illius immensos miratur græcia campos.
At minor est nobis: sed bene cultus ager.
Non milies pastor curuus non defit arator.
Hæc grais constant singula, trina mihi

De ætatibus animalium

Per binos decies q; nouem superexit in annos:
usta sene centum quod & implet uita uirorũ.
Hos nouies superat uiuendo garula cornix.
Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus
Alipedum ceruum ter uicit coruus & illum.
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales
Quam nos perpetuo decies peruertimur æuo.
Nymphæ hymadryades: quarũ longissima uita est.
Hæc cohibet fines uiuacia fata animantum.
Cætera secreta nouit deus arbiter æui

De ludo.

Spernat ludum uersat mentes uesana libido
Fraude carete graues ignari credite doctis:
Luxuri nummos. animos quoq; ponere debent
Irasci nemini uictos placet optime frater
Ludite secure quibus est æs semper in archa
Siquis habet nummos uenienti exibit inanis
Lusori cupido semper grauis existus instat:
Sancta probis pax est irasci desine uictus
Nullus ubiq; potest fœlici ludere dextra
Initio furus ego sum tribus addita quarta
Plecte truces animos: ut uere ludere possis
Ponite mature bellũ precor iraq; cessset

Monostica de erumnis Herculis

Prima clionei tolerata erumna leonis
Proxima lemæã ferro. & face contulit hydram
Mox hervmãtheum uis tertia perculit aprũ
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quto.
Threiciã sexto spoliauit amazona balitheo
Septima in argeis stabulis imaensa laboris.
Octauo expulso numeratur adorea tauro
Indiomedis uictoria noua quadrigis
Gerione extincto decimã dat hyberia palmam
Vndecimum mala hesperidum distracta triunphũ
Cerberus extremi suprema est meta laboris

Argumenta duodecim librorum æneidos

Aeolus immittit uentos iunone precante
Troianosq; uagos libicas expellit in oras
Solaturq; uenerem dictis pater ipse dolentem
Aeneam recepit pulchra carthagine dido
Cui uenus ascanii sub imagine mittit amorem

Secundi.

Cogitur æneas bellorum expone causas
Graiorumq; dolos: & equum: fraudemq; sinonis
Excisamq; urbem: priamiq; miserrima fata
Vtq; patrem impositum forti ceruice pigues.
Extulerit. claramq; amiserit ipse creusam

Tertii.

Post casum troiæ frabricata classes superstes.
Vela dat æneas: urbemq; i littore thraces.
Mox aliam pulsus creteis condidit oris:
Cedit & hinc: helenũq; uidet preceptaq; sumit
Aetnæum cyclopa fuit sepelitq; parentem

Quarti.

Ardet amore graui dido soror anna suadet
Nubere: iunguntur nimbo cogente sub antro
Incusat precibus patrem contemptus hiarbas
Nauigat æneas iussu iouis. illa dolore
Impatiens: & amore necẽ sibi protinus infert

Quinti.

In siculas iterum terras fo[illegible]na reducit
Aeneam: tumuloq; patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere troadas iris
Troes ibi linquunt socios uenus anxia placat.
Neptunũ: somnus palynurum mergit in[illegible]

Sexti.

Sacratam phœbo cumarum fertur in urbem
Rex phrygius uatisq; petitit responsa lvbillæ.
Misenum sepelit. post hæc adit infera regna
Congressusq; patri discit genus omne suorum
Quoq; modo casus ualeat superare futuros.

Septimi.

Tandem deueniunt laurentia troes in arua
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.

Nocte ſatam iuno furiam uocat. illa latinos
Inter: & æneidas bellū ſerit. & ciet arma.
Protinus auxiliis terra inſtruit itala turmas

Octaui.

Vidit ut æneas ſumma ui bella parari:
Arcadas euandrūq; ſenem ſibi fœdere iungit.
Dardanioq; duci ſociatur hetruria tota
Arma perit genitrix: dat mulciber: in clipeoq;
Res pingit latias: & fortia facta nepotum

Noni.

Ad turnum propere iunoni mittitur iris
Inſectatq; animos: aciem mouet ille: phrygasq;
Obſidet inde igni euerſa ē æneia claſſis:
Eurialus: niſuſq; ruunt. nece prælia noctis
Vī turnus potitur caſtris: impellitur inde

Decimi.

Placat & uxorem dictis & iurgia natæ
Iuppiter auxilius inſtructus troius heros
Aduenit: occurrūt populi: atq; in littore pugnant.
Occidit a uturno palas: uictorq; ſuperbus
Aenea eripitur: mezentius interit acer.

Vndecimi

Occiſis proprium pars utraq; reddit honorem
Supplicibus calidone ſatuſ negat arma latinis.
Cum turno alterno iurgat certamine drances.
Aeneas equitem premittit: & obuia uirgo.
Excipit: extincta rutuli dant terga camilla.

Duodecimi

Troianis rutuliſque placet coniungere fœdus:
Id rutuli rumpunt: nato uenus alma medetur.
Dictamo: rutulique ruunt periuria uicti
Cogitur æneæ dauni concurrere proles
Palantea necem miſero dant cingula turno.

P.V.M. de muſarum inuentis

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit
Melpomene tragico pclamat mœſta boatu
Comica laſiuo gaudet ſermone thalia.
Dulciloquis calamos euterpe flatibus urget.
Terpſicore affcūs ciaharis mouet. imperat auget.
Plectra gerens eratho ſaltat pede. carmine uultu.
Carmina calliope libris heroica mandat.
Vrania poli motus ſcrutatur: & aſtra.
Signat cuncta manu. loquiturque polymnia geſtu.
Mētis appolineæ uis has mouet undique muſas
In medio reſidens cōplectitur omnia phœbus.
Clio hiſtorias inuenit: melpomene tragœdias.
Talia comœdías euterpe tibias. terpſicore
Pſalteriū. eratho geometriam. calliope litteras
Vrania aſtrologiā. polimnia rethoricā.

Epitaphia virorum illuſtrium

Palladius.

Conditus hic ego ſum: cuius modo ruſtica muſa
Per ſiluas: per rus uenit ad arma uirum

Aſclepiades

Titiron ac ſegetes cecini maro: & arma uirūque
Mantua me genuit: parthenope ſepelit.

Euſebius

Vergilius iacet hic qui paſcua uerſibus edit.
Et ruris cultus: & phrigies arma uiri.

Pompelianus.

Qui pecudes qui rura canit: qui prœlia uates.
In calabris moriens hac requieſcit humo.

Maximinianus.

Carminibus pecudeſ: & rus: & bella canendo.
Nomen inextinctū uergiliuſ meruit.

Vitalis.

Mātua mi patria ē nomē maro: carmina ſiluæ
Ruraque cum bellis: parthenope tumuluſ.

Baſilius.

Qui ſiluaſ: & agroſ: qui prælia uerſibus ornat
Mole ſub hac ſituſ eſt ecce poeta maro

Aſmoniaduſ.

Paſtoreſ. uateſ ego ſum: cui rura: duceſque.
Carmina ſunt: hic me preſſit acerba quieſ.

Vouianuſ.

Aſiluis ad agroſ: ab agriſ ad prælia uenit
Muſa maroniſ adeſt nobilis ingenio

Eugeniuſ.

Bucolica expreſſi: & ruriſ præcepta colendi
Mox cecini pugnaſ: mortuuſ hic habito.

Iulianuſ.

Hic data uergilio requieſ: qui carmine dulci.
Et pana: & ſegeteſ: & fera bella canit

Hilaſiuſ.

Paſtoreſ cecini: docui qui cultuſ in agri.
Prælia deſcripſi: contegor hoc tumulo

Aliud.

Subduxit morti uiuax pictura maronem
Et quem parca tulit reddit imago uirum

Aliud.

Luciſ damna nihil tanto nocuere poetæ.
Quem præſentat honoſ carminiſ: & plutei.

Vergiliuſ.

Mantua me genuit. calabri raupuere: tenet nunc
Partheone. cecini paſcua: rura: duceſ.
Triſtia fata tui dum fleſ in daphnide flacci
Docte maro fratrem diis imortalibus æquas
Paſtor arator eques: paui colui ſuperaui.
Capras rus hoſtes fronde ligoue mann.
Iuppiter in cælis: cæſar regit omnia terris
Tarpeio quondam conſedit culmine cornix
Eſt bene non potuit dicere dixit erit
Littera rem geſtam loquitur: res ipſa medullā.
Verbi quam uiuax mens uidet. intus habet
Sus iuuenis ſerpens caſu uenere ſub imo
Sus iacet extinctus ſerpens pede. ille ueneno
Anguis: aper iuuenis pereūt in uulnere morſu
Hic fremit: ille gemit: ſibilat hic moriens
Sus: ſerpens iuuenis pariter periere uiciſſim.
Dēte perit iuuenis: ſerpens pede. porcus ab ictu

P.V. Maronis de ſpeculo.

Edditur effigies: liquidaque tuentis in unda
Qualis in aduerſo ſpeculoꝝ cernitur orbe.
Formā purā refert oculiſ ſpectantibuſ unda
Quales obiecti ſpeculi ſulgore uidentur
Fōtiſ aquæ redeūt ſimulacra imitantia uerum
Qualia leue refert ſpeculi cū cernimuſ æquor.
Exprimit oppoſitaſ in mollibuſ unda figuraſ.
Leuati qualeſ ſpeculi uictor ipſe remittit.
Apparet mendax in limi fonte figura
Qualem reiectat ſpeculi nitidiſſimus orbiſ
Vnda quieta refert alto de gurgite formaſ
Ac ueluti ſpeculū nitido ſplendore coruſcanſ
Spectantiſ faciē mundiſſimuſ aſſimulat fonſ
Sicut in oppoſito ſpeculi ſolet æquore cerni
Forma repercuſſuſ liquidarum fingit aquarum
Qualiſ purifico ſpeculorū ex orbe reducit
Fontibuſ in liquidiſ: ſimplex generatur imago

Vt solet a speculo facies respendente referri
Et figies liquido respondet ab æquore fontis
Qualis & a speculo simulatrix unda resultat.
Effringit species puriſſimus odor aquarum
Palma uelut speculi uiuas imitantia formas
Fonte repulsatur depicta tuentis imago.
Ceu leui in speculo solet apparere figura

Mira Virgilii uersus experientia.

Qua ratis egit iter iuncto boue plaustra trahuntur
Postq̃ tristis hyems frigora iunxit aquas
Sustinet unda rotã patulæ modo peruia puppi
Vt concreta gelu marmoris instar habet
Quas mõ plaustra pmit undas: ratis ante secabat
Postq̃ brumali diriguere gelu
Vnda rotã patitur. celerẽ nunc passa carinam
In glaciem solidam uersus ut amnis abit
Quæ solita est ferre nnda rates: fit puia plaustris:
Vr stetit in glaciem marmore uersa nono
Semita fit plaustro: qua pupis aduecta cucurrit.
Postquã frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita signat iter: modo qua cuius alueus exit
Stringit aquas tenues ut glacialis hyems
Omnis iter plaustro dat qui dedit ante carinæ.
Diruit ut uentis unda fit apta rotis.
Plaustra boues ducunt. qua remis acta carina est
Postquã diriguit crassus inane liquor.
Vnda capax cq; ratũ: plaustris iter algida prebet
Frigoribus sæuis ut stetit amnis iners
Plaustra uiam carpunt qua puppes ire solebant
Cum frigidus boreas obstupefecit aquas

Mira Virgilii experientia

Tha umantis proles uariãti ueste figuras
Multicolor picto per nubila deuolat arcu.
Iris & insigni decorat curuamine cœlum
Cũ sol ardentes radios in nubila fecit.
Cũ colorifico nymbos fulgore repleuit
Apparet uarii radiis distincta coloris
Clara sub æthereis fulget thaumantia proles
Nubibus: ut radiis pluuiũ sol attigit hymbrem
Et picturato cœlum uelamine cingit
Discolor æthereis apparet nubibus iris
Postquã flamiferi rapuerunt lumina solis
Et cœlũ uariis miranda coloribus ornat
Vmbriferas nubes radiis ubi contigerit sol
Luce sub aduersa uarios iacit unda colores
Dicitur hæc iris picto spectantibus arcu
Dum nubes radiis fulgentibus tetigit atris
Phœbus & aduerso lumine respleduit hymbri.
Tunc iacit insignes per nubila densa colores.
Mirifico nubes ambit thaumante creata.
Quas cũ ex aduerso tetigit rota fulgida solis
Tunc iris uario circundat nubila cinctu:
Nuncia iunonis uario decorata colore
Aethera nubificnm cõplectitur orbe decoro
Cum phœbus radios in nubem iecit aquosam
Nubila cũ phœbus perfudit lumĩe claro
Tũc fit ut humor aquæ suffulgebat. atq; color
Sub uaria specie iaciat mirabilis archus
Tum radiis hymbres: & aquarũ pendulus humor.
Fraugitur: existit quã græcia nominat iris
Multorũ insignis uario splendore colorũ
Iris habet uarios subiecta luce colores

Quã sol hymbriferũ fulgẽs de luce creauit.
Cũ pepulit radiis obstantia nubila claris
Luce repentina tum sol impleuit aquosus
Aduersas nubes: effulget protinus iris
Picta ueste decẽs: & multicoloribus alis

De quattuor temporibus anni

Verq; nouum stabat cinctum florente corona
Stabat nuda æstas: & spicea serta gerebat.
Stabat & autũnus calcatis sordibus uuis
Et glacialis hyems canos hyrsuta capillos
Vere sinum tellus aperit floresq; ministrat
Tẽpore solis ager messis sert' pinguis opimas
Fœcundos autũne lacus de uitibus implex
Vix hyems glacie currentis alligat undas
Frigoribus pulsis nitidum uer æthera mulcet.
Scindit agros æstus phœbeis ignibus ardens
Autumno dat hyems mixtum uicina teporẽ
Albentes hæc durat aquas: & flumina nectit
Ver pingit uario geminantia prata colore
Ignea uestit agros culmus cærealibus æstas
Vitibus antũnus turgentes detrahit uuas
Ast frigore hiberno grauidus niue nubilus æther
Vere uenus gaudet florentibus aurea sertis
Flaua ceres æstatis habet sua tempora regna
Vinifero autũnus summa ẽ tibi bacche potestas
Imperium sæuis hyberno tempore uentis
Vere grauis fundit tellus cũ floribus herbas
Frugiferas aruis fert æstus torrida messes
Pomifer autũnus tenero dat palmite fructum.
Mox hiems hibernus albescit operta pruinis
Vere nouo lætis decorantur floribus arua
Et riget æstiuis hirsutus campus aristis
Labra per autũnũ musto spumantia feruent
Et ponunt frondes hiemali frigore siluæ
Ver placidũ uario nectit de flore coronas
Spicea serta gerit calidissima solibus æstas.
Tẽporaque autũno cingunt tua bacche racemis
Tristis hiems montes niueo uelamine uestit
Ver agrum nitidum gẽmis stellantibus ornat.
Et feruens æstas pinguissima frugibus arua.
Mox autũnali redolet uindemia fœtu
Fronde nemus male nudat hiems. anneq; rigescunt
Purpureos flores humus effert uere comanti
Et cereris donis horrescunt arua per æstum
Bacche tuo tempus fluit autũnoque liquores.
Obtegitur tellus per frigora uestе niuali.
Vere tepet picto zephiris spirantibus aer
Decrescunt celeres æstiuis ignibus amnes
Temperies autũne fluit tua nectare dulci.
Perq; hiemẽ lentus cœlo [illegible]s aduolat himber
Veris honos tepidi floret: uirent omnia ridẽt
Arua sub æstiuis undat torrentia labris
Vite coronatas autũnus degrauat ulmos
Deeutit ipse rigor siluis hiemalis honore[illegible]
Flore solum uario depingit odoriferum uer.
Faleiferamq; deam messes remorantur in æstu
Dat musto grauidas autũnus pomifer uuas.
Scithonia gratialis hiems niue cana senescit

P.V.M. De ortu solis

Vrora oceanum croceo uelamine fulgens.
Liquerat: & bisugis uecta rubebat equis
Luce polum nitida perfundit candidus orbis:

Et clarum emicuit sol oriente iubar.
Rosida puniceo palantias exit amictu
Astrigerum infuscans luce oriente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis tethos ortus aquis
Extulit oceano caput aureus igniferum sol.
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere deæ tenebræ rebusq; colores:
Lux iterum cunctis reddidit alma suis
Thitoni coniunx roseo sub lumine iubar
Inficit. & cælum lutea sydereum
Cum sol igniferis currus e gurgite magno
Sustulit. & claris astra fugauit equis
Nox abit astifero uelamine cincta micanti.
Et redigit stellas. exoriturq; dies
Emicat oceano phœbi tota clara relicto
Illustrata nitent lumine cuncta suo.
Aurea fulgebat roseis aurora capillis
Et matutino rore madebat humus.
Tethos unda uago cum prosilit æquore titan
Flammiferos uultus ore micante ferēs.
Exoritur phœbus perfundens luce nitenti
Et maria: & terras stelliferumq; polum
Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis
Et mox sydereas occulit atra faces
Sol oriens cursusq; suos e gurgite tollens
Oceano: claro reddidit orbem diem
Flammiferumq; iubar. terræq; poloq; reduxit
Et pepulit radiis astra repente suis.
Mennonis ut genetrix infecerat humida cœlum.
Et roseis manibus sydera dispulerat
Phœbus athlanteis e fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum: luxq; dieiq; redit
Prœuia flammiferi cursus aurora rubebat
Extuleratq; alto gurgite phœbus equos
Noctiuagosq; simul radiis nagantibus ignes
Depulerat cœlo: redditeratq; dies
Vix Aurora suo rubefecerat æthera curru
Summaq; canebat roribus herba nouis
Prosilit e medius cadens rota tethios undis
Et uaga cesserunt sydera solis equis
Surgit ab oceano tithonis fulgida coniunx.
Et ueste ab rosea subriuit ipsa pedes
Tum phœbus radiis nitidum fulgentibus orbem
Depellit e tenebris noxq; peracta fuit.

P.V.M. De herculis laboribus.

Ompressit nemeæ primum uirtute leonem.
Extincta est anguis que pullulat hydra secūdo
Tertius euictus sus est erymanthius ingens.
Couibus auratis cer[illegible]m necat ordine quarto
Deiecit horrisono quinto stymphalidas arcu.
Abstulit hyppoliti sexto sua uīcula uitæ
[illegible]us angei stabulum labor egerit undis
Octauo domuit magno luctamine taurum
Tūc diomedis equos nono cū rege perempto.
Gervonem decimo triprici cum corpore uicit.
Vndecimo abstractus uidit noua cerberus astra
Postremo hesperidū uictor. tulit aurea mala

P.V.M. De littera. y.

Ittera pythagoræ discrimine secta bicorni
Humanæ uitæ speciem preferre uidetur:
Nā uia uirtutis dextrū petit ardua callem
Difficilemq; aditum primū spectātibus offert.
Sed requiē præbet fessis in uertice sūmo
Molle ostentat iter uia lata: sed ultima metā
Præcipitat captos. uoluitq; per ardua saxa
Quisquis enim duros casus uirtutis amore
Vicerit: ille sibi laudēq; decusq; parabit.
Atqui desidiam. luxūq; sequetur inertem
Dum fugit oppositos incauta mente labores
Turpis inops simul miserabile transigit æuum

P.V. Maronis de signis celestibus.

Rimus adest aries: taurusq; insignibus auro.
Cornibus: & frēs: & cancer aquatile signum
Tū leo terribilis ueniens. atq; innuba uirgo.
Libra subit. caudaq; aīal quod dirigit ictum
Armatusq; arcu chiron. & corniger hircus.
Fusor atq; simul: & fulgentis piscis in auro
Creditor est helles: & proditor cicropeus.
Et gemini iuuenes: & pressus ab hercule caneer
Horrendusq; leo sequitur cum uirgine sancta.
Libraq; lance pari. & uiolentius acuminæ caude.
Inde sagittiferi facies seuis. & capricornus
Et qui potat aquā puer urniger: & duo pisces.
Signorum princeps aries: & taurus: & una.
Tyndaridæ iuuenes: & feruida brachia cāncri
Herculeusq; leo: nemeæ pauor almaq; uirgo:
Libra iugo æquali pendens. & scorpius acer
Centaurusq; senex chiron & cornua capri
Et iuuenis gestator aquæ piscesq; supremi
Corniger astrorū ductor. taurusq; secundus
Tum sidus geminum: & cancri gementis imago
Trūxq; leo: & uirgo quæ spicea munera gestat
Et libram quā cæsar habet chelasq; minaces
Atq; arcu pollens. & falsi gurgitus hircus
Vrnaq; nymbiferi: piscisq; nonissima forma
Dux aries: & frons tauri metuenda minacis
Et læde soboles: & cancri torridus ignis
Terribilisq; leo: speciesq; uirginis almæ
Momētumq; sequens cauda timendus adunca
Hinc tendens arcum. Inquidi cap æquoris inde
Troianusq; puer geminiq; sub æthere pisces
Rubigenas iunenes uictor. tauriq; trucis frons
Et proles duplex ioui: & nepa torrida flammis.
Aestifer inde leo mixta cum uirgine fulgens
Quam sequitur libra. & uiolenta cuspide sæuus
Semifer ardupotens sunit & capricornus aquosus
Et cui nomen aquæ faciunt: piscesq; gemilli
Corniger in primis aries: & corniger alter.
Taurus: item gemini: sequitur quos cācer adustus.
Terribilisq; feræ species: & iusta puella
Libra simul. nigrum ferens acumine uirus
Centaurusq; biformis adest pelagiq; puella
Et q; amnē fundens: & pisces sydus aquosum
Corniger ductor gregis. europæ quoq; uictor
Et duo tyrannidæ tum cancer sole perustus
Herculeaque manu pressus leo. & optima uirgo
Hinc erutinæ species: uenit armatusque ueneno
Scorpius: atque sagittifer: æquoreiq; capifrons
Quique urnā gerit: & pisces duo signa sub uno
Principium signis ouium sator. inde iuuencus
Progenies duplex: & aquarum cancer alumnus.
Pressa sub herculeis manibus fera: iustaque uirgo
Libra subestcaudaque ferens letale uenenum
Tum geminus chiron: & corniger æquoris alti.
Dilectusque ioui puer. & duo sydera pisces.

Dux gregis & placidum pandens sub æthera taurus
Germanicq patres & cancto iam comes æstus:
Atq leo primus labor herculis: & pia uirgo.
Libra coges sequitur minitas & scorpius ictu
Et qui tela gerit centaurus: & æquoris hircus
Deucalionis âquæ: & piscis extrema figura.
Velleris aurati fulget pecus aurea cælo
Lætus: & amphion: cancriq figura calentis.
Insequitur leo sæuus: & almæ uirginis astrum.
Hinc æquale iugum caudaq uenenifer unca.
Centauruſque minax arcu. & neptūnia proles:
Quiq refudit aquas: & piscis ultimus ordo.

Versus Ouidii.

Qualis bucolicis: quantus tullere domanda
Vitimus: arboribusque: apibus: pecorique: satisq
Aeneadum fuerit uates: tetrasticha dicent
Contineat quæ quisq liber: lege carmina nostra.
Summa uirgilianæ narrationis in tribus operibus:
bucolicis: georgicis: & æneide.
Pastorum musam uario certamine promit.
Ruris item dociles culturam carmine monstrat:
Arboribus uitem: prolē quoq iungit oliuæ.
Pastorūq palen: & curam tradit equorum.
Tunc apium seriem mellis: & dona recenset.
Aeneas profugus intra carthaginis oras
Conuiuio series naratur troia belli.
Tertius complet narrantis ordine gesta.
Ardet amans dido fatom sortita supremum.
Quintus habet tumuli uaria spectacula patris.
Infernosq ditis manes: & regna pererrat.
Aeneas latium italas simul intrat in oras.
Intonat hic bellum tecti de culmine turnus.
Euryalum: & nisum deflet cū matre iuuentus.
Palanti exitium: & turni deluditur orsus.
Euander urbsq simul multorum funera deflet
Mezenti interitus canitur: post funera lausi.
Vltaque dehinc fertur telo mactata camilla.
Turni uita fugit infernas mœsta sub umbras.

P.V.M. Ad priapum.

Arminis incompti lusus lecture ꝓcaces
Conueniens latio pone supercilium.
Non soror hic hitat phœbi: nonue sta sacello
Nec quæ patrio uertice data dea est.
Sed ruber hortorum custos membrosior æquo:
Qui tectum nullus uestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ:
Aut quibus hæc oculis aspicis: ista lege.

Ad priapum.

Ludens hæc ego teste te priape
Horto carmina digna non libello
Scripsi non nimium laborioſe.
Nec musas: tamen ut solent poete:
Ad non uirginem locum uocaui.
Nam sensus mihi: eorque defuisset
Castas pieridum chorum sorores
Auso dicere mentulam ad priapi.
Ergo quicquid id est quod ociosus
Templi parietibus tui notaui:
In partem accipias bonam rogamus.

Priapus

Obscure poteram tibi dicere da mihi: quod tu
Des licet assidue: nil tamen inde perit.
Da mihi quod cupies dare forsitan olim:
Dum tenet obsessas inuida baurba genas:
Quodque ioui dederat: quod raptus ab alite sacra
Miscet amatori pocula grata suo.
Quod uirgo prima cupido dat nocte marito
Dum timet alterius uulnus inepta loci.
Simplicius multo est da pædicare latino
Dicere. quid faciam crassa minerua mea est.

Ad lalagen.

Obscenas rigido deo tabellas
Ducens ex elephantidos libellis
Dat domum lalage: rogatq tentes:
Si pictas opus edat ad figuras.

Priapus.

Quam puero legem fertur dixisse priapus:
Versibus hic infra scripta duobus erit.
Quid meus hortus habet sumas impune licebit:
Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

Priapus.

Quod sim ligneus ut uides priapus:
Et falx lignea: ligneusque pennis:
Prendam te tamen: & tenebo prensam:
Totanque hanc sine fraude quantacunque est.
Tomento cytharaq tensiorem
Ad costam tibi septimam recondam:

Priapus.

Cum loquor una mihi peccatur littera. nam te
Pædico semper: blæsaque lingua mea est.

Ad matronas.

Matronæ procul hinc abite castæ
Turpe est uos legere impudica uerba.
Non assis faciunt: euntque recta.
Ni mirum sapiunt. uidenque magnam
Matronæ quoque mentulam libenter.

Priapus.

Cur obscena mihi pars sit sine ueste requiris.
Quæro tegat nullus cur sibi signa deus.
Fulmen habet mundi dominus: tenet illud aperte.
Nec datur æquoreo fuscina tecta deo.
Nec mauors illum per quem ualet. occulit ensem.
Nec latet in tepido palladis hasta sinu.
Non pudet auratas phœbum portare sagittas.
Clam ue solet pharetram ferre diana suam.
Num tegit alcides nodosæ robora clauæ.
Sub tunica uirgam num deus ales gaaet
Quis bacchum gracili uestem prætendere thyrso.
Quis te celata cum face uidit amor.
Nec mihi sit crimen: q mentula semp aperta, est.
Hoc mihi sit telum desit: inermis ero.

Ad puellam.

Insulsissima quid puella rides.
Non me praxiteles: scopas[illegible] fecit.
Non sum phidiaca manu politus:
Sed lignum rude uillicus dolauit:
Et dixit mihi tu priapus esto.
Spectas me tamen: & subinde rides.
Ni mirum tibi falsa res uidetur
Astans inguinibus columna nostris.

Priapus.

Ne prensare caue: prensus nec fuste nocebo:
Sæua ne incurua uulnera falce dabo.
Traiectus conto sic extendere pedali:
Vt culum rugas non habuisse putes:

Priapus.

Quædam senior hectoris parente
Cumææ soror: ut puto: sibyllæ:
Aequalis illi: quam domum reuertens

Theseus repperit in rogo iacentem.
Infirmo solet huc gradu uenire:
Rugosasque manus ad astra tollens:
Ne desit sibi mentula rogare.
Hesterna quoque luce dum precatur:
Dentem de tribus hic screauit unum.
Tolle inquam procul: ac tube latere
Scissa sub tunica: stollaque ruffa:
Vt semper solet: & timere lucem:
Qui tanto patet indecens hiatu
Barbato macer eminente naso:
Vt credas epicureos citari.

Priapus.

Præcidere puer moneo: futuere puella.
Barbatum furem tertia pœna manet.

Priapus.

Huc huc quisquis es. in dei salacis
Diuerti grauc ne puta sacellum:
Et si nocte fuit puella tecum:
Hac re quod metus adire: non est:
Istuc cælitibus datur seueris.
Nos nappæ sumus: & pusilla culti
Ruris numina. nos pudore pulso
Stamus sub ioue coleis apertis
Ergo cuilibet huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus fauilla.
Commisso mihi non satis modestas
Quicunque attulerit manus agello:
Is me sentiet non esse spadonem.
Hic inter frutices loco remoto
Dicat forsitan hæc sibi ipse: nemo
Præcisum sciet esse me: sed errat.
Magnis testibus ista res agetur.

Ad priapum.

Qualibet hippomanes rapuit schœnida pomis
Qualibet hippomanis nobilis hortus erat.
Qualia credibile est spatiantem rure paterno
Nausicaam pleno sæpe tulisse sinu:
Quale fuit malum: quod littera pinxit achouti:
Quale lecta cupido pacta puella uiro est:
Talia cunque puer dominus florentis agelli
Imposuit mensæ nude priape tuæ

Priapus.

Quid mecum tibi cirtior molestę:
Ad me quid prohibes uenire furem:
Accedat sine: laxior redibit.

Priapus.

Commoditas hæc est in nostro maxima penne:
Laxa q esse mihi fœmina nulla potest.

Ad priapum.

Hic quando thelethusa circulatrix:
Quæ clunem tunica tegente nulla
[redacted] aptius: altiusque mouet:
[redacted] bi fluctante lumbo:
Sic ut non modo te priape posset:
Priuignum quoque sed mouere phedræ.

Priapus.

Flumina sub ioue sunt: neptunni fuscina telum.
Ense potens mars est: hasta minerua tua est.
Sutilibus liber committit prœlia thrysis.
Fertur apollinea missa sagitta manu.
Herculis armata est inuicta dextera claua.
At me teribilem mentula tenta facit.

Ad priapum.

Copia me perdit tu suffragare rogatus:
Indicio nec me perde priape tuo.
Hæc quæcunq; tibi posui uernacula poma:
De sacra nulli dixeris esse uia.

Priapus.

Fœmina si furtum faciet mihi: uirque: puerque:
Hæc cunnum: caput hic: prebeat ille nates.

Priapus.

Quicunque hic uiolam: rosam ue carpet:
Furtiuum ue holus: aut inempta poma:
Defecti puerque fœminæque:
Hac tentigine: quam uidetis in me
Rumpatur precor usque: mentulaque
Ne quicquam sibi pulset umbilicum.

Priapus.

Hic me custodem fœcundi uillicus horti
Mandati curam iussit habere loci.
Fur habeas pœnam: licet indignere: feramque
Propter holus dicas. hanc ego propter holus.

Priapus.

Hoc sceptrum quod in arbore est recisum:
Nulla iam poterit uirere fronde.
Scæptrum quod pathicæ petunt puellæ.
Quod quidam cupiunt tenere reges:
Cui dant oscula nobiles cinædi:
Intra uiscera furis ibit usque
Ad pubem capulumque coleorum:
Porro nam quis erit modus quiritæs:
Aut præcidite seminale membrum:
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ sine fine prurientes:
Vernis passeribus salaciores.
Aut rumpar: nec habebitis priapum.
Ipsi eernitis futurus ut sim:
Confectusque: macerque: pallidusque:
Qui quondam ruber: & ualens solebam:
Fures cedere quanlibet ualentes:
Latus deficit. & periculosam
Cum tussi miser expuo saliuam.

Ad priapum:

Delitiæ populi magno notissima circo
Quintia uibratas docta mouere nates:
Cymbala cum crotalis pruriginis arma priapo
Ponit & aducta tympana pulsa manu::
Pro quibus: ut semper placeat spectantibus: orat.
Tantaque ad exemplum sit sua turba dei.

Priapus.

Tu qui non bene cogitas: & ægre
Carpendo tibi temperas ab horto:
Pædicabere fuscina pedali
Quod si tam grauis: & molesta pœna
Non profecerit: altiora tangam.

Ad priapum.

Obscenis poteram priape: si non
Vti me pudet improbisque uerbis:
Sed cum tu posito deus pudore
Ostendis mihi coleos patentes:
Cum cunno mihi mentula est uocanda.

Ad priapum.

Falce minax ex parte tui maiore priape:
Ad fontem quæso dic mihi qua sit iter.
Vade per has uites: quantum si carpseris uuas:
Quas aliter sumas hospes habebis aquas.

Priapus.

Donec proterua nil mei manu carpes:
Licebit ipsa sis pudicior uesta.
Sin hæc mei te uentris arma laxabunt:
Exire ut ipsa de tuo queas culo.

Priapus.

Vuis aridior puella passis:
Buxo pallidior: nouaque cæra:
Collataque sibi: suisq; membris
Formicas facit altiles uideri:
Cuius uiscera non aperta thuscus
Per pellem poterit uidere aruspex:
Quæ succo caret: utque putris pumex:
Nemo uiderit hanc: ut expuentem:
Quam pro sanguine puluerem: scobemque
In uenis medici putant habere:
Ad me nocte solet uenire: & affert
Pallorem: maciemq; larualem
Ductor ferreus insularis equæ
Laternæ uideor fricare cornu.

Priapus.

Naiades antiqui: driadesque habuere priapi:
Et quo tenta dei uena subiret: erat.
Nunc adeo mihi est: adeo mihi plena libido
Vt nymphas omnes interisse putem.
Turpe quidem factu: sed nec tentigine rumpar:
Falce manu posita fiet amica manus.

Ad priapum.

Cum sacrum fieret deo salaci:
Conducta est precio puella paruo:
Communis satis omnibus futura:
Quæ quot nocte uiros peregit una:
Tot uerpas tibi dedicat salignas.

Priapus.

Pædicabere fur semel: sed idem
Si prensus fueris bis irrumabo.
Quod si tertia furta molieris:
Vt pœnam pariaris hanc & illam:
Pædicaberis: irrumaberisque.

Priapus.

Notas habemus corporis quisque formas:
Phœbus comosus: hercules lacertosus
Trahitque uirginis tenet bacchus formam
Minerua flauo lumine: uenus peto.
Fronte crinitos arcades uides faunos.
Habet decentes nuncius deum plantas.
Tutela lemni dispares mouet gressus.
Intonsa semper æsculapio barba est.
Nemo est feroci pectorosior marte.
Quod si quis inter hæc locus mihi restat:
Deus priapo mentulatior non est.

Ad spectatores de priapo.

Cur pictum memori sit in tabella
Membrum pueritis: unde procreamur.
Cuiu pēnis mihi forte læsus esset:
Chirurgicamque manum miser timerem:
Diis me legitimis: nimisque magnis:
Vt phœbo puta: filioque phœbi
Curatum dare mentulam uerebar:
Huic dixi fer opem priape parti:
Cuius tu pater ipse par uideris:
Qua salua sine sectione facta:
Ponetur tibi picta: quam leuaris
Parua consimilique concolorque:
Promisit fore: mentulāque mouit.
Pro nutu deus. & rogata fecit.

Priapus.

Simpliciter tibi me quodcunque est dicere oportet:
Matura est quoniam semper aperta mihi:
Pædicare uolo: tu uis decerpere poma.
Quod peto si dederis: quod petis accipies

Priapus.

Forma mercurius potest placere.
Forma conspiciendus est apollo.
Formosus quoque pingitur lyeus.
Formosissimus est omnium cupido:
Me pulchra fateor carere forma.
Verum mentula luculenta nostra est.
Hanc mauult sibi: q̄ deos priores:
Siqua est non fatui puella cunni.

De thelethusa.

Nota suburranas inter thelethusa puellas:
Quæ puto de quæstu libera facta suo est.
Cingit inaurata pennem tibi sancte corona.
Hunc pathicæ summi numinis instar habent.

Priapus.

Quisquis uenerit huc poeta fiat.
Et uersus mihi dedicet iocosos
Qui non fecerit: inter eruditos
Ficosissimus ambulet poetas.

Ad priapum.

Lætus aristagoras natis bene uillicus uuis
De cæra facta dat tibi poma deus.
At tu sacrati contentus imagine pomi:
Fac ueros fructus ille priape ferat.

Priapus.

Nolite omnia quæ dico putare
Per lusum mihi per iocumque dici:
Deprensos quoque terque quaterque fures
Omnes non dubitetis irrumabo.

Priapus.

Velle quid hanc dicas: quāuis sim ligneus. hastam:
Oscula dat medio si qua puella mihi.
Augure non opus est in me mihi credite dixit
Vtetur ueris usibus hasta rudis.

Priapus.

Cum quendam rigidus deus uideret
Feruenti caput ustulare ferro:
Vt mauræ similis foret puellæ:
Heus tibi inquit dicimus cinæde:
Vras te licet: usque torquearis:
Num tandem prior es puella quæso
Quam sunt mentula quos habet capilli.

Priapus.

O non candidior puella mauro.
Sed mollior omnibus cinædis.
Pygæo breuior gruem timenti:
Vtris asperior: pilosiorque:
Medis laxior: indicis libratis:
Manes hic licet: ut libenter ires.
Nam quāuis uidear satis paratus.
Erucarum opus est decem manipli:
Fossas inguinis ut teram: dolemque:
Cunni uermiculo scaturientes.

Priapus.

Quicunque uestrum qui uenitis ad cœnam:
Libare nullos substinet mihi uersus:
Illius uxor: aut amica tibalem

Lasciuiendo languidum precor reddat.
Et ipse nocte longa dormiat solus.
Libidinosis incitatus crucis.

Priapus.

Quod partem madidam mei uidetis:
Per quam significator priapus esse:
Non ros est mihi crede: nec pruina:
Sed quod sponte sua solet remitti:
Cum mens est pathicæ memor puellæ.

Priapus.

Tu quicunque uides circa tentoria nostra
Non nimium casti carmina plena ioci:
Versibus obscenis offendi desine, non est
Mentula subducti nostra supercilii.

Ad priapum.

Quædam: si placet hoc tibi priapæ:
Ficolissima me puella ludit.
Et non dat mihi: nec negat daturam.
Causas inuenit usque differendi:
Quæ si contigerit fruenda nobis:
Totam comparibus priape nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Priapus.

Quid hoc negocii est: qua ue suspicer causa
Venire in hortum plurimos meum fures.
Cum quisquis in nos incidat: luat pœnas.
Et usque curuos excauetur ad lumbos.
Non ficus hic est præferenda uicinæ
Vuæq; quales flaua non legit crete.
Non mala truncis asseruanda picenis.
Pirum ue: tanto quod periculo captes.
Magis quæ cæra luteum noua prunum:
Sorbum ue uentres lubricos moraturum.
Præpinguem rami nec mei ferunt morum:
Nucem ue longam. quæ uocatur alna.
Amygdalum ue flore purpureo fulgens.
Non brassiccarum fero glosior caules.
Betæ ue quantas hortus educat nullus.
Crescens ue semper in suum caput portum:
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam
Ad ocimum ue: cucumeres ue humi fusos:
Venire crede sessiles ue lactucas.
Ne ue salaces nocte tollat erucas:
Mentaque olentem cum salubribus rutis:
Acresque cepas: alliumque furatum.
Quæ cuncta quauis nostro habeamus in septo
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum uenitis improbissimi fures.
Nimirum apertam conuolatis ad prædam.
Et uos hoc ipsum quod [illegible]namur: inuitat.

Priapus.

Heus tu non bene qui manum rapacem
[illegible] mihi continens ab horto:
Iam prim[illegible]stator hic libidinosus
Alternis sed eundo & redeundo
Porta te facier patentiorem.
Accedent duo qui latus tuentur.
Pulchre pensilibus peculiari:
Quicq; te male foderit iacentem
Ad portam ueniet salax asellus.
Nil est deterius mutoniatis.
Quare si sapis hoc malum cauebis:
Cum tantum scias esse mentularum.

Ad priapum.

Contentus modico bacchus solet esse racemo:
Cum capiant altos uix sua musta lacus.
Magnaque fœcundis cum messibus area desit:
In cereris crines una corona datur.
Tu quoque diue minor maiorum exempla secutus
Quanuis pauca damus consule poma boni:

Priapus.

E.d.si scribas: temonemque insuper addas.
Qui medium d uult scindere: pictus erit.

Priapus.

Credere quis posset: falcem quoque turpe fateri
Dedigitis fures surripuisse meis.
Nec mouet amissi tam me iactura: pudorque:
Quam præbent iustos altera tela metus
Quæ si perdidero: patria mulctabor: & olim
Ille tuus ciuis lampsacæ gallus ero.

Priapus.

Derides quoque fur: & impudicum
Ostendis digitum mihi minanti:
Heu me miserum quid ista lignum est.
Quæ me terribilem facit uideri.
Mandabo domino tamen salaci:
Vt pro me uelit irrumare fures.

Priapus.

Cornix: & caries: uetusque bustum
Turba putrida facta sacculorum:
Quæ forsan potuisse esse nutrix
Tithoni: priamique: nestorisque:
Illis in pueris anus fuisset.
Ne desim tibi me rogat fututor.
Quid si nunc roget ut puella fiat.
Si minimos tamen hæc habet: puella est.

Priapus.

Quicunque nostram fur fefellerit fidem:
Effœminato culo eminet procul.
Quæq; hæc proterua carpserit manu poma
Puella: nullum inueniat fututorem.
Prædictum tibi ne rogare possis:
Si fur ueneris: impudicus eris.

Ad priapum:

Si quot habes uersus: tot haberes poma priape:
Esses antiquo ditior alcinoo.

Priapus in persona mali:

Quid frustra quereris colone mecum:
Quod quondam bene fructuosa malus
Autumnis sterilis duobus astem.
Non me prægrauat ut putas senectus:
Nec sum grandine uerberata dura.
Nec gemmas meo germine exeuntis
Sæui frigoris ustulauit aura.
Nec uenti: pluuiæ ue. siccitas ue.
Quod de se quæritis: malum dederunt.
Non sturnus mihi: gracchulus ue raptor:
Aut cornix anus: aut aquosus anser:
Aut coruus nocuit siticulosus.
Sed quia carmina pessimi poetæ.
Ramis sustineo laboriosus.

Priapus.

Securi dormite canes: custodiat hortum
Cum sibi dilecta simius erigone.

Priapus.

Parum est mihi quod hic fixi sedem
Agente terram per canicula rimas

Saticulosam sustinens ætatem:
Parumque sinus superfluunt hymbres
Et in capillos grandines cadunt nostros:
Rigetque dura barba iuncta crystallo:
Parumque acta sub laboribus lucerna
Parem diebus prævigil traho noctem
Huc adde quemeterribiles fuste
Manus sine arte rusticæ dolauerunt:
Interque cunctos nullus deos numen
Cucurbitarum ligneus uocor custos:
Accedit istis impudentiæ signum
Libidinosa tenta piramis nervo
Ad hanc puella pene nomen adiecit
Solet uenire cum suo fututore:
Quæ tot figuris quot philenis enarrat
Non inuentis pruinosa discedit.

Priapus.

Quidam mollior anseris medulla
Furatum uenit huc amore pœnæ.
Furetur licet usque: non uidebo.

Ad priapum.

Hic tibi qui rostro crescentia lilia mersit:
Cadetur tepida uictima porcus ara.
Nec tamen extraneum facias pecus omne priape:
Horti si facias ianua clausa tui.

Priapus:

Tu quæ ne uideas noram uirilem
Hinc auerteris ut decet pudicam.
Nimirum ni quod times uidere:
Intra uiscera habere concupiscis.

Priapus.

Penelopes primam didonis prima sequatur:
Et primam cani: syllaba prima remi.
Quodq; fit ex illis: mihi tu deprensus in horto
Fur dabis: hac pœna culpa luenda tua est.

Priapus.

Rusticus indocte siquid dixisse uidebor
Da ueniam: libros non lego: poma lego.
Sed rudis hic dominum totiens audire legentem
Constitui: meracas edidicique notas
Psoleon ille uocat. quod nos psolenta uocamus
Id quod nos culum: culeon ille uocat.
Merdaleon certa nisi res non munda uocatur:
Et pædiconum mentula merdalea.

Priapus.

Quod nisi tenario placuisset troica cunno:
Mentula quod caneret non habuisset opus:
Mentula tantalidæ bene si non nota fuisset:
Nil senior chryses quod quereretur erat.
Hæc eadem socium tenera spolia uit amica:
Quæq; erat æacidæ maluit esse suam.
Ille peleth ronium cecinit miserabile carmen
Ad citharam: citharæ tentior ipse suæ.
Nobilis hinc nota nempe incipit ilias ira.
Principium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est error fallentis ulyxi.
Si uerum queras: hunc quoque mouit amor.
Hinc legitur radix de qua flos aureus exit.
Quæ cur moly uocat: mentula moly fuit.
Hinc legimus circen: atlantiademque calypson
Grandia dulichii ista tulisse uiri.
Huius & alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo uix potuisse tegi.
Ad uetulam tamen ille suam properabat: & omnis
Spes erat in cunno penelopeà tua:
Quæ sic casta manes: ut iam conuiuia uisas:
Vtq; fututorum sit tua plena domus.
Equibus ut scires quicunque ualentior esset:
Hæc es ad arrectos uerba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat ulyxe
Siue illi laterum: seu fuit artis opus.
Qui quoniam periit: modo uos incendite qualem
Esse uirum sciero: uir sit ut ille meus.
Hac ego penelope potui tibi lege placere:
Illo sed nondum tempore factus eram.

Priapus.

Dum fici tibi suauitas subibit:
Et iam porrigere huc manum licebit:
Ad me respice fur: & æstimato
Quot pondo tibi mentulam est cacandum.

Priapus.

Sit pauper mihi: sit & inquilinus:
Qui libum dederat: molaq; fusa.
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde uenit
Nitorem puto prosecuta fumi:
Quæ libamine mentulæ comesso
Tota nocte mihi litat rigendo.
At uos amplius hoc loco cauete.
Quicquam ponere: ne famelicorum
Ad me turba uelit canum uenire:
Ne dum me colitis: meumque numen:
Custodes habeatis irrumatos.

Priapus.

Si cõmissa meæ carpes pomaria curæ
Dulcia: quid doleam perdere: doctus eris:

Ad priapum.

Curam pomarii diligens priape facito.
Rubricato furibus minare mutino.

Priapus.

Quod mouear non est: quia si furaberis ipse
Grandia mala: tibi bracchia matra dabo.

Priapus.

Obliquis pathicæ quid me spectaris ocellis.
Stat non inguinibus mentula tenta meis.
Quæ tamen exanimis nunc est: & inutile lignum:
Vtilis hæc aram si deberitis: erit.
Per medios ibit pueros: mediasque puellas
Mentula: barbatis non nisi sũma petet.

Quæ quorũ locorũ sint numina.

Dodona tibi iuppiter sacrata est.
Iunoni samos: & mycenæ dites:
Vndæ tenedos æquorisque regi.
Pallas cecropias tuetur [redacted]es.
Delphos pythius orbis umbilicum.
Cretendelia: cynthioque colles.
Faunus mænalos: arcadumq; siluas.
Tutela rodos est beata solis.
Gades herculis: humidumq; tybur.
Cyllene celeri deo niuosa
Tardo gratior æstuosa lemnos.
Athnææ cererem nurus frequentant.
Raptam cocytos ostrosa diuam.
Formosamque uenerẽ: gnidos: paphosque:
Mortales tibi lampsacum dicarunt.

Priapus.

Quod sim iam senior: meumque canis

Cum barba caput albica capillis:
Deprenſos ego perforare poſſum
Tithonum: priamumque: neſtoremq;
Immanem mihi ſtomachum uidetis:
Qui denſam facitis ſubinde ſæpem.
Et tures prohibeis huc adire.
Hoc eſt lædere: dum iuuatis hoc eſt
Non admittere ad aucupem uolucres.
Obſtructa eſt uia: nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius uſque & uſque
Furum ſcindere podices ſolebam:
Per noctes aliquot dieſque ceſſo.
Pœnas do quoque: quod ſatis ſuperq; eſt
In ſemenq; abeo: ſalaxq; quondam
Non uitam perago: quis hoc putaret
Vt luſuſ citharoedus abſtineret.
At uos ne peream ſitu ſenili:
Queſo deſinite eſſe diligentes.
Ne ue imponite fibulam priapo.

Priapus.

At dii: deæq; dentibus tuis eſcam
Negent: amicas cunni lingi uicinæ:
Per quem puella foris ante: nec mendax:
Et quæ ſolebat impigro celer paſſu
At nos uenire nunc miſſella landace
Vix poſſe iurat ambulare pro ſoccis.

Ad priapum.

Priape quod ſis faſcino grauis tenero:
Quod exprobauit hic tibi ſuo uerſu
Poeta noſter: erubeſcere hoc noli.
Non ẽ poeta farcinoſtor noſtro.

Priapus.

Vt non longa ſatis bene: non ſtat mentula craſſa:
Et quam ſi tractes, creſcere poſſe putes.
Me miſerum cupidas fallit menſura puellas.
Non habet hoc aliud mentula maius eo.
Vtilior tydeus: qui ſiquid credis homero
Ingenio pugnas corpore paruus erat:
Sed potuit damno nobis nouitaſq; pudorq;
Eſſe repellendus ſepius iſte mihi.

Ad priapum.

Dum uiuis ſperare decet: tu ruſtice cuſtoſ.
Huc ades: & neruis tente priape faue.

Ad priapum.

Ruſticus ærarii quondam: nunc uillicus horti:
Hæc tibi perſpecta templa priape dico.
Pro quibuſ officiis ſi fas eſt: ſancte paciſcor:
Aſſiduus cuſtos ruris ut eſſe uelis.
Improbus ut ſiquis noſtrum uiolabat agellum:
Hunc tu: ſed taceo: ſcis p[illegible]o quod ſequitur.

Querela Priapi.

Quid hoc noui eſt: quid ira nuncia deum.
Saliente nocte candidus mihi puer
[illegible]m iaceret abditus ſinu:
Venuſ erat quieta: nec uiriliter.
Iners ſenile penis extulit caput
Placet priape qui ſub arboribus comis
Soleſ ſacrum reuinctus pampino caput
Ruber ſedere cum rubente faſcino.
At o priape ſæpe floribus nouis
Tuas ſine arte deligauimuſ comas:
begimuſque uoce ſæpe cum tibi

Senex ue coruus: impiget ue graecchulus
Sacrum feriret ore corneo caput
Vale nefande deſtitutor inguinum:
Vale priape: debeo tibi nihil:
Iacebiſ inter arua ſquallidus ſitu.
Carnis ue ille ſæuus uſque bene
Fricabit obloquium latuſ lutoſus
O ſceleſte pœnis: o cui meum malum
Licet querare nec tibi tener puer
Parebit ullus: imminente qui toto
Iuuante uerſet arte nobilem natem.
Puella nec iocoſa nec leui manu
Fouebit apprimet ue lucidum femur:
Bidens amica romuli ſenis memor
Paratur inter arua: cuius inguina:
Vacuaq; pelle tectus inguinum gelu
Araneoſus obſidet fores ſitus.
Tibi hæc parantur ut tuus ter aut quater
Voret profunda foſſa lubricum caput:
Licebit hebeſ aut languentior cubes.
Hæres & uſque ah miſer miſer
Triplex quadruplexque complens ſpecum
Superbia iſta proderit nihil ſimul.
Vagum ſonante meſeris caput luto
Quid iners piget ne lentitudinis
Licebit hoc multus auferas ſemel:
Sed ille cum redibit aureus puer
Simul ſonante ſenſeris iter pede
Repente neruos excitet libidine:
Et inquietus inguina atriget tumor:
Neq; mutare poſſit uſq; dum mihi
Venus iocoſa mole ruperit latus.

Elegia in Mecoenatis obitu: quæ dicitur
Virgilii: cum non sit.
Efleram iuuenis tristi modo carmie fata
Sunt etiam merito carmina danda seni.
Vt iuuenis deflendus erat: tam candidus: & tã
Longius annoso uiuere dignus auo.
Inreligata ratis nunquam defeffa carina
It redit in uastos semper onusta lacus
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta.
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Nec mihi mecœneas tecum fuit usus amici
Illius: hoc ergo conciliauit opus.
Fidus eras nobis. nam propter cæsaris arma
Cæsaris: & similem propter in arma fidem.
Regis eras genus hetrusci tu cæsaris almi
Dextera romanæ tu uigil urbis eras.
Omnia cum posses: tanto tam carus amico
Te sensit nemo posse nocere tamen
Pallade cum docta phœbus donauerat artes
Tu decus: & laudes huius: & huius eras.
Vincit uulgares uincit peritus harenas:
Littore in extremo quas simul unda mouet
Quod discinctus eras: aĩo quoq; carpitur uno
Diluuii ac nimia simplicitate tua.
Sic illi uixere quibus fuit aurea uirgo:
Quæ bene præcincto post mõ pulsa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuere solutæ.
Aut tibi uentosi quid nocuere sinus.
Num minus urbis erat custos: & cæsaris obses
Num tibi non tutas fecit in urbe uias.
Nocte sub oscura quis te spoliauit amantem.
Quis tetigit ferro durior ipse latus.
Maius erat potuisse tamenrnec uelle triũphos
Maiores maius abstinuisse fuit.
Maluit umbrosã quercũ: nymphasq; canẽtes:
Paucaq; pomosi iugera certa soli.
Pieride: phœbumq; colens in mollibus hortis
Sederat argutas garrulus inter aues:
Marmora meonii uincunt monumenta libelli
Viuitur ingenio: tætera mortis erunt.
Quid faceret defũct9 erat: comes ĩpiger idem
Miles: & augusti fortiter usque pius
Illum piscosi uiderunt saxa pelori
Ignibus hostiles reddere ligna rates.
Puluere in æmathio fortem uidere philippi

Domitii Calderini Veronẽsis cõmẽtarii in. P. Vir. Maronis Elegiam.

Efleram Iuuenis tristi modo carmine fata.

Non cõpertum habemus cuius hæc esse elegia fuerit. neq;. n. Virgilio ascribi potest ex dicendi charactere: nec est alter auctor quẽ ea tempestate existimemus scripsisse: uerũ nõ desũt qui Lactantii Firmiani opus dicant. Eo. n. stilo uersari uidetur: quo & eius uiri scripta uidentur. summa tamen omnis est ut Mecœnatem laudet: pariterq; filii ipsius mortem defleat. Iuuenis. filii mei qui ĩmatura morte peremptus fuit. Seni merenti. qui iam diem suum obierat Vt: sicut. Iuuenes: filium Mecœnatis. Auo annoso. in genere dixit: neq; enim mecœnatis auus longo uixisse tempore traditur unde quempiam alium longioris uitæ hominem notauit. Annoso. antiquissimo. Ratis rates trabes incultæ appellãtur: nauigio postea accõmodatæ sunt: & pro nauibus ponuntur. Ratis. acherontis. Carina appellatur trabs illa in fundo nauis quam circum tabulæ tanquã brachia affiguntur: etiam pro naui ponuntur. Lacus uastos fluminis læthei. per quod charõ animas trãsfert. Amici illius quoniam habui consuetudinem.

Tecum o mecœnas. non habui familiaritatem illius filii tui. Opus. si habet per hanc epistolam de obitu filii mecœnatis eidem se factum amicum. Regis ethrusci. quia mecœnas natus erat ex nobili stirpe ac regia aretinorum. unde & Horatius. Mecœnas atauis edite regibus. Vrbis erat custos. quoniã Cæsare in bella concedente Mecœnatem urbis romæ custodem & gubernatorem reliquisse constat. Posse nocens. commendat ex animi tranquillitate & mansuetudine: quia de nomine ulcisci uoluit. Pallade designat Mecœnatem artibus liberalibus præstantissimis: hinc litteratos semper coluit: pariter rem militarem amauit: cuius artis & dea Pallas est. Vincit uulgares. ostendit doctrina Mecœnatem & rerũ peritia non sanguinis claritate principatum adeptum fuisse: atq; aliis præstantissimis prælatum. Vulgares populares Arenas in extremo littore dicitur mecœnatem sapientem superare omnes gemmas & lapides preciosos qui nascuntur in mari. Extremo oriente. Ouidius Induitis collo lapides oriente petitos Discinctus. ostendit Mecœnatem molli ac effœminato fuisse corpore: uerum magnanimitate & simplicitate uitæ præstantissimæ: qualis fuisse traditur & diluuii tẽpestate: in qua pro tempore & necessitate quisque ad uillæ cultum nitebatur & opportunitatem.

Discincti enim homines laxi ac molles & minime apti appellãtur. Hortensium discinctum hominem & ut nepotem & luxurios[illegible] appellauit. contra cinctos illustres & omnibus laboribus exercitatos atq; expeditos intelligimus. Animo tuo. id est magnitudine animi tui. Diluuii. qualis simplicit[illegible] pore diluuii. Sic uixere. laudat ipsum a[illegible]. Virgo. iusticia: quæ una cum pudicicia nequitiam mundi reliquisse proditum est non cum fide ut multi scribunt: dicente Iuuenale in satvra Credo pudiciciam saturno rege moratam: Postquam ad superos astrea recessit Hac comite atque duæ pariter fugere sorors. & hoc cum de pudicicia loqueretur. Præcinctos. industres. Inuide. ad inuidos qui criminabant ex cor

Discincti homines

poris mollicie: ac dicit illam animi prudentiam cõ/
pescitam: sicq; nihil offuisse. Solutæ aut tibi uen/
tosi. notat uestium tenuitatem: quæ uentos faciunt.
Dicit tempore quo gubernator urbis relictus est ab
Augusto Siciliam petente urbem omni impedimen/
to liberam fuisse. Quis spoliauit. q. d. nemo te spo/
liauit amantem. Ipse. solent dictiones nõnunquam
uacare teste Seruio: quoniã Vir. inquit Nunc dextra
ingeminans nunc ille sinistra ille enim abundat. Ma
ius erat. laudat Mecœnatem: quia non erat ambitio/
sus in desiderandis triumphis cum potuisset habere
tum ab illis se abstinuit: quod quidem maius fuit.
Nymphas. musas. Iugera. habuit enim hæc iugera
in æsquiliis: & his contentus ab Oratio fuisse perhi
betur nisi quod in ædificiorum molle reprehendit:
ex qua exulans in sabinis & ipsius Horatii agrũ spe/
ctare poterat. Pierides phœbum. colens ipse Mecœ
nas musas studiosissime uenerabatur poetas: ut Vir/
gilium: Horatium: Propertium. Argutas. sonoras
quæ aues erant in tuis hortis: uel aues poetas intelli/
git. q. d. Mecœnatem esse numerãdum inter sonoros
poetas. Meonii. cõmendat Mecœnatem a poetica.
Meonii. Homeri: nam uariæ fuerunt sententiæ de ip
sius patria ephorus enim cumæum dixit: pindarus
smyrnæum & chium Antimachus: & Nicander Co
lophonium: Aristrachus & Dionysius Athenienſem
Aristoteles hietem: nõnulli salaminium: alii argiuũ
contendunt. Oui. meonium: unde est: Aspice mœni/
dem a quo ceu fonte perenni Vatum pieriis ora rigã
tur aquis. Marmora: marmorea. Faceret. facere po
terat. Defunctus. emeritus. Pius pii dicuntur qui
maiores suos excolunt. Illum piscosi. Octauius ui
cit Sextum pompeium bello nauali in mari siculo.
Piscosi. asperi. Pelori. pelorus fũmis est ex promon
toriis siciliæ aduersus italiã. Rates. s. Sexti pompeii.
Puluere in æmathio. æmathia appellatur Thessalia
ab Aemathione filio Deucalionis. Saxa pelori. no
tat Mecoenatem fuisse secutum Augustum in bello
cõtra Sextum pompeium per Agrippam & fratrem
& cõmissa pugna nõ a charybdi & scyllaca parte q̃
pelorus italiã respicit. piscosi. n. dicit qa circa ipsũ
promotoriũ pp aspa saxa optimi fũt pisces. Illũ. Me
coenatẽ. Ignibus. i. incẽdere naues inimicorũ. Phi
lippi. campi thessaliæ a philippo rege denominati.
Puluere æmathio. id est certamine. nã & otra Cassi
um & Brutum Mecoenas Octauium secutus est. Te
ner fuit secundum Senecam: qui eum mollissimum
dixit corpore etiam effoeminato. Niliacæ carinæ. si/
gnificat & illum fuisse secutum Aug. ad bellũ actia
cum, habitum tamen contra Antonium & Cleopa/
tram: quam nauigia sequebantur ægyptiaca unde ni
liacæ dixit: Circum. quando erat & ante & circũ
Aug. erat semper fortis. Secutus. Octauius uicto
ria potitus est de antonio & Cleopatra: quam idem
[redacted]perio urbis ornare pollicitus fuerat i stu
pri præmium: uerum deuictus est: & Cleopatra Ale
xandriam usq; ad nili caput aufugit. Aeoi. autẽ mi
litis quia ex oriente ipsam plures sunt secuti: & Hero
des rex iudeorum. & amathus arabiæ. & Polemõ ex
ponto & bessi: & Philadelphus ex paphlagonia: &
glices quando Mithridates ex comagena Amyntas

Quam tener ille fuit: tã grauis hostis erat.
Cum freta niliacæ texerunt lata carinæ:
Fortis erat circum: fortis & ante ducem:
Militis æoi fugientis terga secutus
Teritus ad nili dum fugit ille caput:
Pax erat: hæc illos laxarunt ocia cultus
Omnia uictores marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno
Postquam uictrices conticuere tubæ.
Hic modo miles erat: nec posset fœmina romã
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos tantum curauerat arcum
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos postquam deuicimus indos:
Parasti galea dulce iuuante merum.
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ:
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sũ memor: & certe memini sic ducere thyrsos
Bacchica purpurea candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus: & auro.
Serpentes hederæ uix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos
Vixerunt: certe: nec puto bacche negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus:
Et tibi consulto uerba fuere noua.
Impiger alcide multo defuncte labore
Si memorãt curas te posuisse tuas:
Sic tecum tenera lætum lusisse puella
Oblitum nemææ iam que erymanthe tui/
Vltra nunquid erat: torsisti pollice fusos:
Lenisti morsu leuia fila parum.
Percussit crebros te propter lydia nodos:
Te propter dura stamina rupta manu.
Lidia te tunicas iussit lasciuia fluentes
Inter lanificas ducere sæpe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat:
Quam pede suspenso percutiebat amor.
Quis fore credebat cũ iã premit ipiger infans
Hydros ingentes uix capiente manu.
Tũc ne renascentem tereret uelociter hydram:
Frangeret imanes uel diomedis equos:
Vel tribus aduersis cõmunem fratribus aluũ.
Et sex aduersas solus in arma manus.
Fudit & æolidas postquã dominator olympi

Dicitur in nidum procubuisse bouem
Atq; aquilã misisse suã. quæ quæreret equis
Posset armaturo uina referre ioui.
Valle sub idæa dum te formose sacerdos
Inuenit: & presso molliter ungue rapit.
Sic est uictor amet uictor potiatur in umbra.
Victor odorata dormiat inq; rosa
Victorem uictus metuat metus imperet illi
Mẽbra nec in strata cernere discat humo
Tempore dispensat usus & tempora cultus
Hæc homies pecudes hæc moderãtur aues
Luxẽ: taurus arat. nox ẽ requiescit arator.
Liberat emerito feruida colla boui
Conglutinat' aquæ scopulis se cõdit hirundo
Verberat & gelidos garrula uere lacus
Cæsar amicus erat poterat uixisse solute
Cum iam cæsarides quod cupiebat erat.
Indulsit merito. non est temerarius ille
Vicimus. augusto iudice dignus erat
Ergo saxa parens postquã scylleia legit.
Cyaneosq; metus iam religanda ratis
Viscera diriesti mutauit arietis agni
Aetas & succis amne perita suis
His te mecenas iuuenescere posse decebat
Hæc utinam nobis colchidos herba foret
Redditur arboribus florens reuirẽtibus ætas
Ergo nõ homini quod fuit ante redit.
Viuacesq; magis ceruos decet eẽ pauentes
Si quorum in torua cornua frõte rigent.
Viuere cornices multos dicuntur in annos
Cur nõ angusta cõditiõe sumus
Palcitur auroræ tithonus nectare cõiunx:
Atq; ita iã tremulo nulla senecta nocet
Vt tibi uita foret semper medicamina sacro
Te uellem aurore complacuisse uirum
Illius aptus eras croceo recubere cubili
Tu dare purpurea lora regenda manu
Tum mulcere iubam tũ iã torsisset habenas
Procedente die respiciẽtis equi.
Quesiuere tori iuuenẽ sic hesperon illum
Quẽ nexũ medio so luit in igne uenus
Quẽ nũc i fuscis placida sub nocte nitẽtem
Luciferum cõtra currere cernis equis.
Hic tihi coritium casias hic donat olentis
Hic & palmiferis balsama missa iugis.

Iycaõius ex mauritania & pene totus oriens. Ipsæ mœcenas qui exactis bellis dedit operam musicæ & poeticæ. Hic mœcenas. Fœmina turpis. Ceopatra meretrix. Dotalem. quia in conuiuiis & crapulis Antonius promiserat imperium urbis hic Mœcenas in profugos ægyptios fugientes quos pepulit. usq; ad orientem. Bacche uertit sermonem ad bacchum: & colligere hinc possumus ex poetæ uerbis. q uictoriæ & triumpho ipsius dei interfuisset: se dicit Gallum poetam opus hoc scripsisse quippe in cuius corpꝰ euphorbi & pithagore ac Homeri & Ennu animo intrasse probat uerum fuerit sit uel ne incertũ habeo quicunq; ille sit omnino refert. Coloratos nigros factos calore solis. Alibi Vir. in geor. iiii. Vsq; coloratis amnis deuexus ab indus. Tunicæ uestes longe duas scilicet uestes habuisse eo tempore. Thyrsos hastas pãpinis inuolutis. quibus in sacris bacchi & choreis utebantur. Purpura. etiam reperitur alba quum propriæ sit rubra. Tibi consulto o bacche. Vix habuere tygres uix habebant locũ propter multitudinem gemmarum seu serpentum Sandalia genus calciamentorũ alborum quibus magni uiri utebantur. Noua non militaria sed dulcia & amori. apta Impiger alcide. uertit sermonem ad Herculem. Defuncto. i. qui euasisti a multis laboribus. Puella tenera. quia habebat Omphalem cui secundum oracullum responsum parere coactus erat dum nauigans in aphricam a quorundam ex amicis suis sponte esset nenundatus illa enim iordane meni orum id est lydiorum reginæ filiæ fuit. Nemæi laboris habito in silua nemea propter mortem leonis circa montem tritonem & etiam in apro erymantheo ar cadiæ agros deuastante & mandatum erat ut eũ ui uum aferret. Morsu. nam mulieres filãdo solẽt mordere fila. Nodos. quia Omphale faciebat multos nodos causa tua o Hercules quouiam & tu idem faciebas. Torosa. mẽbrosa ex duro amore uersus omphale pede suspẽso. qa Her. suspẽdebat pedẽ suũ supꝑpedẽ aicẽ sicut sæpius nos fecimus renascẽtẽ, ppter fæcunditatem capitis. Equos: equos Threicii Diomedes humana carne uescẽtes interemit Hercules. Tribus fratribus Gerionem tagit qui i sula erithrea existens tria corpora habebat. & sic sex manus. aluũ uentrẽ. aeolidas. Thetũ & ephialtẽ Aeoli filios. Dominator iuppiter. Nitidũ. clarũ diem. hoc secundum morem thraciæ quæ quietas dies & felices candido lapillo denotabant. Referre ioui. quia uolut it habere ganimedẽ. Sacerdos. fecit enim ipsũ sacerdotum in ida silua. Formosæ o ganimedes. potiatur. Mecenas amica. in umbra. i. hortis suis. Rosa. pestana maioris od[illegible]is secundum morem antiquum lectos. & anacliteria ex rosarũ filius conficiebat ad suauitatem spirandam. ut & de principe antonio Helius Lampridius refert. Dispensant [illegible] dunt & ordinant omnia fieri solent [illegible] em temporis. Cæsar amicus erat. concludit in laudem Mecoenatis nil fuisse quod a Caesare ipetrare negsset. amicus. Mecoenati erat paratus ad oĩa eius uota. Indulsit. gessit morem ei. Saxa parens iason

legit id est nauigauit de iasone loquor. oetas rex colchorum filiam habuit Medeam. Oethas dicitur ab oetha Theophrastus ponit herbam in ægypto qua reuiuiscunt homies iuba historicus tradit succis herbarum reuocari homines ad uitam. Xauthus primo historiarum ait draconis Catulum reuocatum ad uitam herba quadam quam balin appellant. Colchidos Medeam in formam utulæ mutata intrauit Iolchon regiam peliæ regis Thessaliæ testans se missã ab hyperboreis cum quibusdam medicaminibus ut faceret iuuenem peliam. & ut fidem darent uerbis suis experimento probauit. mactauit enim arietem & ĩ aheno coxit & inde restituit ĩ uitam pelias senex phanaticus cupiens iuuenescere properauit ut id fieret & sic a Medea cæsus fuit. Ergo saxa laudat & ipsum iasonis comparatione & Aelonis ad iuuentutem reuocati ac dicit eo modo reuocari ad iuuentutem debuisse Mecœnatem parẽs Medea mater ob filios quos q̃ habuerant ex iasone. Cyaneos metus. symplegadas ita enim denominantur ultra pontum intra se scopuli concurrentes. Arietis. significat Medeam post quam ad iolchon urbem peliæ regis peruenit ut suã doctrinam atq; artam ostẽderet mactasse arietem & in aheno decoxisse mox ĩ agnum restituisse quod cũ pelias optaret iuuenescendi gratia atq; id faceret a medea cæsus fuit per eius filias: ut Oui. testatur. Otias medea filia Oetæ regis & per syreneſim prima breuis & secunda longa in unam conuertitur syllabam longam. Omne ad omne fuerat pariter Oui. Medeæ faciunt ad scelus omne manus. Herba. Pli. ex theophrastro & ex multis aliis testatur ĩ ægypto herbam qua homines reuiuiscunt Quidam hanc moli non. nulli balin. cuius succo draconis catulos ad uitam reuocasse quidam Xantho dixit huiusmodi herba medeam usum poetæ ostendit Quod fuit: q̃ fuit si herbæ reuiuiscunt tanto magis debent homines reuiuiscere Cerui uiuaces cerui teste plinio exuperant cẽtũ annos & mutatis cornibus iuuenescunt. Angusta. quia ita cito nos morimur. Cornices nõgẽtos annos uiuere produntur Vnde & Oui. Ora capitque nouẽ cornicis sæcula passæ. Auroræ tithonus aurora. Titnais & terræ filia fuit dictaque ab eo q̃ ab igne solis & auro aurescit Tithõus filius Laomedõtis Priami patris relicto fratre ex phrigia in assiriã se contulit breui in re militari prestantissimus fuit. regi gratus duxit uxorem filiam regis æthiopium ex quo genuit Memnonem ea tempestate priamus uexabatur bello Teutani regis cappadociæ. Regnũ phrygiæ tunc subditum erat regibus assyriorum. Tithonus qui præfectus erat assiriorũ misit Memnonem filium cum decem milibus æthiopũ totidẽq; Susianis & cum ducentis curribus ut Priamo auxilium ferret alii uolunt Titonos fuisse duos & phrygem & assiri[illegible]on Peon. alterum Memnonem Titoni sed alterum imperasse phrigiæ & lidiæ & ex uxore diudimene genuisse Cibelem Titoni de Titono auroræ marito plurima scripta sũt itaq; satis ẽ itelligere illũ senẽ delectatione tũ coniugis iuuenes centeni quotidie in memnonem filium in troianorũ auxilium quondam missum ex ultima plaga oriẽtis. Vt

Nũc preciũ cãdoris habes nũc reddit̃ umbris
Vesumus obliti decubuisse senem
Ter pylium fleuere sui ter nostra canum
Dicebant tamen hunc non satis esse senem.
Nestoris annosa uicissem sæcula si me.
Dispensante tibi stamina nempe forent
Nũc ego quid possum tellus leuis ossa tenero
Pendula librato pondus & ipsa tuum
Semper serta tibi dabimus: tibi semper odores
Non nunquã sitiens florida semper eris:
Sic ẽ mœcenas fato ueniente locutus
Frigidus & iam iam tum moriturus erat
Me ne inquit iuuenis primæui turpiter ante
Angustam bruti non cecidisse fidem.
Pectore maturo fuerat puer integer æuo
Et magnum magni cæsaris illud opus.
Dissidio uellemq; prius non omnia dici
Inciditq; pudor quæ prope dixit amor
Sed manifestus erat moriens quærebat amate
Coniugis amplexus oscula uerba manus.
Si tamen hoc satis uixi te cæsare amico.
Et moriot dixit: dum moriorq; satis.
Mollibus ex oculis aliqs procedet & humor
Cũ dicar subita uoce fuisse tibi
Hoc tibi contingat iaceam tellure sub æqua:
Nec tamen hoc ultra me potuisse uelim.
Sed meminisse uelim uiuam sermonibus illic
Semper ero semper si meminisse uoles
Et decet & certe uiuam tibi semper amore.
Nec tibi quæ moritur desinit eẽ tuus.
Ipse ego quicquid ero cineres interq; fauillas
Tunc ego non potero non memor esse tui.
Exemplum uiri te propter molle beate.
Vnus mecenas teq; ego propter eram
Arbiter ipse fui uoluit quod contigit eẽ.
Pectus eram uere pectoris ipse tui
Viue diu micare senex pete sydera sero:
Est opus hoc terris te quoq; uelle decet
Et tibi succrescant iuuenes bis cæsare digni:
Sed tradant porro cæsaris usque genus.
Et tibi securo quod primum liuia coniunx.
Expleat amissi munera rupta gener.
Cum decus in terris diuis insignis auitis
Te uenus in patrio collocet ipsa sinu.

P.V.M. coppa.

Oppa syrissa caput graia redimita mitela
Crispũ sub crotalo docta mouere latus.
Ebria famosa lasciuia taberna.
Ad cubitum raucos extutiens calamos.
Quid iuuat æstiuo defessum puluere ab osse.
Quam potius bibulo decubuisse toro
Sunt cuppæ calices cyathi.rosa:tibia: chordæ
Triclinia umbrosis frigida arundinibus
En & mænalio quæ garrit dulce sub antro
Rustica pastoris fistula more sonat.
Est & uappa cado nuper diffusa picato.
Et strepitans rauco murmure riuus aquæ
Sunt etiã croceo uiolæ de flore corolæ.
Setaq; purpurea lurea mixta rosa.
Et quæ uirgineo libata achelois ab amne
Lilia uimineis attulit in chalatis.
Sunt & caseoli quos iuncea fiscina siccat
Sunt autumnali cærea pruna die
Castaneæq; nuces & suaue rubentia mala
Est hic munda ceres est amor est bromius.
Sunt & mora cruenta & lentis uua racemis.
Et pendet iunco ceruleus cucumis
Est tuguri custos armatus falce saligna.
Sed nõ & uasto est inguine terribilis
Huc alibida ueni:fessus iam sudat aselus.
Parce illi uestri delitium est asinus
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadæ
Hunc uere in gelida sede lacerta sedet
Si sapis æstiuo recubans nunc prolue uitro
Seu uis cristallo ferre nouos calices
Eia age pampinea fessus requiesce sub umbra.
Et grauidum roseo necte caput strophio
Formosus tenere decerpes ora puellæ
Ah pereant cui sunt prisca supercilia
Quid cineri ingrato seruans bene olentia serta:
An ne coronato uis lapide ista tegi
Pone merum & talos.pereat qui crastina curat
Mors autem ueniens uiuite ait uenio

P.V.M.est & non

St nõ cũcti monosyllaba nota frequentãt
His dẽptis nihil ẽ hoium qđ sermo uolutet
Omnia in his.& ab his sunt oia:siue negoci.
Siue oci quicquã ẽ seu turbida siue quietis
Alterutro pariter nõ nunquã sepæ seorsis
Obsistunt dubiis ut mores ingeniumq;
Et faciles uel difficiles contenio nacta est

tibi uita foret.ut fieret maritus. Auroræ. Iubã crines. Tori uult comparare eum Hespero Athlantis filio Tori.sponsæ. Hesperon illum. Hesperus filius fuit Athlantis:cum ascendisset montem athlantem nunquã amplius uisus fuit Crediderunt ĩ colæ imperiti ascenidsse cælum & eẽ stellã.que eadẽ mane dicit lucifer.alii uolunt Venerem adeo proditam fuisse amore Hesperi formosi iuuenis ut eio nomen sumpserit:& Venus ẽ quæ dicitur hesperus & lucifer hic uero hesperus filius fuit autore & cephali. Hoc autem ideo quia Pythagora eandem munere esse stellam q̃ sero & mane apparet & in sero hesperus in mane lucifer appellatur. Igne.amore. Hic lucifer. Corytum.crocum intelligit qui plurimũ in coryco ciliciæ antro abundat crisias sic lugis palmise.palmifero inter assyriam & phœniciam locus est palmarum abundantissimus:ex quo etiam loco balsama aduechi produnt ex arbore modica:& hoc non longe ab hyerosolimis. Candoris uirtutis. Nestora canum.qui nestor uixit tres ætates: fuitque Nelei filius Neleus in messania regione condidit oppidum Pilon:unde Nester pilius. Pili tres sunt in pelo pomneso in pisea regione & hæc pilos condita ab Emathonte tertio in messania patria Nestoris. Tellus.o tellus. Librato.pro libres. Serta.i.semper ponam coronam super tumulum tuum:& sacrificabo. Angustam.breuẽ in Cæsarem.q.d.uoluissem mori ante bella ciuilia. Illud opus.fuerat .n. nutritus a Cæsare. Dissidio.quæ fuit inter Augustum Cassium & bruttũ. Amor cogit me ulterius loqui manifestus moriens determinata erat ei mors. Si tamen hoc satis:Mœcenas incipit alloqui Augustum Humor.lachrima. Sub æqua non ponderosa. Potuisse ultra idest iacere nõ desiderio in meliore tellure quã tu. Eram pectus pectoris.eram cor cordis tui. Te quoque uelle decet.i.diu uiuere. In terris.ob cõmoditatem mortalium. Cæsare.hoc dicit propter. Tiberiũ adoptatũ ab Augusto:& germanicum ab ipso Tiberio:Quin & Drusum Tiberii fratrem ut enim.Sueto. Tradit ex Scribonia iulia nata est ex Liuia infans qui conceptus fuerat immaturus fuit editus iulia Marcello Augusti iunxit Dein de.M.Agrippæ:ex quo tres nepotes Caium & Titũ & lucium:agrippinam & iuliã neptes de quibus Late apud Sueto.traduntur producant & amplificent: munera rupptæ.quia in partu filius obiit primo fi-nu.i.in cæsaris sinu.i.faciet te deum. Cæsaris usque genus.semper sint ex genere tuo. Liuia cõiũx scilicet perdidit quia Liuie Drusilla fecit abortium. ex augusto:

Oppa Syrissa. Om[illegible] huius opusculi summa ẽ hortetur Mecœnatem & socios ad uoluptatem insinuatiõe quadam utens Coppæ mecœnatis libertæ quæ a loco sic nominata græciæ apud orchomenon Boetiæ.sunt enim Coppæ iuxta [illegible]nem qui lacum facit copaidem nominatum.sirissa q̃ uenerat ex siria. graia mittella. Fuit eni mitra ornamentũ capitis primum apud Mæonios deide ægyptii & syri usi sunt teste herodoro Virg.Mæonia mentũ mitra crinesq; madente. Crotalũ istrumẽtũ musicũ quo ægyptii in deorum cerimoniis utebãtur & q dem a cruo.quod est pulso denominarunt.non nulli

græcorum pro plaustro resonante posuerunt alii an nulum ex ære factum qui ferreo baculo percutieba tur ad sonitum reddendum intellexerunt. Cala mos.phistulas quas ipsa pulsabat. Raucos.sono ros. Ad cubitum.i.quietem. Bibulo.nam qui dormiuut uidentur bibere susuraneo in somno. Cu pæ uasa uinaria. Cordæ.cytharæ. Triclina.le cti erant.uel triclinia in quibus ueteres comedebant.

Harundinibus quæ solebant apponi ad uolupta tes. Menalio.arcadio.i.quales solent esse in mon te arcadio ubi solebant pastores.& etiam potest re ferri ad euādrum.qui uenerat ex arcadia:ubi erat pa lanteum:& palatium condiderat. Vappa.uinum asperum & fetidum.& Vappa dicitur Vinum eua poratum.i.quod amisit saporem. Picata.nigra uel a pice lege Martialem. Chorolæ.dicuntur a choro & sic a chorona cecropio apud himerū montē ather niensem solent adesse apes. Luthea.rubicūda apd bucol. Mollia iuteola Achelas.nympha fuit ache loi.filiæ enim acheloi dicuntur sirenes ut idem Virg. alibi serenum cātus uarios acheloia proles sisicna ca nistrum & chalatus. Bromius Cognomen Bacchi est a Bromo quod est consūmo uitio.enim modera te sumpto omnes humores repelluntur. Tugurii. casa pastoralis. Custos priapus saligna ex salice fa ctus. Alybida.priape a lybidibus apud quos i ue neratione est. Illi.assello. Vestri.i.quod habeē. ex uobis. Vitro.cyatho uitreo Aestiuo.optimo & apto tempore æstatis. Strophium.coronam. Decerpens:capies. Prisca pereant.illi qui seruant gra uitatē ut prisci nostri habuere. Cineri ingrato. nihil sentientiabili idem uirg.in.vi. æn. Flebant & cineri ingrato.suprema ferebant: solebant enim sepulchra unguentis & floribus odoriferis spargere antiqui qd testatur Tibullus dicēs. illuc quas mittit diues pan chaia merces æoi que arabes diues & assyria. Po ne.pare & funde Vinum. Curat.qui seruat uolu ptatem ad diem crastinum.

Est & non.Deridet dialecticos & sophistas. quorum omnis scientia nugax & uana ē nec aliud continet quā ē & nō. Fatemur huiusmodi dis putationibus ingenium reddi acutius:sed tamen bar barius fieri in primis aūt effectū eorum exponit inde hippothetichum quēdam syllogismū adducit. Cun cti mortales. Illorum.dialecticoram hominum. Ocii.quietis:alterutro unū dicimus. Obsistunt ad uersantur. Seorsis.a se remotis & i cognitis.ut mo res sunt illorū sic & disputant. Si cōsentitur ab ad uersario.Subiiciat.subiūgat:& dicat aduersarius nō ē uerū subito fiunt controuersie. Cuneati.ad simi litudinē cunei facti. Coniugia.maritus & uxor agi tant hæc ē & non & sic nati faciunt cū patribus. Cō sona conueniēs agitat mouet lites. Dogmaticas dog ma significat decretū & iudiciū atq; deliberationem. [redacted]iētiū. Est lux.exēplū ponit hippotethi corū syllogismorū:quoꝝ spēs sunt quinq; syllogis morū dialecticorū octo & decē tradātur. Et lux fa teris eē lucem ergo est dies. Nō ē dies non uidetur dies. Certamina:disputationes qualis uisa.excla matio poetæ qui miratur qd semp uita hoīum uersa tur in his monosyllabis ē & nomen.

Ir bo.Sermo de uiro bono hic hēt i quo.Ma ro nō nō mino alios sapientes q̄ se inūero sapiētum esse

Si consentitur mora:nulla interuenit est est
Si controuersam dissensio subiciet non
Hic fora dissultant clamoribus hinc furiosi
Iurgia sunt circi cuneati hinc læta theatri.
Sedit o:& tales agitat quoq; curia lites.
Coniugia & nati cum patribus ista quietis:
Verba serunt studiis.salua pietate loquentes:
Hic etiam placidis schola consona disciplinis
Dogmaticas agitat placido certamine lites
Hinc omnis certat dialectica turba sophorum
Est lux:est ne dies ergo non conuenit istuc:
Nā facibus multis aut fulgurib9 quotiēs lux.
Est nocturna homini non est lux ista diei.
Est & non igitur quotiens lucem eē fatēdū est
Sed non eē diem mille hinc certamina surgunt
Hinc pauci multi quoq; talia commeditantes.
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt
Qualis uita hoīū duo quā mono syllaba uer

P.V M.uir bonus. (sant.

Ir bonus & sapiēs q̄lē uix reppellit ullū.

Milibus e cūctis hominū cōsultus apol
Iudex ipse sui totum se explorat ad unguē lo
Quid proceres uaniq; leuis quid opinio uulgi
Securus.mūdi instar habēs teres atq; rotūdus
Externe ne quid labis per leuia sidat
Ille diem quam longus erit sub sydere cancri.
Quātaq; nox tropico se porrigit i capricorno.
Cogitat:& iusto trutinæ se examine pensat
Ne quid hiet ne quis proturbet angulus æquis
Partibus ut coeat:nil ut deliret amussis.
Sit solidum quodcūq; subest nec inania subt9
Iudicet amotus digitis pellentibus ictus
Nō prius in dulcem declinat lumina somnum
Omnia quam lōgi reputauerit acta diei.
Quo preter gressus quid gestū i tpe quid non?
Cur isti facto decus affuit aut ratio illi
Quid mihi præteritum cur hæc sentētia sedit
Quā melius mutare fuit miseratus egentem
Cur aliquē fracta persensi mente dolorē
Quid uolui qd nolle bonū foret utile honesto
Cur malus antetuli nū dicto aut deniq; uultu.
Perstrict9 quisq; cur me natura magis quam
Disciplina trahit sic dicta & facta per omnia
Ingrediens ortoq; a uespere cuncta reuoluens?
Offensus prauis dat palmam & præmia rectis

P. V. Maronis rosæ.

Er erat: & blando mordētia frigore mor
Spirabat croceo mane reuecta dies. (su.
Strictior eoos præcesserat aura iugales
Aestiferū suadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadrua compita ī herbis
Maturo cupiens me uegetare die
Vidi concretas per gramina fessa ruinas
Pendere: aut olerum stare cacuminibus
Caulibus & patulis teretes colludere guttas:
Et celestis aquæ pondere tunc grauidas.
Vidi pestano gaudere rosaria cultu.
Exoriente nouo rosida lucifero
Rara pruinosis canebat gemma frutetis.
Ad primos radios interitura die.
Ambigeres raperet ne rosis tūc aura ruborem.
An daret & flores tingeret orta dies.
Ros unus: color unus: & unū mane duorum:
Syderis & floris est domina una uenus
Forsan & unus odor: sed cēlsior ille per auras:
Diffatur: spirat proximus iste magis.
Communis paphiæ dea syderis & dea floris
Præcipit unius muricis esse habitum.
Mentum intereat: quo se nascentia florum
Germina comparibus diuiderent spatiis
Hæc uitet angusto foliorum tecta galero.
Hanc tenui folio purpura rubran otat.
Hec peperit prima fastigia celsa obelisci.
Mucronem absoluens purpurei capitis:
Vertice collectos illa eximabat amictus:
Iam meditans foliis se numerare suis:
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem.
Prodens inclusi semina densa croci
Hæc modo quæ toto tumlauerat igne comas
Pallida collapsis deseritur foliis.
Mirabat celerem fugitiua ætate rapinam:
Et dum nascuntur consenuisse rosas:
Ecce & defluxit rutuli coma punica floris.
Dum loquor: & tellus tacta rubore micat:
Tot species tantosq; ortus uariosq; nouatus:
Ipsa dies aperit conficit ipsa dies.
Cōquerimur natura breuis qđ gratia florū est.
Ostentata oculis ilico dona rapis.
Qua longa una dies: ætas tam longe rosarum
Quas pubescentes iuncta senecta premit.
Quā modo nascētē rutilus conspexit eous

declarat qui tam recte interpretatur hominem bonū & sapientem & merito appollini comparandus uide tur qui socratem sapientē solū iudicauit. Iudex. q iudicat se ipsū ad unguem. i. pfectionē nā metapho ra a marmorariis sumpta: q unguē sup marmora ela borata & plana facta ducunt. Quin & possumus de ducere ab his qui magna diligentia & consideratio/ ne aliquid faciunt. & in ipsa recogitāda ungues mor dent. Persius. Nec demorsos sapit ungues. Secu/ rus. sapiens non querit quid faciant proceres & cete/ ri homines. Rotundus. ois res rotūda perfectior ē Læuia. polita & ornata. Ille. sapiens. Cancri. cancer signū cæleste. ad quod xv. Kal. iulias sol acce dit per quod æstatē designat. Capricorno. capricor nus siguū cæleste ē cælo sacratū propter memoriam. A maltheæ capræ quæ iouē aluisse & lactasse prodi tur ad hoc signum sol accedit. xy. Calē. ianuarias. Tropicū. dicitur a tropi quæ ē conuerso. Eo. n. tem/ pore sol se conuertit & retrograditur. expēsat. se exa mine in medio spatio. Hiet ultra aperiet. se coeat uult uir sapiens quod uita sua sit æqua ex oī parte. A mussis regula siue linea qua latomi aut fabri utun tur sed late pro omni ordine sumitur. Delirare. a lv/ rā quæ sulcū significat componitur. & de præpositi/ one & errare atq; etiam sulcū & uiam regulam ince/ dere notat. Subest. omnis locus quē sapiens uult ēē solidum Decus ornamentum. Ratio. iudicium placu it miseratus si quem uidet egētē. Cur aliquē. cur pas sus sum dolorem nam cur ego potius ducor & uin/ cor malignitate nostræ quā doctrine prestantia. pra nis rebus leditur sapiens: bonis lætatur.

Er erat. Opusculū Virg. de rosa: in quo uir/ gines hortat ad uoluptatē pcipiendā & pa/ riter uiros itelligere possumus erudiri ad eta tis suæ cōmoda percipiēda. ita. n. pulchritudo & uir ginū decus præterit: & breue tempus sortitæ sunt si/ cut rosa quæ mane aperta & uiuacitatem ostendens peracto die languida & fragilis uero rubore deperdi to apparet. Ver. tempus ueris quo omnia florent. Reuecta reducta. Croceo purpureo propter auro/ re ruborē. Strictior. quia noctes sunt breuiores. Anticipare. ante capere. Quadrua. quadrata. Ri/ guis. asperis. Vegetare. uiuaciorē me esse. Pru/ inas. rores. Gramina. herbas. Guttas. cōgelatas Grauidas. caules oppressos pruinis. pestū oppidum i campania abundantissimū rosarum. Biferi. qua ro saria pesti. Lucifero. stella matutina. Canebat. albescebat. Rosida. plena rore ad primos radios qa quādo sol oritur rosa liquescit: Duoq; auroræ & floris color unus. ille. colo[illegible]floris. dea Venus dea flo ris stellæ. Murex. conchille quo tingitur purpu/ ra hæc rosa. Galero. appellat galerū illa folia qui/ bus uestitur rosa obeliscus Amianus Marcellinus di cit obelis cum lapidem asperrimum in[illegible]metæ cuiusdam sensim a proceritate in celsū consurgentē. esse. & ut radium imicetur Paulatim gracilescentem ipseque quadrata in uerticem productum augustum manuque artificis leuigatum: ad cuius similitudinē rosæ ipsius cubarē noster hic poeta obeliscum appel lat rosa uidetur obeliscus antequā apperiatur. Mu/ cronē. cuspidem. Illa. alia rosa explicabit amictus fo lia. quæ sunt tanquā amictus. Meditans cogitans.

Rosa quando est apta ut calathus ridens. i. lætus Rutilauerat. splenduerat. sed facta ē Pallida. Punica rubicunda. Rubore rosarū. Nouatus uouationes. iuncta cōiuncta & uicina. Aeuū suum. qa rosa uiuit longo tempore nomine & fama atq; gloria. Ouid. in amoribus Vēturæ memores iā nūc æstate senecte Sic nullū uobis tēpus abibit iners.

Domitii Calderini Veronensis commentarii in Pu. Virgilii Maronis Culicem.

Astor oues de more ad umbrā cōpellens ad fontē platanis & aliis arboribus in umbratā puenit huius aquam serpens bibere solitus illuc peruenit pastorem qui obdormierat repperit morsu impetere nitebatur. culex pastorem mordēs excitauit pastor culicē manu captā interemit & īdignatus postea q culicē suæ salutis causam interemerat iterū obdormiuit culicē in quiete uidet ei omnē inferorū orā mōstrantē excitatus denicq; somno ei sepulchrū miro instruit ornatu. Talia musas iouis & memoriæ filias Pœte tradunt alii tetis iouis ac Terræ ac cæli alii Homerum is esse asserit. Hesiodus nomina recensetuide licet Clio. eutherpe. Thalia: melpœmene: terpsicore: Erato: polymnia: Urania Calliope. Diodorus harū nominibus proprietatē ponit propter gloriā quæ poetarū laudibus oritur ob uoluptatē perceptā ab audentibus: quoniā poetarū laus longo tēpore uiret a melodia qua demulceant audientes oblectatio ob doctrinæ bōa. Quod docti amēt homines pœtæ īmortalitas ob suauitatē gloriā quod uiros doctos ad coelū tollat gloria. Quod cantus suauitate ceteras antecedens magis ab auditoribus extimentē. Phebus erit. phebus & Diana Latonæ & iouis filii phoebū lyram ab Mercurio accepisse ait higinus. Alma chimæræo non procul a carmileso monte lyciæ est connuallis quædam nomine chimæra a littore. Porrecta īmediterranea. hic finxerunt de mōstro chimera. quod occidit bellorophō. fabulatamen ē xanthus flumen quem prioresi sirbin uocabant ad decē stadia lembis nauiganti est latonæ tēplū ultra quod ad sexaginta stadia ē xanthus inter lycias urbes maximā olim Latonā cū filiis deueniss̄e: & ut sitim sedaret cō sedisse ppe paruū lacū: q & sub chimæra ē. est & chimæra liciæ mons qui flāmas uomit ab eo labitur xanthus qui descendit in phrigiā in radice mōtis patiū facit lacum: ad quem peruenit Latona cum filiis æstiuo tēpore ut sitim sedaret. Rustici id ægre ferentes lacū intrantes tur[illegible]auerunt aquam qui statim demutati sunt in ranas. Siue educat illū. luna legi noluit nō alma ut hoc sit quod diana præbuit se fie[illegible]. Seu decus astrigeri. id est iuppiter q educauit [illegible]num Nam libet pater & appollo idem eū ut ipse ait in geor. Liber ex alma ceres id est sol & luna. Seu qua parnasia rupes hinc. in parnaso Bœtiæ monte est uasta rupes. hæc uel numinis maiestate uel sitn honorem in sentibus generat. undique fere Præcepsi forma theatri recessus quo sonito uocesq; multiplices audiūt: hic ē appolinis delphici templū hic fons castalius musis dicatus has oras pieres natio

Hanc radiens sero ūespere uidit annum
Sed bene quod paucis licet interitura diebus.
Succedens æuum prorogat ipsa suum
Collige uirgo rosas: dū flos nouus & noua pu
Et memor esto æuum sic properare tuum. bes

P. V. M ad Octauium Culex.

Vsimus octaui gracili modulante thalia
Atq; ut arancoli tenuē formauimus orsū
Lusimus: hæc propter culicis sunt carmina dcā
Omnis ut historiæ per ludū consonet ordo
Notitræq; ducum uoces licet inuidus adsit
Quisqs erit culpare iocos musāq; paratus:
Pondere uel culicis leuior famaq; feretur
Posterius grauiore sono tibi musa loquetur
Nostra dabunt cū securos mihi tēpore fructū.
Vt tibi dignato poliantur carmina sensu.
Latonæ magnicq; decus iouis aurea proles
Phœbus erit nostri priceps & carminis auctor
Et recinente lyra fatuor siue educat illum
Alma chineræo xanthi perfusa liquore.
Seu decus astrigeri seu qua parnassia rupes
Hinc atq; hinc patula præpándit cornua frōte
Castaliæq; sonans liquido prælabitur unda
Quare pierii laticis decus ite sonores:
Naiades: & celebrate deum ludente chorea
Et tu sancta pales ad quam uentura recurrunt
Agrestum bona secura sit cura canentis
Aerios nemorum saltus feror inter & astra.
Et tu cui meritis oritur fidutia chartis
Octaui uenerande meis allabere cœptis
Sancte puer tibi nanq; canit nō pagina bellum
Phlegra gigāteo sparsa ē quo sanguine tellust
Nec centauros lapithas compellit in enses:
Vrit erichthonias oriens non ignibus arces.
Non perfossus athos: nec magno uincula pōto
Lacte meo querent iam sera uolumine famam
Non hellespontus pedibus pulsatus equorū.
Græcia cū timuit uenientis undiq; persas
Mollia sed tenui pede currere carmina uersu
Viribus apta suis pbœbo duce ludere gaudet
Hoc tibi sancte puer mortalibus & tibi certet
Gloria perpetuū lucens mansueta per æuum.
Et tibi sede pia maneat locus. & tibi sospes.
Debita foelices memoretur uita per annos
Grata bonis liceat sed nos ad cepta feramur.

Igneūs æthereas iam sol penetrarat in arces.
Candidaq; aurato quatiebat lumina curru
Crinibus & roseis tenebras aurora fugabat
Protulit e stabulis ad pabula læta capellas
Pastor: & excelsi montis iuga summa petiuit:
Lurida qua patulos uelabant gramine colles
Iam siluis dumisq; uagæ iam uallibus abdunt
Corpora iāq; omni celeres e parte uagante
Tondebant tenero uiridantia gramina morsu
Scrupea desertas hærebant ad caua rupes
Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis
Densaq; uirgultis auide labrusca petuntur
Hæc suspensa rapit carpente cacumina morsu
Hæc salicis lentæ uel quæ noua nascitur alnus
Hæc teneras fructicum sentes rimantur atilla
Imminet in riui prestantis imaginis undam
O bona pastoris: si qui non pauperis usum
Mente prius docta fastidat: & probet illis.
Omnia luxuriæ preciis incognita curis.
Que lacerant auidas inimico pectore mentes.
Si non assyrio fuerint his laura colore
Artalicis opibus data uellera. si nitor auri
Sublaqueare domos animum non angit auaq;
Picturæq; decus. lapidum nec fulgor in ulla
Cognitus utilitate manet nec pocula gratum
Alconis referent boetiq; toreuma indi
Cōchea bacce maris precio est à pectore puro.
Sepe super tenero procūbunt gramine corpus
Florida cum tellus gēmātis picta per herbas.
Vere notat dulcis distincta coloribus arua
Atq; illum thalamo lætum retinente palustri.
Ociaq; inuida degentem: ac fraude remota
Pollentemq; sibi uidi cum palmite lucens
Mollia pampineo subter coma uelat amictu.
Illi sunt gratæ rotantes lacte capellæ.
Et uenus: & fœcunda pales: & uallibus imis
Semper opaca nouis manātia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior æuo
Qnā qui mēte procul putas sensusq; probādo
Nō auidas agnouit opes nec tristia bella
Nec funesta tenet ualide certamina classis.
Quo spoliis dum sācta deū fulgētibus ornet:
Tēpla nec cuectos finem transcedit habēdi:
Aduersum sociis ultro caput hostibus offert
Illi falce deus colitur non arte politus

threitia habitauere: unde pierius fons & pierides mu
se nec Ouidio assentiamus qui dixit hoc nomē a fili
abus pieri cū eis certantibns & deuictis in picas mu
tatis musas accepisse. Phlegra sigāteo. phlegra.
silua & uallis est in thessalia ubi omues gigantes cō
tra iouem pugnauerunt: & fulminati ioue occisi sūt
cuius in fidem facem saxaq; adhuc ibi cernuntur. So
linus meminit Alia phlegra est in italia non longe
a cumis. Nec centauros lapithas lapithus Appoli
nis & Scilbiæ penei filius circa peneū flu. thessaliæ.
imperauit a quo illi populi lapithæ appellati sūt hīc
ex Cicerone phorbantem. & Periphantem liberos
suscepit. Periphas ex astigea octo liberos genuit na
tu maior Antion ex Aveiace ixionē procreauit & cū
proiecisset socerū in ardentem soueam a ioue purga
tus est tandem ausus interpellare iunonem de sūpro
interposita a ioue in forma iunonis nube ex ea cen
tauros procreauit Hos ferunt tanquam. Pyrithoi co
gnatos ab eo regni paterni partem petiisse. Quod re
nuenti bellū a Centauris illatum est quo sedato quū
Pyrithous Hippodamiam despondisset Thesco ad
nunptias ac centauris uocatis in humo ebrii fœmi
nis quæ in nuptiis erant stuprum inferre uoluere qua
iniuria permotus Theseus & lapitæ multis centau
ris peremptis reliquos ex ciuitate expulerunt. hāc ob
causam centauri una ad uersis lapithas pro fecti plu
res interfecere. Qui cædi superfuere: partim in pho
loen arcadiæ profecti sunt partim in malea habita
uerunt. Perfossus athos. Xerses persarum rex bel
lum contra græcos & præsertim. Athenienses gessit
cunq; persica classis ad eleuntem cheroneli stationē.
haberet. ne per desidiam torpesceret iussu regis mon
tem athon perfodere cepit adiuuantibus & accolis p
positi operi fuere arthaches Artachis filius & buba
res megateri filius est mons athos ingens ad mare p
tingit desinens in peninsule effigiē cum isthmo duo
decim stadiorum in quo est urbs sana nomine. Fossa
fiebat iusta sanā retro limitem. latitudinē fossæ duæ
triremes implebant strymon flu. cuius hostia prope
sunt pontibus uictus fuit. Non helespontus. hero
dotus li. viii. pons in helleſponto abidonusq; &
ston. vii. stadii spatio factus tempestate primum de
lapsus est mare indignatus Xerxes iussit helleſpon
tum trecentis uerberibus percuti & iacci compedes
mea stigmata & colaphos incuti cum barbara exe
cratione quasi dissecta pontis pœnas daret opis pre
positis caput præcidit aduocati alii triremē biremes
& tiremes simul. cccl x uersus euxinū pontū ab alte
ro latere. cccxiiii. ponto transuersas hæ anchoris ua
stissimus tenebatur reli[illegible]spatio inter ordinem na
uigiorū ut esset transitus nauibus in pontum. conti
nenti machinamenta lignea annexa fuere funibns li
no & scyrpo superimecte postea trabes fuere sup[illegible]s
imposuere nostrā facto hinc inde ag[illegible] aspectu
maris animalia transeuntia terrerentur octo dies con
sumpsere transeundo. Assyrio colore. Babilon as
syriæ diuerso colore intexuit Sed annorum astalus i
texere iuenit unum attalicū & attalicæ uestes & babi
lonicæ. Bis lauta. i. i colore pluries imersa. de eis
Tib. Sola puella. digna ē cui mollia charis uellera
det succis bis madefacta tiros. Domos. genitiuo casu
positura ē. nā Suetonii auctoritate Octauius augu.

Domus pro
domus

Fructo.

solitus est pronunciare domos pro domus in geniti/uo casus & senius ꝓ sinuus & pro stulto batedium. & ꝓ pullo pulelatiū. Virg. ut Octauio gratificaret eo/dē mō casū p̄mū ꝓnunciauit. Alcōis referent boeti/cq; toreuma toreumata sūt opa magnifice sculpta. Sal lustiusi catelinario: cū tabulas signa toreumata emūt Conchea bacca maris: Margaritas maxime īdus oce anus cert ut. Pli. meminit. Margarita genus cōchilii. est. Boeticq; toreuma. Pli. li. xxxiiii. dicit proroxi/mos a menitore fuisse boetū Agragata & Miem: quo rū oīum extāt opa in insula Rodiorum boetus apd lyndiā Mineruā. in tēplo agragas in tēplo liberi pa/tris in ipsa rhodo baccas cētauroscq; celatos in syphis

Hæc poculā gratū alconis. alcō Ouid. meminit in metha. nostrū argenteorū qui æneæ pateram celauer rat Craterē æneæ quē fabricauerat alcō Hileus & lō go celauerat argumēto Illi falce deus colitur. ac pria pū alludit de quo sic in obscœno carmine nō me pra/xiliteles scopas ne fecit. Hic sum phidiaca mana po/litus. sed lignū rude uillicus dolaui dixit mihi tu pri apus esto. Filius fuit ueneris & dionisii. Aegyptii aūt dicūt de Priapo scribētes isidē cū ceteris osiridis cor poris partes a titanibus dilaniari reperisset preter pu dēda quæ illi in flumen iecerant præcipisset sacerdo tibus pro deo coli ea in tēplo: quæ suspendi iussit. & ut Diodorus meminit nō modo in ciuitatū tēplis minime sed in agrestibus locis uinearū & hotrorum custos coli meruit fructuum fures falce castigans cui sacra cū ludo fiunt: appellatur etiā Ithyphalus & ti/phon. Ille c. l. il. p. thura. preter arabiā nullis ut pli ni. meminit ac ne arabiæ qdē uniuersæ: sed in ea tan/tum regione. que. Saba appellatur quod significare græci ministeriū uocant in hac ē pachaia regiuncula quædā spectat. n. saba ortus solis æstiui undiq; in ui/ci rupibus: & a dextra maris scopulis incessa id solū e rubro lacteū traditur Alexandro magno in pueri/tia siue persimonia thura aris ingerenti pædagogus. Leonides dixerat ut illo modo cum deuicisset turife ras gentes sacrificare. at ille arabia potius thure onu stam nauim misit ei large exhortatus ut deos adora ret. O pecus o panes &c. Inter ossam & olympum nemorosa planicies & conuallis est in Thessalia tē/pe uocant montibus circūdata olim palus. sed post ea quum Hercules fracto mōte dedit alueū nihil ame nius atq; delectabilius. secat enim planitiē pēus flu. semper liquidus. cuius ripæ arboribus inumbratæ. ab ea similitudīe poetæ ut meminit Probus. loca oīa amœna & delectabilia tempe appellauerunt: peneus aūt quinq; milia passuum longitudine & ferme lex latitudine ultra uisum h[illegible]mines attollentibus se dex tera leuaq; leuiter conuexis iugis inter sua luce uiri/dante allabit̄ uiridis calculo amœnus circa ripas gra mine canorus auium concentu. Solum non adeo fe/[illegible] iucundū aspectu ut uisentes ipsa amœ nitas alliciat. & inuitet. Fontis hamadriadum. Drys Plinio referēte nō quercus dicitur: sed robur quæ arbor est & species quercum durior tamen. Ha/madryades non quercum sed roborum deæ. & sacer dotes gallici qui uaticinabantur in roboribus diui/dæ appellati sunt. Aemulus ascreo pastor. s. q. poe tæ. i. Hesiodo. qui pastor fuit & pecudes pauit Oui. primo de arte docet: Pascenti pecudes uallibus asera

Ille colit lucos illi panchaica thura
Floribus agrestes herbis uariantibus adsunt.
illi dulcis adest requies & plura uoluptas.
Libera simplicibus curis huic imminet omnis
Dirigit hunc sensus hæc cura ē subdita cordi:
Qualibet ut requie motus cōtemptor abūdet
locundoq; locet languentia corpora somno
O pecus o panes o gratissima tempe.
Fontis amadriadum quarū non diuite cultu.
Aemulus ascræo pastor sibi quisq; poeta.
Securā placido traducit pectore curam.
Talibus in studiis baculo dum nixus apricas:
Pastor agit curas & dum non arte canora.
Cōpacta solidum modulatur harūdine carmē
Tendit euectus radios hyperionis ardor
Lucidaq; æthereo ponit discrimina mundo
Dum iacit occeanū flāmas in utrūq; capaces
Etiam compellente uagæ pastore capellæ
Iam sufurrantis repetebant ad uada lymphæ.
Que subter uiridem residebant cætula muscū
Iam medias operum partes euectus erat sol
Cū densas pastor pecudes cogebat in umbras
Et procul aspexit luco residere uirenti
Delia diua tuo quo quodam uicta furore
Venit nyctileum fugiens cadmeis agaue.
Infandas scelērata manus & cede cruenta.
Quæ gelidis bacchata iugis requierit in antro.
Posterius poenam nati se morte futuram.
Hic etiam uiridi ludentes panes in herba.
Et satiri driadesq; choros egere puellæ
Naiadum coetu tantum non orpheus hebrū.
Restantē tenuit ripis siluasq; canendo.
Quantū te penu remorantem diue chorea.
Multa tuo lætę fundentes gaudia uultu
Ipsa loci natura domum resonante susurro.
Quis dabat: & molli fessas resouebat in antro
Nam primū prona surgebant ualle parentes.
Aerie platanus inter quas impia lotos
Impia quæ socios ithaci merentis abegit
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus insigni curtu proiectus equorum.
Ambustos phaethon luctu mutauerat artus
Aeliades teneris amplexe brachia trunchis
Candida fūdebant tentis uelamina ramis
Posterius cui demophoon æterna reliquit

Perfida lamentandi mala perfida multis.
Perfide demophoon & nunc defende puellam
Quam comitabantur fatalia carmina quercus
Quercus ante datæ cereris quam semina uite
Illas triptolemi mutauit sulcus aristis
Hic magnum argoe naui decus edita pinus
Proceras decorat siluas. hirsuta per artus
Appetit aereis contingere montibus astra:
Ilicis & nigræ species: & læta cupressus:
Vmbrosæq; manent fugas hedereq; ligantis
Brachia fraternos plangat ne populus artus:
Ipsæq; excedunt ad summa cacumina lentæ.
Pingũtq; aureolos uiridi pallore corymbos:
Quis aderat ueteris myrtus non nescia fati.
Ad uolucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per uarios edunt resonantia cantus.
His superat gelidis manans e fontibus unda:
Quæ leuibus placidũ riuis sonat orta liquorẽ.
Et quãquam gẽmas auiũ nox obstrepit aures.
Hanc querulæ referunt uoces: quis nãtia limo
Corpora lympha fouet: sonitus alit aeris echo:
Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis
Et circa passim fessæ cubuere capellæ.
Excelsisq; super dumis: quæ leuiter afflans
Aura susurrantis possit confundere uenti.
Pastor ut ad fontes densa requieuit in umbrã:
Mitem concepit proiectus membra soporem:
Anxius insidiis nullis: sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem
Ni fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum uoluens ad tẽpus tractibus idẽ
Immanis uario maculatus corpore serpens
Mersus ut limo magno sub syderis æstu
Obuia uibranti carpens grauis aera lingua:
Squamosos late torquebat montibus orbes.
Tollebant auræ iuuentis ad omnia nissus.
Iã magis. atq; magis corpꝰ reuolubile uoluẽs
Attollit pectus nitidis fulgoribus: & se
Sublimi ceruice caput: cui tristia superne
Edita purpureo lucens maculator amictu
Aspectuq; micant flãmantia lumina toruo:
Metabat sese circũ loca. tũ uidet ingens
Aduersũ recubare ducem gregis acrior instat
Lumina diffundens intendere: & obuia toruo
Sępius arripiens infsendere. quod sua quisquã
Ad uada uenisset: naturæ comparat arma.

tuis. Radios hiperionis. regina qui etiam ob prudentiam & uirtutem magna mater appellata est thitee & cæli filia ex fratre suo hiperione in uirum assũptum lunam & solem genuit. poetæ tantum usurpauere ut patris nomen pro filio poneretur in utrunq; oceanum indicum: qui ab oriente & athlanticum ab occidente qui terras ab occidente contingit ut Mella ait. Elãmas capaces. nam solid um est in medio cursus spatio utrũq; complectitur oceanum & ideo flãmas capaces. Luco tuo delia diua. lucus erat sub cytherone monte: in quo erat garaphius fas ea qua sũt thessalica tempe: ubi se cum nymphis diana lauabat sed cum Actheon uoluisset uidere quid esse in fonte uidit dianam nudam ideo ab eadem Actheon ẽ mutatus in ceruum: & suis canibus dilaniatus atq; laceratus est Oui. in ibidem: Q uicq; uerecundæ specu, lantem labradianæ. idẽ de ponto in. v. Inscius actheõ uidit sine ueste dianam: Præda fuit canibus non minus iste suis. idem etiam in opere met. Diana delia a dicta delo insula: in qua nata est. Venit n. Nictilius Bacchus dicitur: quia eius sacrificia noctu fiebant. q̃ ex asia: prius in græciam: e græcia in italiam translata. Agaue Cadmi filia pentheum ex echione filium sacra Bacchi spernentem furore & Baccho instigata interemit: ubi ad se rediit pœnitentia ducta: & doloꝝ in antrum secessit sub citherone lacus est Dianæ. Orpheus. oeagri filius sono lyre sistebat flumina montes: & siluas mouebat. Hebrũ. Hebrus thraciæ flu.

Peneu. peneus thessaliæ flu. per tempe discurrens.

Aeria platanus. platanus arbor durat in multũ temporis spatium ut Pli. docet: aut enim est delphica platanus Agamẽnonis manu sata: & altera gargaphiæ arcadiæ luco in aulocrone q̃ ab apanica itur in phrygiam ostenditur platanus: ex qua pependit Marsias uictus ab Apollinæ: quæ iam cum magnitudine effecta est arbor enim est solum ad umbram uoluptatis causa cõparata. Quas impia lothos lothos arbor in quam eius nomine nymph a Neptũni filia fugiens Priapum dicitur conuersa: quam Pli. laudat est: alia quæ romæ ante domos ad umbrarum amœnitatem ponebatur. tibi sit eadem & nunc appellatur amarenus: quæ cærasa habet acria in obsoniis dulcia silus inquit Quos succo nobilis arbor & dulces poscit lothos minus hospita baccha. Diximus & de arbore lotho in ultimo de ponto: quam aphrica gignit. Nã Vlysses. c. ciconibus tempestate delatus est in aphricam unde uix abduxit socios qui gustauerãt fructũ lothi: in quam etiam conuersos fabulantur: unde Oui. iiii. de tristibus: Sic noua dulychio lothos gustata palato illo quo nocui grata sapore fuit. Helia des. solis filiæ dictæ sunt. Helios græci nos solem dicimus: inde heliades hæ cum phaetontem fratrem: qui antea Eridanus uocabatur & ideo padus in quẽ fluuium cecidit fulminatus eridanus [redacted] ploraſſent in populos conuersæ sunt: hinc ut in buxco. idem asseti erat in aluos dicens atq; solo procerasi erigit alnos: phæton enim Clymenes & Solis filius cum affectatum paternum currum regere nõ posset mundũq; incendisset a ioue fulminatus est: & in padum deiectus. Perfide demophoon. i. nunc defende

platanus

puellam. phyllis Lycurgi thraciæ regis filia Demophoonta Thesei athenienſis filium fere naufragum e bello troiano redeuntem excepit hoſpitio: fouit & claſſes eius amore capta reparauit: & data de coniugio fide Demophoon a puella primam reuiſere uno menſe rediturum impetrauit: & cum promiſſo tempore nõ rediiſſet: puella tum diu fleuit donec lachrymæ maturuerunt: & in arborem demutata ẽ: poetiq; amygdalum eſſe uolunt. Pli. ait puellam ſe in amygdalo ſiue frondibus ſuſpendiſſe & ſternutio auctore arborem tamen demum uiruiſſe cum reuerſi Demophoontis coniugis ſenſit amplexum amplexu cognito flores ſimul ac frondes emiſiſſe. licet Pli dicat nũquam uirere arborem: ex qua phyllis ſe ſuſpendit.

Quercus ante datæ. Ceres ut Pli. eſt auctor: frumenti uſum dedit & leges prima adinuenit: ideo legifera eſt dicta: antea enim rudis mortalitas glandibus ueſcebatur Triptolemus ut idem eſt auctor bouem & aratrum reperit: ut alia uolunt Briges Athenienſem Ouidius in quarto de põto ait: Quis mel ariſtæo: qs baccho uina falerna: Triptolemo fruges poma dat alcynoo. Ilicis & nigre. ilex arbor duplex ẽ ſed hæc de qua poeta loquitur dicitur a græcis ſimilaces folia habet ſimilia oleæ: glandem paruam. Myrthus non neſcia ueteris fati: myrthus in tumulum adhibebatur: & primo uiſa ut meminit Theophraſtus in tumulo elpenoris nauis Vlyſſis gubernatoris. & ideo Virgilius in Polydori tumulo: eam natam dixit. Plinius autem refert in ueliterno mirthus eſt conſpicue magnitudinis manu prioris aphricam ſata ſubeſt ſpecus: in quo manes eius cuſtodire draco traditur & iõ mirthus non eſt neſcia fati id eſt mortis. Corpora limpha fouet ſonitus alit aer iſ eccho. Ecchо uocalis nimpha garrulum admodum de multis uerbis id habet: ut nouiſſima tantum referat. Iuno cũ poſſet multas nimphas cum Ioue deprehendere iſtius ſæpius loquacitatem dum fugerent nimphæ retardata: quod animaduertens Iuno fecit: ut tamen in fine loquendi uoces. ingeminaret audita uerba reportet. Nec enim Nareiſum Liropes & Cephiſi filium tum. xvi. annũ agentem adamauit: cui cum uagaretur forte per deuia rura ſæpe loqui conata: nam repugnante deſtitit expectabat enim ut ille prius emitteret uocem: tandem ſeductus a fidis comitibo exclamauit puer ecqs adeſt idem reſpondit eccho: ſtupet hic. & conuerſus in omnes partes iterum huc ueni inquit nõ minus illa iterat: tandem puer hic coeamus. i. cõueniamus dixit libentius reſponſura nulli ſono coeamus rettulit eccho: & egreſſa e ſiluis eſt ut iniiceret manus ſperato collo. fugiens puer complexus Ante ait emoriar q̃ ſit tibi copia noſtri: & ſic quod fuerit ſpreta pudibunda tecta frondibus in ſiluis latet & antris: & dolore macie quæ conſumpto corpore ex ea tamen uox ſu[illegible] uere in ſaxa conuerſa ſunt: ſuccus corporis in aeream Tollebant auræ uehementiſ. Tollere eſt inferre: uel eleuare. Virgilio. iii. Geor. Tollentẽq; minas & ſibila colla tumentem & in primo æneidorum: Et mulcere dedit fluctus: & tollere uentos: auræ enim uires inferebãt. & eum ad omnia agilem faciebant. Iã q̃tit & biiugis oriens herebo cit equos nox. equi noctis ſunt nigri: diei candidi: ſolis ruffi:

Ardet mente: furit ſtridoribus: into nãt ore.
Flexibus & uerſis torquetur corporis orbis.
Manant ſanguineæ per tractus undiq; guttæ.
Spiritibus rumpit fauces: cui cuncta paranti
Paruulus hũc prior humeros conteret a lũnus:
Et mortem uitare monet per culmina namq;
Qua deducta genas pandebant lumia gẽmis.
Ac ſenioriſ erat naturæ papula. telo
Icta leui: tum proſiluit furibundus: & illum
Obtritum morti miſit: cui diſſitus omnis
Spiritus exceſſit ſenſus: tũ torua tenentem
Lumina reſpexit ſerpentem comin9 inde
Impiger exanimus uix compos mente refugit:
Et ualidum dextra truncum detraxit ab ore.
Qui caſus ſociaret opem: numen ue deorũ
Prodere ſic dubiũ uoluit ſed uincere telaſ
Horrida ſquamoſi uoluentia mẽbra draconis
Atq; reluctantis crebris: fœdæq; perentis
Ictibus oſſa feriſ cingunt: qua tempora criſtæ.
Et quod erat tardus omni languore remoto.
Neſcius aſpicienſ timor obcæcauerat artuſ.
Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
Quèm poſtquã uidit cæſũ langueſcere: ſedit:
Iã quatit: & biiugis oriẽs herebo cit equos nox:
Et piger aurato ueſper procedit ab oeta.
Cũ grege cõpulſo paſtor duplicantibus ũbris
Vadit: & in feſſos requiem dare cũparat artus
Cuius ut intrauit leuior per corpora ſomnuſ.
Languidaq; effuſo requierũt membra ſopore
Effigies ad eũ culicis deuenit: & illi
Triſtis ab euentu cecinit conuitia mortis:
Inquit: quid meritis: ad quæ dilatuſ acerbas
Cogor inire uices: tua dũ me carior ipſo
Vita fuit uita. rapior per inania uentes.
Tu lentus refoues iucũ da membra quiete
Ereptus de terris e cladibuſ: ad mea manes
Viſcera lethæas cogũt tranſnare per undas.
Præda charontis agor. uidet ut flagrãtia tædis
Lumina collucent infeſtis omnia templis.
Obuia tiſiphone ſerpentibus undiq; compta:
Et flãmas. & ſæua quatit mihi uerbera pœna
Cerberus: & diris flagrant latratibus ora:
Anguibus hinc atq; hic arent cui colla reflexis
Sanguineũq; micant ardorem luminis orbes.
Heu quid ab officio digreſſa eſt gratia: cum te
Reſtitui ſuperis læti iam lumine ab ipſo:
Præmia ſunt pietatis ubi: pietatis honores

In uanas abiere uices: & rure recessit
Iustitiæ prior illa fides: instantia uidi
Alterius sine respectu mea fata relinquens:
Ad pariles agor euentus: fit pœna merenti:
Pœna sit exitiū modo sit. cum grata uoluntas
Existat officium: feror auia carpens:
Auia cimerios inter distantia lucos:
Quem circa tristes densentur in omnia pœnæ
Nam uictus sedet īmanis serpentibus othos
Deuictus mœstus procul aspiciens ephialten:
Conati quondam cum sint incendere mundū
Et tityos latona tuas memor anxius iras
Implacabilis ira iacet uiuus alitis esca.
Tereor a tantis insistere tereor umbris:
Ad stygias reuocatus aquas: uix ultimus anni
Restat nectareas diuum qui prodidit escas:
Gutturus arenti reuolutus in omnia sensu.
Quid saxū procul aduerso: q monte reuoluit:
Contēpsisse dolor quē numina: uincit acerb9
Ocia quærentem frustra sub lite puellæ.
Ite quibus tædas accendit tristis erynnis:
Si hymen præfata dedit connubia mortis:
Atq; alias alio densat super agmine turmas
Impietate fera: cum cernam colchida matrem
Anxia sollicitus meditantem uulnera natis.
Iam pandionias miserandas prole puellas:
Quarū uox querula ē: supat qđ bistoni9 rex.
Orbus epops mœret uolucres euect9 in auras
Ad discordantes cadmeo sanguine fratres
Iam truculenta ferunt: infesta q; lumina corpus
Alter in alterius iamq; aduersus uterque
Impia germani manat quod sanguine dextra:
He heu mutādus nunquā labor: auferor ultra
In diuersa magis distantia lumina cerno.
Elysiam tranandus agor delatus ad undam:
Obuia tisiphone comites heroidas urget
Aduersum perferre faces alcestis ab omni.
Inuiolata uacat cura: quod seua mariti
Hic calcedonias admeti cura morata est.
Ecce ithaci coniunx semper decus una charōtis
Fœmineum cōcepta decus manet: & pcul illā
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum
Quin misera eurydice tanto mœrore recessit:
Pœnaq; respectus: & nūc manet orpheus in te
Audax ille quidem qui mitem cerberon unquā
Credidit. aut illi ditis placabile numen.

lunæ alter niger alter albus P omp. Et nullos lunam habere dixit autem nox est umbra terræ: nam cū terræ apponitur soli nox est. & nisi interueniat sol ut Catullus dixit nox est. Et piger aura. u. p. ab oeta. oetha Thessaliæ mons · q mare tingituersus Athicā regionē in quo obustus Hercules fuit: aquo occidēte .n. sole stellas credunt oriti sicut mane sol exoriri uī ab ida troadis monte: ut Lucretius ait uesper: ut meminit. M. Varro a plauto uesperugo dicitur ut uesp uesperugo uespere uergilie occidunt. A pacuuio luci fer iubarq; quod iubata sit stella tempus in utrunq; uesperum & luciferum uolūt tempus esse noctis: sed Catellus dicebat omnes tenebras nominare noctem

Ereptus de terris e claudibus ād mea manes. manes dii inferi dicuntur ab eo quod dicebant antiqui manon hoc est bonum: non quod boni fūt: sed quia bonos putabant quibus animas cōmendabāt. & manes apellauerunt: hinc īman e non bonum id est horrēdum & asperum dicitur. dehinc etiā mane diei principium dicitur: quod Marcus Varrio & ab eo qđ cū manat ab oriente dies ab eo & homines nam luce & mane apud Ro. dicti sunt & lucii & manii. Lumia collucent infernis. templum tribus modis dicitur ut M. Varro asserit ab natura. ab auspiciis: ab similitudine. natura in cælo: ab auspiciis interra: ab similitudine sub terra: in cælo templum dicitur ut ī Hecuba magna templa cæli tum cōmixta stellis splendidis ī terra ut periboea serupea saxa bacchi templi prope egreditur sub terra ut in andromacha acherusia templa alta orci saluete infera: Quod cæli est q̄ttuor partes ducitur: sinistra ab oriente: dextera ab occasu: antica ad meridiem: postica ad sepetētriorem: sub terra templum atterendo circa cellum qua atuimur dictū est templum. Et titios latona. Titius Iouis filius ex helcro orcomeni: quia interpellaret Latonam de stupro adactus ad iferos ab Appolline dat pœnas: nam eius semper consumptum renascens iecur uulteres diripiunt. Ad stigias reuocatus aquas: tātulus Iouis filius rex paphlagoniæ ioui. Mercurio: & Cereri hospitio exceptis filium Pelopē epulandum dedit. abstinuere dii. Ceres bracchium quod deuorauerat restituit eburnum patrem dii apud inferos hunc affecere supplicio: ut sitiens aquam quam habet ad mentum nō possit degustare: & esuriēs poma supra ceruicem pendentia excerpere non possit. alii uolūt ideo dare pœnam Tantalum quod admissus ad deorum secreta: & mistica sacra eauulgarit. Auia cimerios iter. d. lucos. cimerium fuit uetustissimum oppidum prope cumas ad Acherusiam paludē ubi est descensus ad īferos: ideo cimerios lucos in inferno usurpauit. habitauere & illic populi Cimerii egrediētes cauernas & non egredientes: nisi nocturno tempore erāt hi saeerdotes dantes oracula deleti a campano rege cum semel essent mentiti oraculum. Deuictus procul asp. ephialtē. alous Titanis filius ex uxore Iphimeride uiolata a neptūno duos pueros gīrauit ephialtem & Othon: hi singulis diebus crescebant: unde superbia moti Iouem ad pugnam interpellauerunt qua re iuppiter indignatus apud inferos deiectos perpetuis afficit cruciatibus. Virgilius. vi. ænei. Vidi & aloidas geminos īmania uidi Corpora qui manibā

dat penas

magnum rescindere cælum Aggressi superisq; Iouẽ detrudere regnis. Quid saxum procul aduerso qui monte reuoluit. Sisyphus Corynthi quæ tunc ephyre dicebatur rex æoli filius: & creuntis pater hospites coacti cum illi pedes lauarent nacto tempore in opere præcipitabat in mare Qua apud inferos saxũ a montis uertice ad radices præceps continuo: deide & in sublime euoluere coactus est hunc Theseus uicit. Oeia quærentes frustra sub lite puelle. Danaus Beli filius. L. filias ægysti fratris totidem coniuges totidem coniuges dare negans ex ægypto pulsus primo magna naui argos nauigauit: & Steneleo pulsus argis præfuit ægystus filiis insequi iussit: ac ne redirent nisi interempto fratre. Danaus ut se liberaret p̃ misit nuptias. admonuit uero filias ut noctu maritos trucidarent: omnes efficiũt præter Hypimestram quæ Lino siue lineo pepercit. Sic hymen præfata. hymen Bacchi & Veneris filius ut Capella tradit desperatus puellæ cõnubia per littora solus uagabatur piratæ qui ad sacra eleusine Cereris proficiscentes uirgines rapuerant: capiunt & puellæ liberantur in primus himen atheaas uenies hoc detulit: & nuptias ob beneficium a matre puellæ impetrat: quã ob felicitatem ut in nuptiis Iunonis memoriã hymen uocarent athenienses constituere. ut apud Ro. Thalassio. Anxia solicitis meditantem uulnera natis. Medea oetæ regis colchorum ex Perse filia: quod iason eius uir Creusam Creontis corinthiorum filiam in uxorem accepererat: se se spretam ægre ferens uiro coram duos natos didimum & Thessandrum interemit relicto' Thessalo: a quo thessalia dicta est: hinc uicta draconibus ad Aegeum fugit. Iam pãdionias miseranda &c. Pandion athenarum rex filiam progne Thereo Thraciæ regi seu Mægaræ uxorem dedit. hic alteram eius sororẽ stuprauit: quia cognita Progne una cũ Philomela sorore Ithin filiũ epulandum patri Thereo posuerũt: quærit Ithim pater sæpius intercoenandum. Progne ait quæ pascis itus habes Philomela uero pueri cruentum caput offert & repulsa mensa ambas ense insequitur. & sic se se p̃cipitantes præ dolore Progne in hirundinem: Philomela in auem lusciolam: Ithis in carduellum seu phasianum: Thereus ĩ cristatam auem: quæ regum decus ostendat uertitur nomine opops: unde Ouidi. meta. libro sexto: Vertitur in nolucrem cui stant in uertice cristæ: Prominet in modicum pro longa cuspide rostrũ Nomen epops uolucri facies armata uidetur. At discordãtes Laius Cadmi pronepos Aedipodam generat: Aedipodes Etheoclem & Polinicẽ ex locasta propria matre eos relinquit: ut alternis regnarent annis Etheocle[illegible] olicini regnum non restituit: sed exulem facit. confugit ad Adrastum argorũ regem: & accepta filia argia in uxorem conspiranti, [illegible] eo Thideo: Perthenopeo Adrasto Amphi Hippome[illegible]: & Capaneo regibus: qui pari fato occubuere præter senem adrastum Polinices nõ mutuis uulneribus cum etheocle fratre occubuit indullo: mansitq; defunctis discordia. Nam cum cremarẽtur pira seq; in duas diuisit partes. Ecce Ithaci iunx semper decus una charontis. penelope Icari: seu icarii natis filia errantem Vlyssem coniugem per decẽniũ

Nec timuit phlegetõta furẽs ardẽtibus undis
Nec mœsta obtentu ditis ferrugine regna.
Defossaq; domos: ac tartara nocte cruenta
Obsita: nec faciles ditis sine iudice sedes:
Iudice: qui uitæ post mortem indicat acta.
Sed fortuna ualens audacem fecerat orpheam.
Iam rapidi steterant amnes & turba ferarum
Blanda uoce sequax regionẽ insederat orphei.
Iamq; unam uiridi radicem mouerat altæ
Querc9 humo: steterãt amnes syluæq; sonoræ
Sponte sua. cantus rapiebant cortice amara.
Labentes biiuges etiam per sydera luna
Pressit equos: & tu currentus menstrua uirgo
Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
Hæc eadem potuit ditis te uincere coniunx
Eurydicemq; ultro ducendam reddere. nõ fas
Non erat inuiram diuæ exorabile mortis.
Illa quidem nimium manes experta seueros
Præceptum signabat iter: nec rettulit inter
Limina: nec diuæ corrumpit limina lingua:
Sed tu crudelis: crudelis tu magis orpheu
Oscula cara petens rupisti iussa deorum.
Dignus amor uenia gratum si tartara nossent
Peccatum meminisse graue: & uos sede piorũ:
Vos manet heroum cõtra manus. hic & uterq;
Aeacides. peleus nanq; telamonia uirtus
Per secura patris locantur numina: quorum
Connubiis uenus: & uirtus iniunxit honorem.
Hunc rapuit feritas: illum nereis amauit.
Assidet: ac iuuenis sciat te gloria sortis.
Alter in excessum referens a nauibus ignis
Argolicis. phrygios torua feritate repulsos.
O quis non referat talis diuortia belli:
Quæ troiæ uidere uiri: uidereq; graii
Teucria cum magno manaret sanguine tellus:
Et simois: xantiq; liquor: sygæaq; præter
Littora cum troas sæui uos hectoris ira
Viderit in classes inimica mente pelasgas
Vulnera: tela: neces: ignes inferre paratos.
Ipsa magis: nanq; ida potens feritatis: & ipsa
Datq; face[illegible] altrix cupidis præbebat alumnis:
Omnis ut in cineres rhetei littoris ora
Classibus ambustis flamma lachymãte daret
Hinc erat oppositus contra telamonius heros
Obiectoq; dabat clypeo certamina. & illinc
Hector erat troiæ summum decus: acer uterq;

Fulminibus cælo ueluti fragor editur enſe
Tegminibus: teliſq; ſuper: ſygæaq; præter
Eriperet reditus: alter uulcania ferro
Vulnera proiectus depellere nauibus inſtat
Hoc erat æacides uultu lætatus honore:
Dardaniæq; alter fuſo quo d ſanguine campus
Hectora luſtrauit uictor de corpore troia
Rurſus acerba fremit: pis hũc qđ lætat: & huiꝰ
Arma dolis ithaci uirtus quod concidit icta.
Hinc gerit euerſos proles laertia currus
Et iam ſtrymonii rheſi: uictorq; dolonis
Pallade iam lætatur ouans: rurſuſq; tremiſcit
Pamoicon: aſiamq; horret leſtrygones atrox.
Illum ſcylla rapax canibus ſuccincta moloſſis
Aetnæuſq; cyclops illũ: metuenda charybdis:
Pallanteſq; lacus: & ſquallida tartara terent.
Hic & tantaleæ gener æacus amplus atridæ
Aſſit argiuum lumen: quo flamma tegente
Oris erichthonias proſtrauit funditus arces:
Reddidit heu grauius pœnas tibi troia: furenti
Helleſpontiacis obiturus reddidit undis.
Illa uices hominum teſtata eſt copia quondã:
Ne quiſq; propriæ fortunæ munere diues:
Iret in æternum cælum ſuper omne: propiquo
Frangitur inuidiæ telo decus ibat in altum:
Bis ergo repetens patria: ditataq; præda.
Arcis erichthoniæ comes huic erat aura ſeda
Per placidum curſu pelagus nereis ad undas
Signa dabat: pars inflexis ſuperacta carinis.
Cum ſeu cæleſti fato: ſeu ſyderis ortu
Vndiq; mutatur cæli nitor: omnia uentis:
Omnia turbinibus ſũt anxia: iam maris undã
Syderibus certat cõſurgere: iamq; ſuperne
Corripere & ſol: & ſydera cuncta minantur:
Ac uenit in terras cæli fragor hic modo læta
Copia nunc miſeris circundatur anxia fatis.
Immoriturq; ſuper fluctu: & ſaxa caphareis:
Euboicas & per cautes ęęicaq; late
Littora cum phrygię paſſim uaga pręda pacta
Fluctuat: ęquoreo omniſ iã naufraga fluctu.
Hic alii ſidunt pariles uiri uitis honore
Heroes: mediiſq; ſiti ſunt ſedibus omneſ:
Omnis roma decuſ magni quos ſuſcipit orbiſ:
Hic fabii deciiq; hic eſt oratia uirtus:

ſumma caſtitate expectans: per eos omnes quos ha/
bebat multos & præſertim eridamanta ſumma una
cõſtantia reppulit. dicímus Icarion & Icarius nomi/
nandi caſu. Hic calcedonias admeti. calcedon mega
renſium urbs eſt prope conſtantinopolim ſatis condi
ta ſed ſterili loco. caleedonii cæci appellati: quod ne
glexerunt locum fertilem & amoenum ubi Bvxanti
um poſtea conditum Aduerſum perferre faces al/
ceſtis ab omni. alceſtis ſeu alceſte Perilei filia nupſit
diueto phereorum regi: ex quo genuit eumelum: qui
in be lo troiano fuit hæc contingebat marito mor/
tem ex oraculo cũ alii ex propinquis recuſarent: ſpõ
te ſubiit. Quidam miſera eurydice tanto. Eurydice
Thalonis filia uxor Orphei icta ab angue cum eam
inſequeretur ariſtæus periit Orpheo dolentia Pro/
ſerpina conceſſa in culpa eius ablata: qua ꝓpter Eu/
rydice ad campos helyſios tranſlata eſt & Orpheus
apud inferos pro ea dat pœnas. alter in exceſſum re/
ferens a nauibus ignes argolicis phrygios. Hector ꝓ
greſſus ad naues ignem in prora iacere ac ſæuire incẽ
diis ceperat: territi græci reſiſtere non poterant. aduo
luti omnes ad genua agallis auxilia implorãtes. hoc
tempore rediens aiax e phrygia ſæuientem reſpexit
Hectorem primo impetu hoſtem nauibus reppulit:
& extincto igni ipſum Hectorem ictu ſaxi turbauit:
proſtratum eripuere e manibus aiacis troiani: & ſe/
mianimem tulerunt intra muros. aiax uictor fugien
tes inſequebatur non ſine magna ſtrage. Sygæaque
præter. ſigæum urbs fuit i littore etiam auguſti tem/
pore diruta in ea nauale achiuoꝝ & portus: & achai
ca caſtra: prope etiam lacus erat. Ida. mõs troadis.
Rhethei littoris ora. P linius ait mille qningẽtis paſ
ſibus remotum a portu Illium ẽ ĩmune: nam omnis
rerum claritas apud poetas extra ſinum ſunt Rhoe/
thea littora habitata his oppidis Rhoetheo: darda/
nia: ariſbe Et iam ſtrimonii. ſtrimion. fluuius thra
ciæ: eius hoſtia ſunt ad radices athi montis. Rhoeſi
Rhœſus rex Iouis filius affinitate iunctus erat Pria
mo: tum mercede conductus auxilium ferebat: & ꝑ/
us q̃ copias auxiliares illio inferret: interfectus fuit.
Nam paulo ante captus erat Dolon uir troianus
qui tortus ab Vliſſe confeſſus eſt affuturũ Rhœſum
& oraculo nunciatum ſi eius equi bibiſſent Xanthi
aquã fore Troiam æternam: & nõ poſſe expugnari.

Domitii Calderini Commentarii in Culicem
Maronis Finis.

Hic & fama uetus nunquã moritura per æuũ
Curtius: & mediis quẽ quõdam sedibus urbis
Deuotum bellis consumpsit gurges in unda
Mutius: & prudens ardorẽ corpore passus
Legitime gessit cui fracta potentia regis.
Hic curius claræ socius uirtutis: & ille
Flamminius deuota dedit qui corpora flãmis
Iure igitur talis sedes pietatis honores
Istic scipiadasq; duces deuota triumphis
Mœnia quos rapidos libycæ carthagis horrẽt
Illi laude sua uigeant. ego ditis opacos
Cogor adire lacus uiduos a lumine phœbi:
Et uastum phlegetõtã pati: quos maxia minos
Conscelerata pia discernit uincula sede.
Ergo quam causam mortis: quam dicere uitæ:
Verberibus sæuæ cogunt abiudice pœnæ:
Cum mihi tu sis causa maligne: conscius adsis.
Sed tolerabilibus curis hæc immemor audis.
Et tamen in uanis demitte somnia uentis.
Digredior nunquam rediturus: tu cole fontes:
Et uirides nemorum siluas: & pascua lætus:
Et mea diffusas rapiuntur dicta per auras.
Dixit: & extrema tristis cum uoce recessit.
Hunc ubi sollicitum dimisit inertia uitæ:
Interius grauiter mentem æger: nec tulit ultra
Sensibus infusum culicis de morte dolorem.
Quantumcunq; sibi uires tribuere seniles:
Quis tamen infestũ pugnas deuicerat hostem
Riuum propter aquæ uiridi sub frõde latentẽ
Conformare locum capit ipiger hũc: & in orbẽ
Destinat: ac ferri cupidum repetiuit in usum
Gramineam uiridi foderet de cespite terram.
Iam memor inceptũ peragens sibi cura laborẽ
Congestũ cumulauit opus: atq; aggere multo
Telluris tumulus formatum creuit in orbem:
Quẽ circũ lapidẽ leui de marmore formans
Conserit assidue curæ memor: hic & acanthos:
Et rosa purpureo arescit rubicunda colore:
Et uiolæ omne genus: hic est & spartica myrto
Atq; hiacynthos: & hic cilico crocus edit aruo
Laurus itẽ phœbi deo exurgẽs rhodo daphnæ
Liliaq;: & roris nouania cura marini.
Herbaq; thuris opes priscis imitata sabinis:
Chrysantusq;: hederæq;: nitorq; pallẽte coribo
Et bacchus lybię regis memor. hic amarãthus:

Bumastusq; uirens. & semper florida pinus.
Non illic narcissus abest: cui gloria formæ
Igne cupidineo proprios exarsit in artus.
Et quoscunq; nouant uernātia tempora flores.
His tumulus sup inseritur: tum fronde locat
Elogium: tacita quod firmat littera uoce.
Parue culex custos pecudum nil tale merenti
Funeris officium uitæ pro munere reddo.

P. V. Maronis diræ: id est carmen execratorium ad battarem.

Attare cygneas repetamus carmine uoces
Diuisas iterum sedes: & rura canamus
Dura quibus diras indiximus impia uota.
Ante lupos rapient hædi: uituli ante leones:
Delphini fugient pisces aquilæ ante columbas
Et conuersa retro rerum discordia gliscet
Multa prius: fuerit q̄ non mea libera auena.
Montibus & siluis dicam tua facta lycurge
Impia: trinacriæ sterilescant gaudia nobis.
Nec fœcunda senis nostri fœlicia rura
Semina parturiant segetes: nōn pascua colles:
Non arbusta nouas fruges: nō pampinus uuas
Ipse non siluæ frondes non flumina montes
Rursus: & hoc iterū repetamus bactare carmē
Effœtas cereris sulci condatis auenas.
Pallida flauescant æstu sitientia prata:
Immatura cadant ramis pendentia mala.
Desint & siluis frondes: & fontibus humor:
Nec desit nostris deuotum carmen auenis.
Hæc ueneris uario florentia serta decore
Purpureos campos quæ pingit auena colore:
Hinc auræ dulces: hinc suauis spiritus agri
Mutent pestiferos æstus: & terra uenena.
Dulcia non oculis: non auribus ulla ferantur.
Sic precor: & nostris superet hæc carmia uoris
Ludimus: & multum nostris cantata libellis
Optima siluarum formosis densa uiretis
Tondemus uirides umbras: nec læta comātes
Iactabis mollis ramos inflantibus auris.
Nec mihi sæpe meū resonabit battare carmen
Militis impia cū succedit dextera ferro:
Formosæq; cadent umbræ: formosior illis.
Ipsæ cades iterum domini fœlicia ligna
Nequicquam nostris potius deuota libellis
Ignibus æthereis, flagrabit iuppiter ipse:

Domitii Calderini Veronensis in diras. P. V. Maronis enarratio.

Attare cygneas. summa opusculi huius est talis. Quum bello ciuili inter. M. Antonium & Augustum habito Cremonē ses. M. Antonio fauissent: uictoria potitus Augustus in eos ultione puniendos animum direxisset: Arium centurionem misisse traditur diuidēdos inter milites cremonensis populi agros: sed cum non sufficissent: & uicinorum mantuanorum agros diuisit. Quo circa Virgiliani agri inter alios militibus dati sunt: quod ægre ferens Maro non solum propter deperditos agros: uerum etiam propter amicam Lydiam in mantua derelictam hoc epusculum scripsit Vergilius: & diras appellauit: hoc est malæ fortunæ imprecationes in hostes factas: Dirigit autem ad Battarum non uicum ut aliqui male sentiunt: sed sicut pōt ex uerbis Virgilii colligi battarus arbor erat in agro uirgiliano: itaque fagum de qua in bucolicis scribit intelligimus: Repetamus. quia scripserat mortem culicis lachrymabilem. Cygnus. olor etiā appellatur auis est alba: & cum ad mortem peruenit maximo dolore agitur: adeo ut flere uideatur: hinc Ouidius in fastis de Arione loquens ueluti canentia dura Transfixus pēna tempora cantat olor. significat igitur hoc loco lachrymabiles uoces se reperiturum de amissionē agri fui: quales culex super ægerat Sedes. rura mea diuisa ira milites. Quibus. agris. Battaro

Indiximus. deuouimus. Diras. imprecatiōes. Ante lupos. omnia sunt in contrarium quod est impossibile. Gliscet. crescet. Auena. p stilo poetico & scribendi charactere accipitur: est. n. herba inter frumenta nascens a crescēdi auiditate auena appellata est. Cygnus

Montibus & siluis. quia & mons circundabat arua. Virgilii. hinc in bucolicis Prigus captabis opacum & albi Qua se subducere colles incipiunt: mollique iugum demittere cliuo. Lycurge. rex thraciæ: qui quū sacra Bacchi sperneret falce genu subsecuit suū: dicit ergo tale omen Ario se dicturum: & milienum torum nominabant cum in quo ager contigerat Virgilianus. Trinacriæ. dicit postquam sibi ablati sūt agri talis eos sequatur sterilitas: qualem habuerunt siculi: cum inde Proserpina a Plutone fuisset rapta.

Senis nostri. patris mei Virgilii: qui dicebatur Rufacus rex. Sulci. uos sulci agri abscondatis. Effœtas. uacuas. Cereris. frumenti. Æstu. in æstate sūt omnia pestifera. Oculis. neq; audiantur: neq; uideantur aliqua dulcia. Optima. tu battarus. Viretū. Virgultum. Dextera. militis Arii. Iuppiter. aer. Boreæ thracis. quia bo[illegible] flat ex thracia quæ est in

septentrione. Immania imaniter. Fulua caligine. respicit puluerem qui solet agente uẽto caligare oculos. Tua silua. ex te arbore facta. Cyaneo. non a colore cælesti: sicut quidã interpretati sunt dixit: sed a cyaneis petris in regione pontĩ frequenter se mouẽtibus epithetũ traduxit: ut ita ex motu æris & uentorum ipsius arboris mouentur huc atq; illuc traherẽtur: & implerentur: ueluti cyanææ insulæ. Lydia. Lidiam enim amicam Virgilii nõ nomine proprio sed placabilem notare uoluit. nusquam enim meretrices placabiliores q̃ lydia reperiuntur: ut non solum a fututoribus precia exigant quinimo illis persoluant. Pascantur. deuorentur. Auræ. uentorum. Transuolet. eripiatur & radicetur. Metata. mensurata & quæ metã facit. Pertica lignea. Vnde. aquas mintii fluuii declarauit: & littus nõ solum maris: uerum & fluminis dici posse. Accipite. audite. Neptũnus. mare ipsum transeat in arua mea. Pastos. consumptos. Barbara. silua dicitur barbara: & syrtes loca eẽ africæ fines ægiptum uersus periculosissima a syrtin dicta. quod est trahere. Est enim inæqualitas maris & terræ magna & in uno loco profundissima in alio uero satis uadosa: spiranteq; uento cumulus harenæ qui supra mare fuerat in profundissimas residet ualles: & qui deprimebatur mox super aquas aggeritur & sunt Syrtes maiores & spatio passuum ducentoꝝ quinquagiuta milium. Seperantur. minor a carthagine trecentis milibus passuum distat & totidem ambitus. Maior uero quadringentis. xxv. milibus passuum. Seruius uero ubicũq; harenosa in mari sunt loca syrtes asserit uocitari: Barbara. aspera inculta & alta syrtis. i. tota harenosa. Dicuut. homines portẽta nasci tumenti mari. Nigro. turbato & procelloso

Agat hæc. faciat hæc portenta Neptũnus amando
Fuscum cinerem. terrã nigram. Dicant. mea rura uideantur esse quoddam mare turbidum. Minus infundimus. minus damus o Neptũne tuis altaribus q̃ debeamus fac tu o Battare quod fontes tui spargant̃ per arua mea: ut uideãtur mare retro currentibus undis. Sinant edire. i. faciãt quod semper sint in meis agris errores id est inundationes fontium. Caua cõcauitatem. Grillus. id est sit rana in eo loco ubi stabant grilli. Minantes. i. milites qui minantes nobis terreant̃ talibus imbribus: & cogant̃ relinquere meos

Iuppiter hanc aluit. cinis hæc tibi fiat oportet.
Thracis tum boreæ spirent immania uires.
Purus agat mixtam fulua caligine nubem
Africus. imineat nimbis mutantibus hymber:
Cum tua cyaneo resplendens æthere silua
Non iterum dicens herebo tua lydia dixit
Vicinæ flammæ rapiant ex ordine uites.
Pascantur segetes diffusis ignibus auræ.
Trãsuolet arboribus: cõiungat & arbor aristas
Pertica: quæ nostros metata est impia agellos.
Qua nostri fines olim cinis omnia fiat.
Sic precor: & nostris superẽt hæc carmĩa uotis
Vnde: quæ nostris pulsatis littora lymphis:
Littora: quæ dulcis auras diffunditis agris:
Accipite has uoces: migret neptunnus in arua
Fluctibus & spissa campos perfundat harena.
Qua uulcanus agros pastor iouis ignib9 arcet
Barbara dicatur libycæ soror altera syrtis.
Tristius hoc memini reuocasse battare carmẽ.
Nigro multa mari dicunt portenta natare:
Monstra repentinis terentia sæpe furoris:
Cum subito emersere furenti corpora ponto.
Hęc agat infesta neptunnus cęca tridenti.
Atrum conuertens æstũ maris: undiq; uentis.
Et fuscum cinerem canis exhauriat undis.
Dicãtur mea rura. ferrũ: mare: nauta cauẽto
Rura quibus diras indiximus impia uota.
Si minus heu neptunne tuis infundimus aris:
Battare fluminibus tu nostros tradere dolores
Nam tibi sunt fontes: tibi flumĩa semp amica
Nil est quod perdam ulterius. merita oĩa dici.
Flectite currẽtes lymphas uaga flumina retro.
Flectite: & aduersi rursum diffundite campis.
Incurrant amnis passim remeantibus undis:
Nec nostros exire sinas erroribus agros.
Dulcius hoc: memini. reuocasti battãre carmẽ
Emanent subito siccęa tellure paludes.
Et metat hinc miles spicas ubi legimus olim?
Occuper arguti grylli caua garrula rana:
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen.
Precipitent altis fumantes mõtibus hymbres.
Et late teneant diffusos gurgite campos.
Quis dominis ifesta minãtes stagna relinquãt

Vnde lapſa meos agros peruenerit unda
Piſcetur noſtris in finibus aduena arator
Aduena ciuili qui ſemper crimine creuit
O male deuoti pratorum crimina agelli
Tuq; inimica tui ſemper diſcordia ciuis.
Exul ego indemnatus egens mea rura reliqui
Miles aut accipiat funeſti præmia belli:
Hinc ego de emulo mea rura nouiſſima uiſã
Hinc ibo in ſiluas obſtabunt iam mihi colles.
Obſtabunt montes campus audire licebit.
Dulcia rura ualete & lidia dulcior illis:
Et caſti fontes & felix nomen agelli
Tardius ah miſeræ deſcendite monte capellæ:
Mollia non iterum carpetis pabula nota
Tuq; reſiſte pater & prima nouiſſima nobis
Intueor campos longum manet hoſtis in illis.
Rura ualete iterum tuq; optima lidia ſalue
Siue eris & ſi non mecum morieris utrunq;
Extremum carmen reuocemus battere auenæ:
Dulcia amara prius fient & mollia dura
Candida nigra oculi cernẽt & dextera leuæ:
Migrabunt caſus aliena in corpora rerum
Quam tua de noſtris emigret cura medullis.
Gaudia ſemper enim tua meminiſſe licebit.
Inuidio uobis agri formoſaq; prata:
Hoc formoſa magis mea quod formoſa puella
Eſt uobis tacite ueſtrum ſuſpirat amorem
Vos nunc illa uidet uobis mea lidia ludit
Vos nunc alloquitur uos nunc arridet ocellis:
Et mea ſũ miſſa mediatur carmina uoce
Cantat & interea mihiq; cantabit in autem
Inuideo uobis agri diſcetis amare:
O fortunati nimiũ multumq; beati
Inquibus illa pedis niuei ueſtigia ponet
Aut roſeis digitis uiridem decerpſerit uuam:
Dulci nanq; tumet nondũ uiterula baccho
Aut inter uarios ueneris ſtipendia flores:
Mẽbra declinarit teneramq; illeſerit herbã:
Et ſecreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt ſiluæ gaudebunt mollia prata:
Et gelidi fontes auiumq; ſilentia fient
Tardabunt riui labentes currite lymphe.
Dum mea iocundas exponat cura querelas

agros belli inter. M. Antonium & Augu. Cumulo cumulum hũc in buco. Vir. optime declarauit cum inquit lamq; ſepulchrum incipit apparere bianoris hic enim Bianor amnis tuſci & Manthus Thyreſiæ filius fuit. a qua mantua denominata eſt: huius ſoro rem Lydiam fuiſſe dixerũt: a qua & denominari po fuit amica Virgilii pater Virgilii dicebatur Virgili us Ruſacus. Caſus. euentus & fortuna. Emigret diſcedet ſuſpiret lidiu. illa lidia uidet uos fõtes & a loquitur & cantat uobis diſcetis uos fõtes agri quæ mei amari a lidia. uiticula parua uitis illeſerit cõcum bendo currite. o nymphe currite dũ ergo expono me as querimonias. Tauro ioue Europã reſpicit filiã Agenoris regis phœnicie que cũ armentis delectare tur & ſepe ſupra aſcendere cõſueuiſſet. iuppiter ĩ for moſiſſimum taurũ cõuerſus eã abſumptã in hos lo/ cos detulit quibus nomẽ Europe inditũ ẽ. Auro ad Danaẽ Acrvſii filiã rettulit quæ in turri ænea clauſa erat ne quis eã ſtrupaſſet, propter oraculũ quod erat ut filius maior parẽte naſceretur. quare iuppiter ĩ plu uiũ aurũ cõuerſus gremio puellæ exceptus fuit ſicq; ea cõpreſſit. & ex ea perſeus natus fuit. Auertas au/ res dũ lidia cantat ne capiaris eius amore. Vaccula. parua uacca. Pater hædorũ hircus. inter pellatos ani malia nũquã plorant amores. impeditos interruptos ſicut ergo ſidera ſemper redeunt in uices ſuas ſed ego non poſſum redire ad meos agros. Tui orbis omnia uos eſtis uos: uos ſcilicet luna & phebe. Eſtis om nia. omnia tenetis. Voluebantur. errant. Similis cõ ditio nam aureo ſæculo nimphe ſecutæ errabant per ſiluas & loca. Ninoidis tãgit Ariadnẽ filiã Minois. quã in littore a Theſeo derelictã Bacchus rapuit: & in cælũ ductã in ſidus conuertit Et coronã aſtronomi eã appellãt Vir. primo geor. Gnoſiaq; ardentis dece dat ſtella coronæ Numina autẽ ut plurimũ ſuas ami cas cælo conſecrabant. Vitam quia omnes uirgines in ſignũ caſtitatis ſignũ gerebant hoc eſt lines faſcias in ſignũ ligatæ uirginitatis ſolebant & zonam afferre qua cingebantur ut ẽt. Catulus in primo paſſeris oſtẽdit dũ inquit quod zonã ſoluit diu ligatã. Meæ noxe quod cõcubuerim cũ lidia. Inppiter ante ſui priuſq; factus eſt cõiunx quã diceretur quaſi dicat ha buit coitũ cũ iunone prius quã eẽt coniunx. Opus rhœtia. Illi meſto Vulcão. Aurora. Amauit Tithonũ ipſa enim nunquã habuit talem infœlicitatẽ qualem ego. Aurea. quaſi. dicat deberem ego etiam ha/ bere ætatem auream qualem habuerunt dei. Le/ ua ſors. aduerſa. Tanta. mala mihi fuere. ut ita ma neam quod me uix poſſes cognoſcere.

Inuideo uobis agri: mea gaudia habetis
Et uobis nunc est mea quæ fuit ante uoluptas.
Hei male trabescunt morientia mẽbra dolore
Et calor infuso decepit frigore mortis
Quod mea nõ mecũ domina ẽ nõ ulla puella.
Doctior in terris fuit. ac formosior ac si.
Fabula nõ uana ẽ tauro ioue digna uel auro
Iuppiter euertas auro mea sola puella est
Felix taure pater magni gregis & decus ad te
Vaccula nõnunquã secreta cubila captans.
Frustra te patitur siluis mugire dolore
Et pater hædorum foelix semperq; beate
Siue petis montes preruptos saxa pererrans
Siue tibi siluis noua pabula fastidire.
Siue libet campis tecum tua læta capella est.
Et mas quocunq; est illi sua foemina iuncta
Interpellatos nunquam plorauit amores
Cur non & nobis facilis natura fuisset
Cur ego crudelẽ patior tam sæpe dolorem
Sydera p uiridẽ redeunt cum pallida mundũ.
Inuicem phebe excurrens atq; aureus orbis.
Luna tui tecum est cur nõ ẽ & mea mecum
Luna dolor nostri quid sit miserere dolentis
Phœbe gerens in te laurus celebrabit amorem
Et quem pompa deum nõ siluis fama locuta ẽ
Omnia uos estis secum sua gaudia gesta
Aut insperſa uidet mundo quæ dicere longũ ẽ
Aurea quin ẽt cũ sæcula uoluebantur
Conditio similisq; foret mortalibus illis
Hæc quoq; preterea notũ minoidis astrum
Queq; uirum uirgo sicut captiua secuta ẽ
Lædere cælicolæ potuit uos nostra quid estas.
Conditio nobis uitæ quæ durior esset
Ausus ego primus castos uiolare pudores
Sacratamq; meæ uitã tentare puellæ
Immatura meæ quoq; noxe soluere facta
Istius atq; utinam facti mea culpa magistra
Prima foret letum mihi uita diutius esset.
Nõ mea nõ ullo moreretur tempore fama
Dulcia cũ ueneris furatus gaudia primum
Diceret atq; ex me dulcis furet orta uoluptas
Nam mihi non tantum tribuerunt impia uota
Auctor ut occulti noster foret error amoris

Iuppiter ante fui semper mendacia factus
Cū iunone prius cōiunx q̄ eictus uterq; est.
Gaudia libauit dulcem furatus amorem
Et mecum tenerā gauisa est ludere in herba.
Purpureos flores quos insuper accumbebat.
Grandia formoso supponēs gaudia collo
Tum credo fuerat mauros distentus in armis.
Nam certe uulcanus opus faciebat & illi
Tristi turpabatq; mala fulgine barbam:
Non aurora nouos etiam plorauit amores
Atq; rubens oculos roseo celauit amictu
Talia cœlicolæ nunquid minus aurea promo
Ergo quod deus atq; heros cur nō minor ætas
Infelix ergo non illo qui tempore natus.
Quo facilis natura fuit sors o mea leua
Nascendi miserum mq; genus quo sera libido est
Tanta meæ uitæ cordis fecere rapinam
Vt maneā qd uix oculis cognoscere possis

P. V. M. æthna: que a quibusdam
Cornelio tribuitur

Thna mihi ruptiq; cauis fornacib⁹ ignes
Et q̄ tā fortes uoluant incēdia causæ
Quod fremat iperiū qd raucos torqueat æstus
Carmē erit dexter mihi carmis auctor apollo.
Seu tibi dodone potior tecumq; fauētis
Seu te cynthos habet seu delos gratior illa
In noua perio properent a fonte sorores.
Vota per insolitum phœbo duce tuti⁹ itur.
Aurea securi quis nescit sæcula regis.
Cum domitis nemo cererē iactaret in aruis
Venturisq; malas prohiberet frugibus herbas
Annua sed sacræ complerent horrea messes
Ipse suo flueret bacchus pede mellaq; lentis
Penderent foliis & pingui pallas oliua.
Secretos amnes ageret cum gratia ruris
Non cessit cuiquam melius sua tēpora nosse
Vltima quis tacuit iuuenū certamina colchos:
Quis non argolico defleuit pergamon igni
Impositam & tristi natorum funere matrem
Auersū ue diem. sparsum ue in semine dētem.
Quis non periure doluit mendacia puppis
Desertam uacuo minoida littore questus
Quicqd in antiquū iactura est fabula carmen:
Fortius ignoras molimur pectore curas

Domitii Calderini Cōmentarii i Aethnam. Vir.

Oc uirgilianū eē opus plerisq; ex auctoribus testantur & Sene. in epistolis adeo ut. Nasonem non ob aliam causam opus de æthena dimisisse affirmet nisi propter Virgilium quem iam scripsisse cōpertum habebat: Cornelius Seuerus etiā ob eandem causam deterritus traditur summa tamen opera est ut causam æthnæi incendii referet non qualem poete asserūt sed quæ a sūmis poetis exposita sit Quis enim ignoret æthnam flagrantem adeo ut nives nequaquā cadere auctores existimauerint atq; ut quinquagena & centena mlia passuum arenas flammarum globus eructaret. ardet autem noctibus semp & miraculum igneum materiam tanto euo suffice re patet. crater. eiꝰ ambitu stadia. xx. faucilla tauro minium & catinum usq; peruenire affirmant Fragorem uero ad maronem & gemellos colles quocunq; modo tantū per noctem lucere & splendentem apparere affirmauere e cacumine. Nam interdiu fumo & caligine obsidetur. Dodona. dodona epiri siluas i qua oracula per columbas reddebantur, licet. Herodotus mulierem quādā redidisse affirmet. Phaselia in litia mons est ardens ut æthnā quē pli. appellat phasē ibi dem sicut & in patera apollo oracula reddeaat hinc litias sortes alibi poetam appellasse affirmant. Cynthos mons ē ubi Apollo ēt collebatur alibi insulam unam esse cicladum legimus. Delos. delos insula in ægeo mari ducta quæ dila. i. manifesta Appolinis responsa preberentur. Securi regis. i. Saturni. Amnes secretos quia tacite fluit oleum. & matrem intellige Medeā. Diē auersum tangit fabulam atrei & thiestis. Sparsum in semine. tangit Cadmum qui dentes seminauit draconis unde nati sunt homines armati posset etiā intelligi de iasone. Quis nō periure: tangit thesea qui Phedram sororē ariadnes elegit in uxorem licet ipsi ariadne iureiurando se eam in uxorem ducturum promisisset. Minoida. filiam minois ariadnem. Principio in narrationis huius principio dicit neq; executurum poetica figmenta sed tantum res phisicas: ac causas ueras ignium: spirantium ex æthna resonare cauernis in secessu & remotione æthne subterranei sunt meatus adieram usq; insulam ubi uulcanus cum aliis suis fabris fulmina fabricare dicitur hinc ictibus loca omnia resonant. unde Virgilius insula sicarnum uixit latus æolianq; erigitur Iyparim sumantibus ardua saxis Quā subter ipecus & ciclopū exesa caminis antra æthna tonent ualidisq; incundibus ictus. Sine pignore, i. ratione. Proxima. i. tertia. Phlægæi campi phlægæi ideo dicti quia ibi stant in copia maxima ignis: His natura secundum multos auctores. Quor qui dicunt gigantes pedes habuisse serpentinos. Sinuat. curuat. Coaceruatas accumulatas. Mater id est terre quia dicuntur filii terræ gigantes. S[illegible] te ex scientia non solum rerum hum[illegible]am. uerum etiam diuinarum: ponit autem carmina pro ipsis poetis. Mentiri quia non habent rem manifestam: His tityus. tityus titani & eiare filius latone uim, inre uoluit. licet Virgi. Terræ filium nec non ab ea nūtritum. Nec non & titium terræ omnipotentis alūnum: tantæ: enim magnitudinis fuit ut ūix eum. tertio iugera agri caperent fœdum lasciuium. Sol-

licitant inagna. quia habent aquas & poma nec tamē esuriens contingere potest damnatus enim ad iferos. quia deorum sacrat reuelarat. Oui. quærit aquas in quis & poma fugacia carpit Tantalus hoc illi garrula lingua dedit. & hoc ī libro de sine titulo. alibi tamen propter Pelopem filium inter epulas deorū apposītum ad huiusmodi pœnas damnatum legimus. Sollicitant quæ fiunt. Minos Aecus & phadamātus per poetas iudices inferorum traduntur. Idem q; rotant exion iouis sriba ac unus ex centauris q; cū iunonis concubitu se iactaret a ioue fulminatus & ad inferos damnatus uoluitur rota unde Tibullus illic iunonem tentare ixionis ausi Versantur celeri noxia. membra rota. Alter ixion legitur apud porphyrionē qui socerū suū prodidit facta ignis fouea ut nou solū dotem uerum cuncta ipsius possideret: Hor. Taurus in europē. id est iuppiter mutatus in taurum. In læ dā candidus quoniam mutatus fuit in cygnum mutatus deuenit in Danaem Acrisii filiam in pluuium aurum. Corrimbus. hæderæ habet racemos ineq; les sicut terra quæ ē inæqualis. Edit consumit: denotat. Obstantia mollis. molem obstantem. Vapores uentorum furores. Omnia elementa. Sinus curuitates. Tenui. ex re minima. Confluuia. in aquas fluentes:. Occasus. fines suos. Pigra. decisa. Cesset det locum. Abstrue. absconde. Sæuior sub terra maiorem si qua obstantia ipsi ignes obstant & impellunt. Hinc. ex hac causa ideſt igne & uentis fiunt terremotus. Spissa. si nō haberet illas concauitates. Faciem antiquam in chaos antiquū

Aethna est fides. æthna enim facit testimonium. quod est uerisimile. Duce me. non potero te edocere si uolueris perscrutari. Vasti profundi. Fuomit. quia æthna euomit & emittit saxa cōbusta ī mare. Hic uasti cupit exponere miracula montis etnæ ac dicit terribiles cauernarū introitus mari mersos eē Mergunt. exeunt. Exigit ultra se extendit. Spisse duræ & frequentes. Discordia quoniam non permittūt rupes ultra extendi ignes. Domitæ pars ætnæ ardet pars consumpta est incendio. Cogunt. quia que uidemus oculis cogimur credere. Arcent. ab introitu. Nimbus multitudo imo fundo æthnæ. Sepulta quieta Enchaladus caput suum sepultū hēt sub æthna. Diten. Plutonē nam si aperiretur æthna uiderentur tartara. Dextra. potentia. Exigitur cogitur emittere. Vasa appellat uasa illa saxa pumicea quia sunt concaua. Rotant uolluunt. Par qui sem per eadem est uiolentia in æthna nō enim magis estu at uno tempore q; alio. Duce spiritu uētorū. Militat. ardet Subsequar narrabo eām quia ignis silet. Pecudum non solum hæc u[illegible]buntur miranda homini bus uerum etiam rebus inanimatis. Capiti cælum id est caput. Gælo sæcula per omnia tpam. Aeterno. quia machina huius incendii in æthna semper du[illegible]ta rotunditas. Annuus. sol p annum suum cursum facit. Incondita. incomposita.

Vices. alternationem & uicissitudinem. Phœbe. luna. Senescit. tres partes sunt ætatis est noua adulta & præceps. Axem. ideſt polum arcticum. quæ Helicæ a grais nauigantibus petitur cynosura

Q ui tanto motus operi quæ causa perennis.
Explicet indensum flāmas & ructet ab imo
Ingenti sonitu moles. & proxima queq;
Ignibus irriguis urat mens carminis hæc est
Principio ne quem capiat fallacia uatum
Sedes esse dei tumidisq; e faucibus ignem
Vulcani ruere: & clausis resonare cauernis
Festinantis opus non est tam sordida diuis
Cura: neq; extremas ius est dimittere inertes
Sydera seducto regnant sublima cælo.
Illa neq; artificum curant tractare laborem
Discrepat a prima facies hæc altera uatum
Illis cyclopas memorant fornacibus usos
Cum super incudem numerosa ī uerbera fortes
Horrēdū magno q̄terēt sub pōdere fulmen
Armarētq; iouē turpe ē sine pignore carmē
Proxima uiuaces æthnei uerticis ignes
Impia sollicitat phlægeis fabula castris
Tentaue nefas olim detrudere mundo
Sydera captiuiq; iouis transferre gigantes.
Imperium: & uicto leges imponere cælo.
His natura suos aluo tenus iam per orbes
Squameus intortos sinuat uestigia serpens
Construitur magnis ad prelia mōtibus agger.
Pelion ossa creat sūmus premit ossan olimpus
Iam coaceruatas nituntur scandere moles.
Impius. & miles metuentia cominus astra
Prouocat infestus cunctos ad prelia diuos
Iuppiter e cælo metuens dextraq; coruscam
Armatus fāmā renouat caligine mundum.
Incursant uasto primum clamore gigātes
Hic magno tonat ore pater geminatq; fauētes
Vndiq; discordes comitū simul agmine uētos
Densa per attonitas rūpuntur fulmina nubes.
Atq; in arma ruit quæcunq; potētia diuum
Et mars sæuus erat iā cetera turba deorum.
Stat utrunq; metus ualidos tū iuppiter ignes:
Increpat: & iacto proturbat fulmine montes
Illic dęuecte uerterunt terga ruinæ
Infectæ diuis acies: atque impius hostis.
Precepscum castris agitur materq; iacentis.
Impellens uictos: tum pax est reddita mundo.
Tum libet celsa uenit per sidera cæli
Defensiq; decus mundi nunc redditur astris
